

AUGUSTINI THEINERI

DISQUISITIONES CRITICAE

IN PRAECIPUAS CANONUM ET DECRETALIUM

COLLECTIONES

SEU

SYLLOGES GALLANDIANAE

DISSERTATIONUM

DE

VETUSTIS CANONUM COLLECTIONIBUS

CONTINUATIO.

Bibliothecae Regiae Borbonicae
Neapoleos, auctor
Romae VI Non. Maji 1836.



Per Illustriss. et reverendiss. Dom.
Angelum Scotium,
etc.



ROMAE
IN COLLEGIO URBANO
M. DCCC. XXXVI.



ANGELO MAIO

SACRI CONSILII

CHRISTIANO NOMINI PROPAGANDO
A SECRETIS

AUGUSTINUS THEINERUS.

Quod ad ecclesiae romanae decus aliqua ex parte augendum et eruditorum hominum utilitates pro viribus amplificandas ante aliquot annos laboriosum susceperam opus, id nunc demum, quamvis neque perfectum admodum neque expolitum, litteratorum reipublicae universae non sine verecundia exhibere cogor. Ut illud, qualecumque tandem sit, tibi inscriberem, et mens et animus me vehementer hortabantur. Mente enim ego jamdudum noveram, neminem profecto esse, cui hoc doctrinarum genus quam Tibi gratius acceptiusque esse queat. Quippe Tumet, asperiori quamvis sublimiorique progrediens via, huc jam inde a prima adolescentia uberrimam

ingenii tui facultatem contulisti; heic cum honestissima quiete immortalem jam nunc laudem peperisti. Sentiebam autem animo hoc a me Tibi potissimum esse tribuendum, quod non modo Romae consisto, sed et studiis istiusmodi meis indulgere satis commode possum, et Urbano huic collegio, cui tanta cum sapientia moderaris, inutilis omnino non sum. Cui singulari ac paene divino beneficio quum parem, quam rependerem, gratiam omnino non haberem, hanc, quae sese mihi praebebat, occasionem arripere non distuli, in qua quantum poteram luculenter meum erga Te gratum testarer animum. Perge monumenta aere perenniora Tibi extruere, mihique, ut facis, benigne adeo liberaliterque favere.

Romae Prid. Non. Mart. An.Christ. M. DCCC. XXXVI.

PRAEFATIO:

Opus hoc qualecumque, diuturni laboris toediique fructum; in publicam lucem edituri necessarium omnino arbitramur pauca praefari, totumque nostrum consilium cum nostris lectoribus communicare.

Juris canonici historia a sapientissimis quibusque ecclesiae catholicae viris tanti semper est habita, ut ex iis plerique, fere ab adolescentia, animum ad eam pervestigandam converterint, in eaque excolenda integram paene vitam insumendam putarint. Ac re quidem vera quid christiano homini jucundius, quid utilius unquam reperiri potest, quam diurna nocturnaque manu vetera illa versare documenta, in quibus tum romanorum pontificum sanctissimorumque conciliorum, tum doctissimorum ipsius ecclesiae patrum aureae praeceptiones continentur? Ex hoc scilicet veluti armamentario quotquot unquam fuere germani ecclesiae pastores, ad rem christianam prospere regendam, sumpsere prudentiam; hinc clericorum ac sacerdotum sanctimonia formam atque incrementum accepit; hinc ipsius christianae plebis vita moresque ad veram evangelii formam sese componere didicerunt. In hisce ecclesiae canonibus singulae religionis nostrae aetates vividissimis, ut ita dicam, coloribus intuentium oculis sese exhibent. Dummodo rudiora, quibus non raro involvuntur, tegumenta amice detrahamus, ubique divinam illam deprehendimus virtutem, quà nunquam ecclesia non regitur. Heic cernimus Dei ipsius spiritum illum esse, qui incredibilem hominum levitatem ita confirmat, ut ipsius veluti ope tum fidei placita, tum sanctissimas vivendi leges immutabiles tueatur. Quod si pro temporum diversitate, proque diverso hominum ac gentium ingenio atque usu aliquam leges ipsae mutationem quandoque subierunt, id ab ipsius spiritus prudentia ac suavitate ita semper profluxit, ut ecclesia, quin maculam hinc rugamve ullam contraxerit, pulcrior imo in dies nobiliorque emerserit. Quare in hujusce aetatis nostrae asperitatibus, in tanta rerum omnium humanarum perturbatione, in luctuosissimis amantissimae matris calamitatibus nihil, nostra quidem

sententia ad gravissimum animi dolorem recreandum accomodatius reperiri potest, quam si vetustiora haec monumenta, ea qua par est docilitate ac reverentia pervolvimus. Ex hac enim una canonici juris historia facile conspicimus, unde idonea quaeque sumenda sint arma ad praefrictam hostium callidissimorum audaciam perfringendam, unde salubriora depromenda adjumenta tum ad singulorum hominum mores nedum ad meliorem frugem revocandos, sed et ad eos ad veterem integritatem virtutemque componendos, tum ad totius reipublicae ordinem beatitatemque restituendam.

Atqui hujus nostrae aetatis conditio ideo etiam magis magisque deploranda est, quod quum ex hac parte innumeri fere ii sunt, qui christianae religionis dogmata fidemque ipsam nefarie proculcantes in hominum animos nova errorum portenta intromittere contendunt; ex altera parte, iidem ipsi, qui ab nostra fide ne latum quidem unquem recedere sese velle profitentur, ipsius tamen ecclesiae leges temere aperteque aggrediuntur, ac illas, ut ut saeculorum auctoritate commendatas, doctissimorum sanctissimorumque virorum suffragiis confirmatas, sus deque subvertere, ac pro lubitu immutare minime verentur. Stulti profecto, ne dicam impii, isti etiam sunt appellandi; utpote qui ecclesiae naturam integritatemque aut turpiter ignorant, aut atrociter dilacerant. Quo enim fieri pacto potest, ut ibi fides intemerata servetur, ubi disciplina, inconsulto etiam ipso romano pontifice, pro cujusque arbitrio immutatur? Ecquid enim aliud haec est disciplina, nisi maximum validissimumque totius fidei praesidium? Quorsum ecclesia, quam Sanctus ipse Spiritus omnem edocet sapientiam, leges ejusmodi condidit, nisi ut una, sancta, catholica atque apostolica doctrina sospes semper atque incolumis perseveret? Num exterior ecclesiae habitus novas in dies subeat formas, quin ea, quae hoc habitu induitur, virtus ullum exinde capiat detrimentum? Exterior scilicet hic habitus est, qui qualis interni spiritus conditio sit penitus declarat, exterioribus hisce veluti testibus tota religio dignoscitur; hinc ipsa conservatur; hinc in ultimas etiam totius orbis regiones propagatur. Cuilibet igitur qui neque vocatus a Deo sit tamquam Aaron, neque ulla aliunde polleat auctoritate ad ipsam religionem administrandam ac per orbem universum disseminandum, indiscriminatim tribuetur, ut sanctissima ecclesiae instituta ita sibi arroget, ut quae placeat, retineat, quae minus, respuat? Vidimus

heu saepe nimium superioribus aetatibus ecclesiasticae disciplinae contemptum ipsius fidei contemptum paullatim peperisse. Ab iis qui nunc sunt ejusdem disciplinae contemptoribus utinam gravem adeo jacturam Deus avertat!

Quae quum ita sint, operam oleumque minime nos perdidisse arbitramur, quum praeclarissimorum virorum vestigiis insistentes ad antiquiores et decretalium et canonum collectiones pervestigandas explicandasque studia haec nostra, qualiacumque ea tandem futura sint, contulimus. Quo tamen in opere illud prae ceteris ob oculos nobis propositum fuit, ut, quae in scholis atque in ecclesiae judiciis potissimum celebrantur, collectiones, codicem scilicet decretalium Gregorii IX ac Gratiani decretum, novis susceptis disquisitionibus illustraremus.

At enim priusquam ea percenseamus quae sedulo heic perficere contendimus, praestat paucis commemorare quidquid operis plerique illustriores viri, tum ipsi praesertim romani pontifices in hunc eundem finem suscipere non dubitarunt.

Quum saeculo decimoxesto ineunte et Lutherus et alii, qui nobilissimum sibi nomen vindicantes, sacrarum rerum emendatores appellabantur, religionem catholicam undique oppugnare atque ecclesiae sinum atroci schismate dilacerare aggressi sunt, non est profecto cur miremur, quod juri etiam canonico ac Gregorii IX et Gratiani collectionibus, quae id temporis tum in scholis tum in judiciis principem obtinebant locum, ingens teterrimumque bellum illatum fuerit. Nec difficile profecto fuit tenebrioni illi nequissimo intra wittembergensis arcis muros codices, in quibus decretalium ac canonum textus erant descripti, non sine scenico apparatu flammis injicere; romanos vero pontifices ceterosque laudatissimos canonum auctores turpiori quolibet conviciorum genere proscindere. At parem ubique illius vota exitum non sunt sortita. Eam enim sanctissimarum ejusmodi legum virtutem efficacitatemque, per quam jam inde a tot saeculis non ecclesiastica modo, sed et civilia negotia, non sacrae tantummodo ecclesiasticorum virorum familiae, sed res christiana universa prudenter adeo regebatur, voluisset ipse et ab hominum animis radicitus evellere, et e scholarum judiciorumque usu penitus eliminare. Quin id tamen assequi posset, quamquam invitus fremensque eodem fere tempore, quo ferrum ac flammas quaquaver-

sus per Germaniam inferebat, conspicere coactus fuit doctores academicos wittembergenses ecclesiae leges explanare atque interpretari, eque suis sectatoribus plerosque jus canonicum, quod neque unquam e Lutheranorum palestris penitus exulavit, doctis profecto ac laboriosis lucubrationibus illustrare. Hinc non sine aeterni Dei consilio factum est, ut qui sublatis romanorum pontificum sacrorumque conciliorum legibus rempublicam in integrum restituere, ac novi etiam perfectiorisque rerum humanarum regendarum ordinis auctor esse praesumpserat, a sapientibus quibusque posteriorum temporum jure habeatur veluti primum seditionum omnium caput: quippe qui tum exemplo tum doctrina illorum omnium motuum tempestatumque, quibus post ipsum res christiana et publica frequenter adeo perturbatae fuerunt atque etiamnum perturbantur, potissima fuit causa. Atqui quando haec nequissimi homines in catholicae ecclesiae perniciem irrito conatu moliebantur, canonicas collectiones romani pontifices non solum tueri, sed et ad absolutissimam, quantum fieri poterat, formam revocare contendebant. Arduus profecto ac diuturnus labor, qui nonnisi per iteratas easque prudentissimorum ingeniorum ope elaboratas eorum fontium omnium, unde et decreta et canones defluebant, recensiones perfici non potuisset. Pius PP. IV. huc animum primus admovit: at temporum angustiis adstrictus successori totum negotium transmisit. Sanctus igitur Pius V tam grave munus non uni viro, sed quinque cardinalium congregationi demandavit, quae ab ipso opere suscepto *congregatio de emendatione decreti Gratiani* appellata est. Fuere autem Marcus Antonius Columna romanus episcopus Praenestinus qui desideratus est III. Idus Maji MDIIIC, Hugo Boncompagnus Bononiensis qui paullo post Gregorius XIII. P. M. salutatus est obiitque Id. Apr. an. MDLXXXV. Alexander Sfortia romanus episcopus Parmensis Sacrosanctae Basilicae Sanctae Mariae Majoris archipresbyter, qui diem obiit supremum XVII. Kal. Jan. an. MDLXXXI. Gulielmus Sirletus calaber S. R. E. Bibliothecarius, qui VIII. Id. Oct. in Christi pace quievit, ac demum Franciscus Alciatus episcopus ariensis et civitatensis S. R. E. Poenitentiarius, qui XII. Kal. Maji an. MDLXXX. vivere desiit. Horum sanctimonia, sapientia, res praeclare pro ecclesia gestae omnem eloquentiae nostrae laudem longe exsuperant. Iis tamen serius accessere et Guido Ferrerius episcopus vercellensis, qui

inter mortales esse desiit XVII. Kal. Jun. MDLXXXV. et perillustris ille Antonius Caraffa S. R. E. Bibliothecarius, qui Idib. Jan. MDIXC. cum immortali mortalem vitam commutavit.

Cardinalibus hisce praeclarissimis additi sunt adjutores viri quindecim, clerici omnes, doctrina litterisque praestantissimi, qui sedulo instruerent adornarentque quidquid ad optimum totius operis exitum erat necessarium. Quos inter numerabantur Felix Perettus, qui paullo post, anno scilicet MDLXX Cardinalis est factus, anno autem MDLXXXVI. pontifex maximus creatus, Sixti V nomen sibi sumpsit; Michael Thomasius episcopus ilerdensis, Lucatellius episcopus postea regiensis, Franciscus Torres et Franciscus Leo, hispanus uterque, qui vix operi manum admoverant, quum societati Jesu nomen dederunt.

Summa integritas peculiarisque prudentia omnium animis dux erat. A Gratiani decreto ductum exordium est: quumque satis constaret, in eo adornando Reginonis prumiensis, Burchardi wormatiensis, sancti Anselmi lucensis, Deusdedit, Polycarpi atque Ivonis operibus Gratianum fuisse usum, eadem ipsi opera perquam diligenter pervestigarunt; quaelibet capitula, quae illinc Gratianus deprompserat, subtiliter conquisierunt; quoties vero aut inscriptionum textus, aut decretorum ac canonum lectio integrior rectiorve occurrebat, in novam, quam parabant, editionem intulerunt. Loca tamen similia ac parallella, emendationes, ac singulae variantes lectiones singulis Gratiani capitulis adscriptae ab ipsis fuere. Ejusmodi canonicarum collectionum, ipsiusque Gratianei decreti pleraque exemplaria inter copiosissimae vaticanae bibliothecae codices servabantur: atque haec eadem congregationi nostrae usui atque adjumento fuerunt.

At enim praeter veteres canonum collectiones romani emendatores, quos cum Venusino *emunctae naris homines* jure praedicamus, conciliorum etiam acta, pontificum et tabulas et tabularia, sanctorum patrum caeterorumque ecclesiasticorum scriptorum opera, quae saepe adeo opem Gratiano tulerant, saepe et ipsi adierunt; singula quaeque ad critices normam distinxerunt, adnotarunt, emendarunt, ita tamen, ut nunquam satis ipsis fuerit libros jam inde typis editos inspicere, quinimmo cum praestantissimis vetustissimisque quos prae manibus habebant, codicibus omnia contulerunt.

Juvat heic ordinem etiam quem sibi in agendo servandum proposuerant commemorare. Inter sese invicem pensum ex aequo partiti fuerant: hic ex canonum collectionibus, ille ex sanctorum patrum operibus, ex pontificnm tabulis alter loca similia ac parallela colligebant. Quum simul coibant quotidianum quisque pensum proferebat, illudque communi ceterorum judicio subjiciebat. Scriba emendationes omnes, quae omnium suffragiis probabantur, in codicem ad id comparatum diligenter illico referebat, nt in novam decreti recensionem editionemqne suo tempore transferrentur. Publice quandoque ac una omnes conveniebant; privatim saepius ac tantum ex parte: hinc congregationes partim generales, partim privatae dictae sunt. In privatis gravissimae quaeqne quaestiones proponebantur prudenterque discutiebantur: in publicis communi suffragio modus praescribebatur, quo fieri emendationes deberent. Hinc sermo in iis erat non raro de pecuniis, etiam ceterisque omnibus adjumentis, quae ad opus provehendum absolvendumque accomodata ac necessaria videbantur: a qua consuetudine nnnquam discessere postquam in congregatione, quae habita est VII. Kal. Octobr. MDLXIX. constituere, ut quidlibet ad emendanda decreti capitula quomodocumque pertineret in privatis tantummodo conventibus discuteretur [1].

Quum primum omnes ad generalem congregationem convenerunt, emendationum normam sibi proposuerunt, quae quindecim fere capita amplectebatur. Privatim quod res ipsa postulabat, frequentius quam publice sapientissimi viri ter quaterve singulis mensibus, perquam raro semel coibant. Ex iis quae supersunt monumentis certum est, tres ad summum quatuor congregationes generales singulis annis habitas fuisse; certus etiam est dies, in quo tum privatim tum publice conveniebant, certa denique nomina singulorum qui conveniebant, ac quidquid in singulis conventibus agebant.

Gratiani tum opus universum, tum singulae partes a capite ad

---

1) Censuerunt illustrissimi Cardinales, ne prolixius apud illos agatur, ut imposterum non omnia, sed ea tantum in congregatione generali apud omnes referantur, quae in privata apud illustrissimum Alciatum doctoribus dubia, aut altiore deliberatione digna videbuntur. Caetera vero, quae levia sunt, et in quibus difficultas nulla versatur, ea ex auctoritate illustrissimi Alciati in ea congregatione ita statuta et definita esse censeantur, ut amplius in consultationem venire non debeant.

calcem pervestigatae perquam acute ac judicatae illustrataeque sunt. Exordientes a primae partis distinctionibus ita ordinatim ad ulteriores progressi sunt, ut in singulis conventibus duas, ad summum tres distinctiones absolverint, exceptis longioribus majorisque molis quibusdam, ad quas adornandas plures conventus necessarii quandoque fuerunt.

Alciato Cardinali fuerat demandatum, ut privatis conventibus praeesset, quod revera praestitit ab VIII. id. Maj. an. MDLXVI. quo die primum quindecemviri, quos superius commemoravimus, convenerunt, usque ad III. non. aug. anni MDLXXI. Quoniam vero paullo post Mediolanum adire jussus est, ut cum Caesare de rebus ecclesiasticis ageret, in ejus locum suffectus est Caraffa Cardinalis qui intra eumdem annum praefuit congregationibus diebus heic scriptis, nempe XVI. Kal. Aug. III. Non. et IV. Id. Sept. XV. et VIII. Kal. et VI. Id. Oct. VIII. Id. et Idib. Nov. ac demum XVI. Kal. Dec. In congregatione quae habita est ante diem XVI. Kal. Dec. primae Gratiani parti finis est impositus; ac omnia, quae in singulis conventibus fuerant paracta, in librum de quo superius fuit sermo, relata sunt, continenturque in primo volumine et medio secundo.

Nulla interposita mora ad secundam tertiamque Gratiani partes animum quindecemviri appulerunt; Alciatus qui Mediolano redierat cum Caraffa rei universae praeclare regendae sese totos dedidere. Prid. Kal. Dec. eodem anno nova iterum congregatio habita est, ceteraque deinceps ita, ut sub medium annum MDLXXII Gratiani decreti emendatio perfecta omnino atque absoluta fuerit. Haec omnia sedulo descripta leguntur in tribus codicidus vaticanae bibliothecae hosce numeros praeferentibus 4889. 4891. 4892. Eos adeundi facta nobis perquam liberaliter copia est; atque illinc notas plerasque, quas in opere proscrimus, decerpsimus. Interim abiit ad coelestes sanctus Pius V, eique successor datus est Hugo Boncompagnius qui tunc temporis Gratiani decreto emendando erat septemvir. Gregorius XIII appellari ipse voluit, ecclesiamque universam sanctissime administravit a die III Id. Maj. MDLXXII, ad diem IV Id. Apr. MDLXXXII. Illum ecclesiasticae disciplinae restitutorem jure celebramus colimusque; quippe praeterquam quod nihil ipse intentatum reliquit, ut quotquot catholica religio recenset ministros

ad omnem virtutum ac litterarum genus instituerentur; incredibili etiam liberalitate consuluit, ut romanis emendatoribus nihil, quod ad opus proficiendum utile atque opportunum foret, deesset.

Supersederi a communibus conventibus tamdiu ille quidem jussit, donec doctissimi viri indicem conficerent, qui complecteretur quidquid in Gratiani decretum illatum fuerat; quin aut in conciliorum actis, aut in pontificum tabulis, aut in sanctorum patrum caeterorumque scriptorum operibus reperiri posset.

Hic diligenter confectus voluit ut ad catholicas academias transmitteretur: rogarenturque earum sodales, ut in singulas hasce gratianei decreti particulas, quas pro sua sapientia idoneas quisque animadversiones arbitrabatur, exararet, ac Romam mitteret. Decrevit praeterea, ut Cardinalis Alciatus ad quoslibet tunc temporis in Italia, Germania, Gallia, Belgio, et Hispania celebrabantur ejusmodi litterarum peritos, ad episcopos insuper ac monasteriorum praesides epistolas daret, eosque omnes excitaret, ut pro virili quisque symbolam ad optatissimam hanc emendandationem conferret. Praesertim tamen operam dedit, ut tum conciliorum tum caeterorum scriptorum ecclesiasticorum, quorum codices in romanis bibliothecis minus probati aut nulli omnino erant, aliunde compararentur, aut e bibliothecis exterorum perquam attente exscriberentur. Neque id satis illi fuit. Novas eorumdem operum editiones, quae ad praestantissimorum codicum fidem a Germanis, Gallis, et Belgis tunc vulgabantur, pari cura ac sumptu colligi, ac conferri examinarique curavit, ut hinc etiam novae emendationes incrementi aliquid commoditatisque haberent.

Interim pontificis voluntas perjucunde ubique excipiebatur. Viris sapientissimis laudi item voluptatique fuit tam honestis sanctissimisque pontificis desideriis obsecundare. Unanimis illico visa est omnium sententia: singula enim suas contulere animadversiones, litterisque vel ad Cardinalem Alciatum, vel ad ipsum etiam Gregorium datis luculentissisime significarunt, ab apostolica sede nihil potuisse fieri, quod aut majus decus catholicae ecclesiae aut jurisprudentiae studiosis uberiorem commoditatem conciliaret, quam si tandem aliquando tot tantorumque virorum industria ipsiusque sedis apostolicae auctoritate canonici juris textus perquam emendatissimus in publicam lucem prodiret.

Ceteris omnibus in Italia praestitit Carolus Borromeus, praestantissimum illud totius ecclesiae decus; qua enim consilio, qua opere quindecimviris praesto fuit. Aegidius Foscararius etiam episcopus mutinensis ex illustri illius urbis bibliotheca pleraque deprompsit documenta seduloque exscripta Romam misit. Inter quae digna est quae heic commemoretur illa canonum collectio, quae Anselmo olim fuerat inscripta, et de qua saepe admodum in nostris disquisitionibus sermo erit. Nec praetereundus Galesinus mediolanensis; quique per id tempus inter Germanos et Belgas litterarum fama florebant, Laurentius Surius, Jacobus Pamelius, Vigilius Zuichemius, aliique ex praestantioribus academiarum coloniensis et lovaniensis doctoribus. Ex Gallis commendabo Richardotum et Amiotum episcopos, alterum Atrebatensem, alterum Antisidiorensem; tum Christophorum Thouanum, supremae curiae parisiensis praesidem, tum etiam Antonium Contium et Antonium Democharesium. Inter hispanos meritis laudibus sunt cohonestandi Antonius Augustinus archiepiscopus tarraconensis et Ambrosius Morales, praeterea episcopi segoviensis et placentinus, qui doctrina et eloquentia in tridentino concilio tantum sibi pepererant decus, ac demum Gaspar Quiroga episcopus conchensis ac dein archiepiscopus toletanus S. R. E. Cardinalis. Isti enim omnes quocumque poterant adjumentorum genere uberrimam romanis emendatoribus opem tulere.

Quid boni á tot virorum curis studiisque in unum collatis profluxerit, quaeve eorum mens in hac re fuerit, nullibi apertius videre licet, quam in ipsis litteris, quas iidem ipsi ad romanam congregationem dederunt, quasque ad nostri etiam operis ornamentum heic proferimus [2]), ut hinc adversarii etiam infensissimi dignoscant, quanta fuerit industria tum romanorum pontificum tum omnium catholicorum doctorum, ut grave hoc disciplinarum genus, quod universae hominum societati salutare adeo est, excoleretur ac promoveretur, iis praesertim temporibus, in quibus nefarii religionis hostes, impio quodam perciti furore, non modo litteris scientiisque omnibus atrox inferebant bellum, sed et praetiosiores bibliothecarum

---

2) Protulimus hasce litteras in appendice prima ex codice vaticano N, 4890.

codices, quod Saraceni olim Alexandriae fecerant, flammis comburebant.

Sex anni exciderant, ex quo a conventibus cessatum erat, quum Gregorius XIII conjunctis omnibus sapientissimorum virorum in hoc argumentum lucubrationibus, Cardinales ad publicum consistorium IV. Kal. Maj. an. MDLXXVIII. arcessivit, jussitque ut conventus denuo instaurarentur. Paucis post diebus, III. scilicet Non. Mai. coierunt omnes qui Romae supererant; in eorum locum, qui ad alia fuerant provecti officia, alii fuerunt suffecti; ea omnia quae in superioribus conventibus discussa atque adornata fuerant, secundis curis illustrata sunt, consiliisque aliorum etiam hominum prudentissimorum amplificata.

Quoad ceteras juris canonici partes non aliter est actum. Tametsi ad eas emendandas multo minores curae erant necessariae; siquidem Antonius Augustinus et Antonius Contius viri sapientissimi id ipsum prius praestiterant. Alter enim quatuor antiquas decretalium compilationes, integrum alter canonici juris corpus ita typis vulgaverant, ut ad castigatiorem recensionem tum decretalium Gregorii IX, tum libri VI, tum Clementinarum ac extravagantium Joannis XXII atque communium aliud omnino non desideraretur, nisi ut editiones, quae tunc temporis in omnium manibus erant, cum praestantissimis bibliothecae vaticanae codicibus conferrentur.

Ceterum commentaria etiam quae Bononiae in universum legum ecclesiasticarum corpus sapientes viri condiderant, quaeque glossas appellamus, ad novum examen revocata fuere. Quum enim pleraque ibi occurrerent, quae non interpolata ac corrupta tantummodo, sed et ab scriptoribus heterodoxis a Baleo, a Flaccio Illyrico ac praesertim a Carolo Molineo in odium perniciemque catholicae ecclesiae prave fuerant detorta atque oppugnata, necessarium omnino fuit, ut diligentissime pervestigarentur atque ad certam romanae fidei normam revocarentur.

Thomas Manriques et Paulus Constabilis, sacri palatii apostolici uterque magister, quod illorum erat officium, annis MDLXXII. et MDLXXIII, ut Christi fideles istiusmodi fraudes facilius effugerent, indigitaverunt in corpore juris canonici loca ab haereticis depravata eaque diligenter in integrum restituerunt. Iisdem ipsis, qui paullo post inter quindecimviros fuerunt adscripti, demandata est cura,

ut ad sapientissimam earum legum normam, quae in generali conventu habito ante diem XVII. Kal. Febr. anni MDLXX. fuerant constitutae, glossas etiam omnes novis disquisitionibus pervestigarent, quasque emendandas dignoscerent, emendarent [3]).

---

3) Decreta ab hisce viris annis superius adnotatis edita, cum paucis admodum nota sint, hic apponenda esse censuimus.

F. THOMAS MANRIQUE, SACRI ET APOSTOLICI PALATII MAGISTER LECTORI.

Cum glossae ad explicationem *Juris Canonici* hactenus editae, multis in locis doctrinae ecclesiasticae veritatem corrumpant, ne earum lectio legentibus obesse possit: primum diligentiam adhibuimus, ut interim dum prodeat accuratior et plenior repurgatio, subsequens praecedat, juxta quam ea sola deleantur loca, quae errores perniciosos continere animadvertimus, una cum additionibus *impii Caroli Molinaei*. Deinceps, qua majori fieri poterit claritate, omnino curabimus, ut ipsi integri codices juris canonici imprimantur, iis notatis erroribus, qui veram atque sanam ecclesiae doctrinam laedere possunt. Itaque viri boni et aequi, ne dum non acerbo, sed grato animo ferre debebunt, si dum loca periculosa adnotabuntur, usu librorum praesertim ab impio *Car. Molinaeo* depravatorum, caruerunt: neque item conqueri, si nec dum integras omnium locorum notationes habeant, donec ipsi novi codices exeant in publicum, in quorum marginibus indicabitur, quid suo quoque loco citandum sit. Multa consulto in ipsis glossis intacta reliquimus, non ideo quod vitiosa non sint, sed quia in alteram partem potius quam in fidem peccant.

Permittitur autem ad communem studiosorum usum, ut interim liceat, librariis quidem tenere, at nullo pacto nisi prius juxta hanc censuram correctos, vendere: aliis vero omnibus neque tenere, neque vendere, neque emere, neque legere, idem jus canonicum cum glossis, nisi infra tres menses proximos ab hujus impressionis notitia, omnia deleantur, quae in paginis delenda inferius praescribuntur. Omnes codices cujuscunque alterius impressionis ad normam et regulam hic praescriptam emendentur. Qui secus vendiderit, emerit, tenuerit, legerit, incurrat in poenas, quas Bulla fel. mem. Pii IIII in eos decernit, qui a libris reprobatae lectionis non abstinent, quae indici prohibitorum ab eodem pontifice comprobato, praefixa est. Vale.

Dat. Romae 22 Aug. M. D. LXXII.

Censura in glossas et additiones juris canonici, omnibus exemplaribus hactenus excusis, respondens. Romae. Apud haeredes Julii Accolti M. D. LXXII.

F. PAULUS CONSTABILIS SACRI ET APOSTOLICI PALATII MAGISTER LECTORI.

Edita alias fuit censura per bon. mem. Fratrem Thomam Manrique, tunc S. P. Magistrum, tam super antiquis glossis juris canonici, quam super additionibus *impii Caroli Molinaei*, cum praefinitione certi temporis, cujus tempus sanctissimus

Hoc vero in opere tanta fuit omnium alacritas, agendique celeritas, ut sub initium anni MDLXXX. metam attigerint. Per litteras enim datas Kal. Jun. ejusdem anni tributa facultas est, ut novus ac emendatus totius juris canonici textus prelo in aedibus populi romani subjiceretur. Quare factum est, ut totum opus quatuor voluminibus in folio, quod dicimus, majori exaratum, novisque Gregorii litteris IV. Non. Jun. anni MDLXXXII. probatum, primum prodierit, quod toties deinde fuit recusum.

Quae de juris canonici emendatione historice hactenus disseruimus, satis superque ostendunt, quanta cum industria ac prudentia res, quae tunc temporis maximopere ardua ac difficilis erat, felicem sortita sit exitum. Non solum enim catholici, sed et sapientiores inter acatholicos romanorum emendatorum ingenium atque industriam sunt admirati: quoties vero novas ejusdem juris editiones adornare quilibet sapientissimus voluit a tam nobili exemplo, ne latum quidem unguem, est ausus abscedere. Interim sedes apostolica immortalem vel exinde sibi nacta est commendationem. Si enim correctionem bibliorum vulgatae editionis excipimus, nullibi fortasse praeclare adeo commodeque cernitur, Apostolicam sedem in excolendis promovendisque omnibus litterarum optimarumque disciplinarum studiis principem semper sibi locum vindicasse.

Dominus noster jussit ad annum prorogari. Verum quia veteres glossarum auctores pii ac catholici viri fuerunt, si quid vel ignorantia peccaverunt, vel quia nondum ea diffinita erant, liberius sunt locuti; cum in nova impressione juris canonici, quam sanctissimus fieri curabit, in antiquis glossis, quae errorem aliquem continent, notationes sint apponendae, Sanctissimus Dominus noster concedit impressos juris canonici sine ulla ablatione, aut deletione antiquarum glossarum haberi posse, quousque praefata nova impressio edetur: ac tum etiam qui volent veteres libros retinere, id facere poterunt, modo in glossis antiquis eas notationes adscribant, quae in praefata nova editione apponentur. In additionibus tamen *impii Caroli Molinaei* jubet Sanctissimus quae in hoc indice notata sunt omnino deleri, ita quod illi, qui post sex menses a die publicationis praesentium, textus juris canonici, in quibus sint hujusmodi additiones, non emendatos ut in sequenti indice notatur, tenuerint, censuras indicis habentium libros prohibitos incurrant: et sic sanctissimus declaravit, et ad omnium notitiam praesentes literas venire voluit.

Datum Romae, VIII. Id. Octobris M. D. LXXIII.

Censura in additiones marginales textuum *juris canonici* omnibus exemplaribus hactenus excusis respondens de mandato S. D. N. D. GREGORII XIII edita. Romae apud heredes Antonii Bladii impressores Camerales.

Ecquis vero non grati animi sensu nomina commemoret Pii IV. sancti Pii V ac praesertim Gregorii XIII. qui quum ecclesiasticarum legum codicem in pristinam integritatem restituere contendebant veluti signum aliquod sustulerunt, per quod sapientes omnium gentium viri excitabantur ad nobilissimum illud severioris critices genus excolendum, a quo tantum decus tamque ingentes utilitates in ecclesiam religionemque universam redundarunt? Neque fas est, ut e posterorum animis eorum septem virorum memoria dilabatur, qui tum labore vigiliisque, tum sapientia atque consilio praesto ubique iisdem pontificibus fuerunt: Alciati praesertim, qui Andreae parentis doctissimi ac de juris civilis studiorum instauratione benemerentissimi vestigiis alacriter adeo insistebat; Sirleti, qui quum latinarum, graecarum hebraicarumque musarum consuetudine familiariter admodum uteretur, primus eodem tempore decretalium collectiones typis vulgavit; Caraffae etiam qui peracuta ingenii acie incredibilique animi virtute instructus tum emendatam vulgatae editionem, tum graecam septuaginta versionem typis item exornavit.

Libenter fatemur, non paucas fuisse mendas quae romanorum emendatorum perspicacitatem sedulitatemque effugere: non tamen id nos illis, sed aetati librorumque inopiae tribuimus. Quamvis enim jam tunc bibliotheca vaticana copiosa admodum codicum suppellectili abundaret, pleraeque tamen desiderabantur canonum collectiones, quae ad Gratiani decretum emendandum omnino erant necessariae, quaeque illuc nonnisi a posteriorum temporum pontificibus illatae sunt. Praeterea insuetum adeo atque novum erat id studiorum genus, ut romani emendatores primi iter aperuisse novamque ceteris provinciam indigitasse dicendi sint; quare non est cur miremur, si quam ipsi artem quodammodo invenerunt, eamdem ipsismet perficere minime licuit.

Faustum fortunatumque hoc exemplum sectati sunt praestantissimi celeberrimique totius Europae viri, ita ut nullum fortasse habeatur disciplinarum genus, quod tot tamque praeclaros cultores praeseferat. Non sine animi admiratione commemorabimus Albispinaeum, Lalandium, Voellium, Justellum, Cotelerium, Petitum, Launoyum, Miraeum, Fratres Pithoeos, Bosquetum, Florentium, Cujacium, Baluzium, Petrum de Marca, Loysam, Aguirrum Cardinalem, Gonzalezium de Telles, Lucam Holstenium, Leonem Alla-

tium, Mansium, Blascum, Lupum, Assemannos, Berardum, Cennium Lamium, Fratres Ballerinios, Baronium praeterea et Morinum, Thomassinium et Gallandium congregationis oratorii presbyteros; Dacherium, Mabillonum, Durandum, Martenium, Coustantium, Mansuetium ex ordine sancti Benedicti et congregatione sancti Mauri; Franciscum Torresium, Sirmondum, Labbeum, Cossartium, Harduinum, Schannatium, Hartzhemium, Garnierium, Petavium, Tiraboschium, Zaccariam, Andresium, Burielium et La Serna Santader e societate Jesu.

Quum vero postremis hisce temporibus cetera inter, quae catholica ecclesia cepit detrimenta, gravissimum illud sit, quod juris canonici ac totius fere christianae antiquitatis studium ipsos inter catholicos non parum elanguit atque obsolevit; neminem profecto fore existimo, qui id mihi vitio tribuere velit, quod in hisce ipsis monumentis pervestigandis plerosque vitae meae annos insumpserim. Quos superius enumeravi, homines sapientissimi satis superque meum commendant propositum; quare supervacaneum esse duco memet a non admodum religiosis istarum artium contemptoribus calumniatoribusque tueri. Adeant ipsi (id modo velint) Gonzalezium de Telles; ac videant porro quis nostrum nobiliorem sit provinciam sortitus, quamque sim ego castigandus exagitandusque, quod eam, quae mihi coelitus fortasse obtigit, ornare pro viribus pergo [4].

Ceterum quum certum nobis persuasumque sit, pleraque esse quae in nostris hisce disquisitionibus desiderantur, pleraque praeterea quae luculentius illustrari uberiusque explanari potuissent; ea nos prudentium lectorum humanitati atque indulgentiae, virium nostrarum tenuitatem excusantes, remittimus. Satis enim nobis fuit ea heic exhibere, quae ex amplissimis Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae atque Italiae bibliothecis depromere nobis licuit. Inter quae

---

4) Certe dum coepi hujus juris professioni operam dare, statim ad fontes digitum intendi, regesta Gregorii M., Alexandri III, Innocentii III, perquisivi, et his assidue usuo fui; nec adhuc ejus consilii, et studii poenitet, imo in ea sententia adhuc persisto, veram perfectamque cognitionem insalutatis antiquis integris pontificum, conciliorumque monumentis, assequi non posse. *Alii existimant pueriles, inanes, ac occosas esse has elucubrationes, sed non sine magno eruditorum hominum risu.*

De origine et progressu juris canonici §. 53. p. 25. T. 1. Comment. ejus in Decretales Gregorii IX. Lugduni 1673 fol.

tamen non pauca fortasse ea sunt, quae hactenus omnino delituerunt, quaeque facem quodammodo praeseferunt, tum ad canonum decretaliumque collectiones etiam atque etiam illustrandas, tum ad eos fontes dignoscendos, unde et Gratiani decretum et Gregorii IX decretalium codex originem duxit, tum demum ad eam obscuritatem depellendam, intra quam juris canonici historia quibusdam in locis hactenus obvolvebatur.

Primam igitur hujus Sylloges disquisitionem jam inde ab anno MDCCCXXIX latinè conscripsimus ac typis lipsiensibus edidimus: secundam ac tertiam, quam Parisiis adornavimus, alteram gallice ibidem anno MDCCCXXXI, alteram germanice anno insequenti Moguntiae in lucem protulimus: quinta demum et sexta, utpote erutae e bibliothecis neapolitanis, cassinensi ac romanis, Romae primum prodeunt. Uti vero una omnium esset lingua, et has posteriores et priores ceteras Carolus Reisachius comes, amantissimus collegii hujus Urbani rector, quem tanti laboris et hortatorem et adjutorem non raro sensimus, latinas fecit. Ex doctissimis Savignii antecessoris berolinensis operibus novam ipse extruere voluit dissertationem, in qua de jure romano, quod in antiquioribus canonum collectionibus occurrit, satis diserte disputat.

Mantissae loco duas adjecimus appendices: altera quaedam exhibet documenta non hactenus edita, quae ad Gratianei decreti emendationem proxime spectant, altera indicem praebet alphabeticum, in quo capitula omnia indigitavimus, quae in decreto elucubrando e praecipuis canonum collectionibus Gratianus desumpsit. Quandoquidem vero Reginonis potissimum, Burchardi wormatiensis, Sancti Anselmi lucensis, Ivonis et Pseudo-Ivonis integras excussimus collectiones; hinc singula eorum capitula in indicem retulimus. Secundam collectionis tripartitae partem omnino omisimus: nihil enim in ipsa erat, quod e Pseudo-Ivone non deflueret, qui merito primus erat adeundus. Ea tamen capitula, quorum prima verba tripartitae auctor immutavit; in indicem aeque scripsimus.

In ea excerpenda collectione quae est Anselmo dicata, quatuor tantummodo priores libros inspeximus, volutavimusque, tum quia quatuor hosce tantum codex vaticanus (Cod. Palat. num. 580) complectitur, tum quia et praecipui et ceteris totius collectionis uberiores sunt. Ceterorum octo librorum, qui perbreves admodum sunt,

capitula e mutinensis codicis apographo, quod in eadem vaticana bibliotheca est, eruenda mihi fuissent; at nescio quo librarii vitio lectu difficillimus est codex; capitula insuper nullis signantur numeris; quae proinde nec proferri potuissent. Ad caesaraugustanam collectionem quod spectat, nonnisi quatuor priores ejus libros in indicem nostrum intulimus; ea e ceteris capita decerpsimus, quae in Gratiani decreto prostant, ipsiusque Gratiani locum accurate semper adjecimus.

Ubi praeter Gratiani decretum aliam nullam indigitavimus collectionem, e nobis ignoto fonte locum fuisse depromptum probe constat. Canones tamen conciliorum, maximam partem, e collectione tripartita in decretum immigrarunt. Capitula singula, quantum fieri potuit accuratissime, descripsimus, quae industria ac diligentia necessaria omnino erat, quia innumera fere e conciliorum canonibus deprompta iisdem omnino verbis incipiunt; e. g. *Si quis clericus*; *si quis episcopus*; *non potest*; *non oportet*; *non omnis*; *audivimus*; *clericus*; *clericum*, *clerici*; *clericos*; *decrevimus*; *decimas*; *de his qui*, *quae*; *dictum est*; *ecclesia*: *ecclesias*, *episcopus* etc. etc. etc. In hisce autem capitulis verba quae primis proximiora sunt adjecimus, ita ut praetermissis etiam capitulorum inscriptionibus, alterum ab altero distingui facile possit, ac nostri indicis ope locus, unde eorum quodlibet fuit desumptum, indigitari certo possit. Quamobrem, sit nostrae laudi venia, indicem hunc nostrum ceteris omnibus, qui e Gratiani capitulis fuere hactenus exstructi, multo praestantiorem commodioremque futurum confidimus.

Verumtamen de indicis utilitate satis multa. Quae res multo nobis jucundior extitit, animumque taedio fatigatum refecit non raro ac recreavit, haec est, quod ex nostra hac industria quasi novo quodam lumine perdifficilis ac subobscura illa controversia, quae de singularum collectionum origine ac cum ceteris nexu tamdiu viget, non parum illustratur. Si ceteri nobis multo sapientiores id perficere non contenderunt, ea forsitan causa fuit, quod index illis deerat, in quo primo veluti intuitu cernerent in quibusnam canonum collectionibus quodlibet capitulum occurrat. Quare qui nobis tot tantasque peperit utilitates, eumdem sperare juvat ceteris etiam hujus facultatis studiosis neque ingratum neque inutilem futurum.

Neque nos quisquam arrogantiae coarguat, quod Gallandianae

continuationis titulum operi nostro praeposuimus. Quamvis enim Gallandius non tam ex propria quam ex aliena, ut ita dicam, supellectili syllogen adornavit, idem tamen et suae et nostrae est argumentum: quum immo eo nos consilio opus nostrum instruxerimus, ac Gallandianas dissertationes ita perficere studuerimus, ut opus alterum sine altero consistere non satis commode posthac possit; factum est, ut ab ejusmodi nomine usurpando abstinere minime potuerimus.

Reliquum est, ut grates, quantum per nos fieri potest, maximas atque immortales reddamus et habeamus praesertim Petro Galeffio et Castruccio Castracanio, benemerentissimis S. R. E. Cardinalibus, qui aditum nobis ad tabularium sacrosanctae Basilicae Vaticanae fecerunt, Josepho Mezzofantio et Gabrieli Laureanio, alteri praefecto, alteri scriptorum bibtiothecae Vaticanae principi, viris nulla non laude dignis, tum R. P. Rossio Congr. Orat. Rom, Vallicellanae Bibliothecae praesidi; tum Angelo Antonio Scottio et Cataldo Jannellio, quorum et doctrina et prudentia Neapolitanae bibliothecae decus in dies crescit; tum demum R. P. Frayac Frangipane O. S. B., Cassinensis item Bibliothecae praefecto. Nisi enim praeclarissimorum ejusmodi virorum et liberalitas et sapientia mihi praesto fuissent, opus hoc nostrum exiguum adeo atque inficetum publicam inire lucem ausum vix unquam fuisset. Iterum tamen fatemur testamurque, nemini nos tantum debere, quantum Carolo Reisachio, amicorum nostrorum longe praestantissimo: quippe ejus auctoritate, consilio atque doctrina excitati ac fere manu perducti longioris stadii metam tandem aliquando pertingimus.

COMMENTATIO

DE

ROMANORUM PONTIFICUM

EPISTOLARUM DECRETALIUM ANTIQUIS
COLLECTIONIBUS

ET DE

GREGORII IX. P. M.

DECRETALIUM CODICE.

CAPUT I.

De Bernardi papiensis collectione decretalium.

Quibuscunque s. s. canonum post Gratianum collectoribus palmam praeripuit Bernardus († 1213) praepositus papiensis, ob insignia ejus in ecclesiam et rem litterariam merita a Coelestino III. a. 1191 exeunte episcopus faventinus consecratus, et post mortem Lanfranchi (1198) ad inclytam sedem episcopalem papiensem translatus [3]). Bernardus animadvertens Gratiani decretorum volumen integriori juris scientiae canonicae haud sufficere, quia novum jus ecclesiasticum quod pontifices rr. decretalibus suis epistolis post Innocentii II. tempora condere coeperant, maximam partem veteri gratianeo juri derogabat, novi operis constitutionum ecclesiasticarum adornandi consilium cepit, quo scholares ac causarum patroni in posterum simul cum Gratiani opere uti possent [4]). Gratianum sequutus varia loca ex s. s. patrum scriptis desumta, s. s. conciliorum canones, et inde a Gregorio m. romanorum pontificum decreta a Gratiano omissa, maxime vero pontificum suae aetatis decretales, eas praesertim quas Alexander III. cum in concilio lateranensi III, tum alias promulgaverat, in compilationem suam recepit. Imperatorum et regum legibus, ob quarum conjunctionem cum legibus ecclesiasticis Gratianum tantam auctoritatem nactum scimus [5]), plane abstinuit: nam cap. *Quoniam* de juramento ca-

---

3) M. Sarti (cont. M. Fattorini) De claris archigymnasii bonon. professoribus T. I. P. I. p. 302—305. Bononiae, 1769 fol. I. G. La Porte du Theil: Notices et extraits des manuscripts de la bibliothèque nationale T. VI. p. 49—70.

4) » Ut autem uberior allegationum vel judiciorum copia praeparetur, ad honorem Dei, sanctaeque rom. ecclesiae, ac studentium utilitatem, ego B. pap. praep. exempla de vetere novoque jure sub titulis compilavi, super operis imperfectione veniam postulans«. Prooem. operis.

5) Quell'altro fiammeggiar' esce del riso
Di Grazian, che l'uno e l'altro foro
Ajutò si, che piace in paradiso.
Dante paradiso X, 103.

lumniae (I. 35. r.), in quo edictum imperatoris Henrici II. dignoscimus, a seriore manu additum esse censeo [6]): cum omnino verisimile sit, eam constitutionem, cujus Honorius II. in capitulo sequenti meminit, in marginem adscriptam, deinde in ipsum contextum transmigrasse. Correctores romani eandem constitutionem non sine ratione ex Gratiani decreto expunxerunt [7]).

Compilationem, quam ipse breviarium extravagantium inscripsit, eo quod s. s. conciliorum canones et decreta rom. pontificum, quae extra Gratiani decretum vagabantur, amplexa sit, in quinque libros distinxit: in singulis libris capitula sub diversis titulis collocavit, in quibus ordinandis, ut plerisque videtur, justinianeum codicem respexit. Ordo tam capitulorum, quam titulorum continue numeratur. Quod titulus libri primi *de Syndico* medius inter utrumque titulum 29 et 30 in recensione Augustini extet, et capitula tituli *de purgatione vulgari* (V. 30.) capitulis antecedentis tituli adnexa inveniantur, vitio quorundam codd. mss. factum esse videtur. Titulis auctor rubricam, et capitulis inscriptionem praeposuit. Fontes, ex quibus in compilanda sua collectione hausit, Bernardus paucis verbis in prooemio suo indicavit [8]). Usus autem est variis s. s. canonum collectionibus, cum iis, quae Gratiano antiquiores, tum iis, quae eo recentiores sunt, quare illas antegratianeas, has postgratianeas nuncupare liceat. Quod antegratianeas attinet, quae Gratianus in veteribus decretorum libris nonnunquam quasi superflua rejecerat, in compilationem suam resumsit, ut vinculum inter utrumque jus, novum scilicet decretalium et antiquum s. s. canonum restitueretur, vel saltem ostenderetur, quid olim vi-

---

6) Lex Longob. Lib. II. T. 47. c. 11. p. 644. ap. Lindenbrog. cod. leg. antiq. Francof. 1613. fol.

7) Ad C. 22. q. 5. c. 23.

8) « Liber extravagantium a majori parte decretalium nomen accepit; in ejus exordio materiam, intentionem, utilitatem, et agendi ordinem persequamur. Materia sunt decretales ut quaedam varia capitula, quae in corpore canonum, registro gg, et Brocardo reliquerat Gratianus. » poma nova et vetera nobis servans. Intentio est praedicta colligere in unum volumen ac. . . » suas. . . sub propriis titulis ordinare. Utilitas patet, quod per hujus operis scientiam. . . erimus ad consulendum, allegandum, et definiendum. Ordo agendi talis est: dividitur opus in V. libros, in quorum primo tractatus de constitutionibus ecclesiasticis, de ordine et officio clericorum, et de praeparatoriis judiciorum. In secundo de judiciis, et processu judiciorum. In tertio de vita clericorum, et rebus eorundem, de statu monachorum, et rebus eorum. In quinto de criminibus et poenis ». Auctor in prooem. Summae. Notices etc. l. c. p. 59. sq.

guerit [9]). Plura capitula ex epistolis s. Leonis m. et s. Gregorii m. hausit. Praeterea Burchardum wormatiensem, Anselmum lucensem, Bonizonem sutriensem, Deusdedit, et Ivonem carnotensem consuluisse videtur [10]). Gratianus ipse perplura capitula Bernardo suppeditavit [11a]), eorumque partem, quae paleas nominare solemus [11b]): nec Pseudo-Isidori supposititiae decretales spretae. Ita e. g. cap. *Si archiepiscopus* de elect. et electi potest. (I. 4. 9.) Lucio adscriptum Pseudo-Aniceto tribuendum est, quam inscriptionem omnes canonum collectiones pariter exhibent [12]). Cap. *Testimonium* de testib. et attest. (II. 13. 1.) pariter ex Pseudo-Isidoro desumtum [13]).

Quod ad fontes postgratianeos bernardini operis attinet, duos tantum typis vulgatos habemus, sed verisimile est, plerasque illius aevi collectiones adhuc in bibliothecis conditas latere, quibus Bernardus usus fuerit. In eorum numero diutissime etiam Laborantis

---

9) » Haec et alia, quae de textu Pentateuchi huic inserui volumini, ad hoc apposui, ut » sciatur, quid de talibus fuit in veteri lege statutum, non quod omnia credam ad litteram esse » servanda». Bernardus ad III. 13. c. 1.

10) I. 1. c. 1. Burch. Lib. I. c. 61. Ivo Decret. P. V. c. 171. I. 4. c. 6. B. Lib. I. c. 225. I. P. V. c. 338. Panorm. Lib. III. T. 2. c. 12. II. 7. c. 1. B. Lib. II. c. 81. I. P. IV. c. 16. Panorm. Lib. II. T. 13. c. 3. III. 1. c. 5. B. Lib. VIII. c. 97. I. P. VII. c. 115. III. 16. c. 3. B. Lib. II. c. 39. I. P. VIII. c. 178. Panorm. Lib. VI. T. 10. c. 4. 5. 8. Anselm. Lib. X. c. 23. Gratian. C. 33. q. 1. c. 1. 2. 3. C. 27. q. 2. c. 28. V. 10. C. 5. B. Lib. XI. c. 61. I. P. X. c. 55. P. XIII. c. 47. P. XVI. c. 352. Panorm. Lib. V. T. 2. c. 34. c. 4. I. P. XVI. c. 349. etc. Cf. Augustinus ad l. cit.

11a) III. 1. c. 3. Dist. 23. c. 25.; III. 9. c. 1. C. 12. q. 2. c. 52.; III. 11. c. 5. C. 12. q. 2. c. 39.; III. 21. c. 2. 3. C. 12. q. 3. c. 1. C. 12. q. 1. c. 10.; V. 23. c. 1. Dist. 81. c. 12.

11b) I. 1. c. 7. 8. Dist. 67. c. 3. Dist. 18. c. 1.; I. 11. c. un. Dist. 54. c. 3.; II. 2. c. 2. 3. C. 11. q. 1. c. 2. 6.; II. 3. c. un. C. 2. q. 1. c. 9.; II. 17. c. 1. C. 22. q. 5. c. 23.; III. 2. c. 3. Dist. 81. c. 22.; III. 5. c. 3. C. 17. q. 4. c. 2.; III. 16. c. 4. C. 12. q. 2. c. 55.; III. 25. c. 2. C. 9. q. 2. c. 4.; III. 34. c. 1. C. 23. q. 8. c. 25.; IV. 2. c. 2. C. 31. q. 2. c. 2.; IV. 4. c. 1. C. 27. q. 2. c. 51.; IV. 5. c. 1. C. 27. q. 2. c. 8; IV. 17. c. 1. c. 35. q. 6. c. 2.; IV. 20. c. 1. C. 31. q. 1. c. 6.; V. 2. c. 4. C. 2. q. 5. c. 14.; V. 10. c. 3. 4. C. 13. q. 2. c. 32.; V. 13. c. 3. C. 34. q. 1. c. 7.; V. 14. c. 1. C. 6. q. 3. c. 5.; V. 22. c. 1. 2. Dist. 34. c. 2. 3.; V. 26. c. 4. C. 13. q. 2. c. 31.; V. 29. c. 4. C. 2. q. 5. c. 17.; V. 30. c. 1 (9). C. 2. q. 5. c. 15.; V. 30. c. 2 (10). C. 17. q. 4. c. 24.; V. 32. c. 2. C. 17. q. 4. c. 26.; V. 35. c. 1. C. 1. q. 1. c. 60.; V. 37. c. 2. C. 27. q. 2. c. 4.

12) Burch. Lib. I. c. 28. Ivo. P. V. c. 137. Panorm. Lib. III T. 2 c. 3. Gratianus ex eadem Aniceti epistola capitula nonnulla hausit. Dist. 23. c. 21. Dist. 64. c. 4. Dist. 99. c. 2. C. 9. q. 3. c. 5. 6.

13) Ex pseudo-synodo rom. II. a. 314 Act. II c. 14. Mansi Tom. II. col. 629. Cf. Hincmar. Rhem. Opusc. 48. nr. 19. p. 793. Op. T. II. ed. Sirmond. Lut. Paris. 1645. fol. Nostrum cap. plures canonum collectiones peragravit: L. Longob. Lib II T. 51. c. 12. Capit. Hadriani c. 72. Conc. Trib. c. 4. Burch. Lib. II. c. 204. Ivo Decret. P V. 1. c. 278. Panorm. Lib. III T. 8. c. 6. Gratian. c. 11. q. 1. c. 11.

canonum collectio fuerat, quam Ughellius ex tenebris protraxit [14]. Laborans in castro Pantormae fere XVI. a florentina urbe milliario sito natus studiorum causa Parisios adierat, ibique doctoris et magistri laurea insignitus fuit, unde magistri nomen accepit. Deinde peragratis Galliis, Germania, Italia, et Sicilia, ob singularem eximiamque utriusque juris cognitionem atque exploratam in rebus agendis dexteritatem ab Alexandro III. a. 1173 cardinalis diaconus sanctae Mariae in porticu, et deinde a. 1178 cardinalis presbyter Callisti s. Mariae trans Tiberim renunciatus perplurimis negotiis gravissimis et legationibus romanae ecclesiae sub pluribus pontificibus perfunctus est. Is praeter plura alia scripta edidit a. 1182 canonum collectionem, in qua elaboranda viginti annos desudaverat. Opus in libros sex distinctum, qui partes 37 et 71 capitula continent. Num Bernardus ex vasto isto penu aliquid depromserit haud liquet, cum solummodo tituli capitulorum typis mandati sint, ex quibus tamen videre licet, auctorem omnem tunc temporis vitae et disciplinae ecclesiasticae materiam in opere suo tractasse [15]. Jam accuratius tractandum de binis collectionibus, quae, ut supra dixi, typis vulgatae sunt, quarum una *Appendicis ad concil. lateranense* III, altera *Decretalium Alexandri* III. *in concilio later.* III. *generali anno* MCLXXIX. *celebrato editarum* nomen habet.

Appendix in quinquaginta partes divisa est, quarum prima canones concilii lateranensis III. exhibet. Reliquae constant longe maximam partem ex Alexandri III. decretalibus [16] et canonibus ab·

---

14) Italia sacra d. III. col. 100 sc. ed. Nic. Coleti. Venetiis, 1718 fol. J. Lami sanctae ecclesiae florentinae monumenta. T. I. p. 201 sq. Florentiae, 1758. fol. Cf. Sarti. T. I. p. 248.

15) F. A. Zaccaria dissertatio de inedita canonum collectione, quam XII. saeculo cardinalis Laborans composuit ap. Galland. Sylloge. T. II. p. 767—800 ed. cit.

16) In compilandis decretalibus Alexandri videtur compilator registris ipsius usus fuisse. Meminit libri primi P. 50. c. 7—12., libri secundi P. 50. c. 3—6., libri octavi P. 50. c. 14—15., libri duodecimi P. 50. c. 16. 19. 23. 26—31., libri decimi tertii P. 50. c. 20. et decimi quarti P. 50. c. 21. Vehementer dolendum Alexandri III. regesta, quae Innocentius III. prae oculis habuisse videtur (Lib. I. ep. 540. p. 307. ed. Steph. Baluz.), injuria temporis plane deperdita vel in scriniis vaticanis dispersa esse. Cf. Savioli annali bologn. Vol. I. P. 2. nr. 138. p. 268. Utrum unquam extiterint regesta omnium annorum pontificatus ipsius, non compertum habeo. Ludovicus Jacobus a s. Carolo dicit: « epistolas decretales sui temporis (Alexander) in unum codicem redactas, *consulta Alexandri* voluit nominari. Secundum quosdam eum scripsisse reperio epistolarum ad diversos libros viginti duos. Sed an omnes extent, nihil certi habeo». Bibliotheca pontificia duobus libris distincta. Lugduni, 1643. 4. Lib. I. p. 8.

ipso in concilio turonensi a. 1163 publicatis [17]). Rariores occurrunt epistolae decretales pontificum, qui Alexandrum proxime praecesserunt [18]), paucissimae sunt decretales pontificum Gregorio VII. anteriorum [19]), paulo frequentiores deprehenduntur epistolae Alexandri, successorum Lucii III. (1181 † 1185) [20]), Urbani III. (1185 † 1187 [21]), Gregori VIII. († 1187 [22]), et Clementis III. (1187 † 1191) [23]). Septem canones conciliorum quoque afferuntur [24]), duo conciliorum moguntinorum, et singuli ex concilio africano, ex concilio triburiensi, ex concilio apud Compendium, ex concilio maticensi et ex concilio apud Wormatiam. Injecta denique fragmenta et capitula quaedam inscriptionibus destituta. Partes quinquaginta continent 571 capitula. Numerus capitulorum in singulis partibus varius est. Partes, exceptis XLIX. et L., habent titulos qui argumento capitulorum respondent et capitula plerumque inscriptionibus distinguuntur. Epistolas decretales modo integras, modo discerptas in duas vel plures partes, modo mutilatas operi suo inseruit auctor. Indicatur mutilatio plerumque in inscriptione capituli verbis: " *Pars capituli*", additisque initialibus verbis integrae decretalis, aut in ipso capitulo post initium decretalis positis verbis „*et infra*", ita, ut omissa parte decretalis sequatur fragmentum excerptum. Saepius

---

17) C. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. et 10. ultimus. P. 30. c. 4. P. 16. c. 9. P. 26. c. 8. P. 2. c. 2. 10. P. 2. c. 1. P. 27. c. 2. P. 31. c. 6.

18) Cf. Epistolae decretales Gregorii VII. P. 17. c. 7.; Paschalis II. (1099 † 1118) P. 13. c. 16. P. 43. c. 1.; Honorii II. (1124 † 1130) P. 23. c. 1.; Eugenii III. (1145 † 1153) P. 8. c. 17. P. 12. c. 8. P. 23. c. 23. P. 34. c. 1. Innocentii II. esse videntur P. 6. c. 31. P. 50. c. 57. quibus sola inscriptio est: *Innocentius*. De P. 50. c. 57. vide corr. rom. ad C. 2. q. 5. c. 17. Cf. c. 5. de purgat. can. (V. 34.) P. 8. c. 17. transiit in Bernardi compilationem cum epigraphe: Innocentius III. (IV. 1. 10.)

19) Pontifices iisdem nominibus insignitos non distinxit addito numero. Sub nomine Gregorii afferuntur P. 13. c. 9. 14. P. 17. c. 7. P. 38. c. 6. P. 43. 4. P. 44. c. 1. P. 48. 2. ex quibus P. 17. c. 7. Gregorii VII. est. P. 43. 4. in registris Gregorii m. non extat. De P. 45. c. 7. sub nomine Adriani relato vid. not. ad c. 1. de conjug. servor. (IV. 9.). Eugenii I. est P. 26. c. 15. (c. 2. de clerico aegrot. III. 5.); Leonis III. P. 45. c. 2. (c. 1. de sepulturis III. 28.). — P. XIII. c. 10. porro sub nomine Hadriani et c. 15. sub nomine Joannis refertur. Hormisdae P. 49. c. 10., Gelasio P. 31. c. 6., Benedicto P. 6. c. 27. tribuuntur.

20) P. 7. c. 22. P. 8. c. 21. P. 10. c. 18. P. 15. c. 8. P. 23. c. 5. P. 26. c. 22. P. 28. c. 13. 15. P. 37. c. 4. P. 40. c. 4. P. 45. c. 6. P. 49. c. 7. 14. P. 50. c. 50.

21) P. 6. c. 21. (Inscriptio est: Urbanus m. Cenom. cf. c. 18. de Sponsalib. (IV. 1.). P. 38. c. 8. P. 48. c. 3. P. 50. c. 61.

22) P. 49. c. 1. 2.

23) P. 15. c. 26. P. 50. c. 7.

24) P. 6. c. 5. P. 31. c. 6. P. 43. c. 5. P. 45. c. 8. P. 50. c. 44. 45. 46. 56.

eandem decretalem vel integram vel ex parte in diversis rubricis bis [25]) terve [26]) disposuit. Ceterum compilator non ipsam porro decretalem aut ejus partem verbotenus, prout a pontifice emanavit, affert, sed ex arbitrio suo paulisper immutatam et in aliam formam redactam. Capitula, quae Alexandro III. antiquiora sunt, corrasa sine omni delectu abruptim in collectionem injecta sunt. In horum numero pleraque spuria [27]) deprehenduntur, et inscriptiones plerumqne falsae sunt [28]). Neque tamen oblivisci fas est, plurima menda, quibus textus laborat, codici nimis terso et lectu difficillimo deberi, quem a Petro Crabbio (1470 — 1554) mechlinensi, ordinis s. Francisci de observantia, sedulo conciliorum editore acceperat et ediderat Bartholomaeus Laurens, Point cognominatus [29]).

Altera compilatio, quam J. H. Boehmerus ex pervetusto bibliothecae hasso-casselanae codice edidit [30]), quare eam brevitatis

---

25) P. 5. 5. P. 21. c. 3.; P. 15. c. 17. P. 47. c. 1.; P. 18. c. 12.; P. 26. c. 21.; P. 22. c. 2.; P. 42. c. 3.; P. 24. c. 5. P. 30. c. 8.; P. 34. c. 3.; P. 50. c. 52.; P. 35. c. 3.; P. 49. c. 19.

26) P. 5. c. 5. P. 6. c. 9. P. 21. c. 3.

27) C. 7. P. XVII. continet excerpta et in compendium redacta ex ep. 13. lib. VII. Gregorii VII. Cf. c. 2. de jure jurando (II. 24.(

28) Cap. 27. P. VI. Benedicto p. adscriptum est palea Gratiani. Corr. rom. ad C. 27. q. 2. c. 18. — Cap. 5. P. XXXVIII., quod inscriptionem habet » Item gloriosus Clemens in lib. Strom.«, est Alexandri III. Vid. J. a Costa et Gonzalez Telles ad cap. 5. de Praescript. (II. 26.) ap. Boehm. Cap. 4. P. XLIX. Hormisdae adscriptum est caput incertum; cf. C. 30. q. 2. c. 5. Cap 44. P. L. ex concilio moguntino deprehenditur in Theodori Cantuar. Poenitentiali c. 4. De cap. 57. P. L. cf. corr. rom. ad C. 2. q. 5. c. 17.

29) Cf. Praefatio in omnibus conciliorum editionibus appendici praemissa. Ni fallor, primum appendix recepta fuit in editionem conciliorum crabbianam, quae Coloniae 1551 prodiit, quam autem inspicere mihi non licuit. Traité de l'étude des conciles et de leurs collections par Fr. Salmon. Paris, 1726. 8. p. 479. In recensione repetita per Point et Laur. Surium multa textus menda emendata sunt; transiit haec in surianam conciliorum collectionem, et dein in reliquas. Cf. conciliorum omnium tum generalium tum provincialium atque particularium collectio (per Surium). T. III. p. 611—733. Coloniae, 1567 fol. Conciliorum omnium tam generalium quam provincialium collectio. Venetiis, 1585 fol; T. IV. p. 85—209. Nomen gerit haec Dominici Nicolini haud incelebris Venetorum bibliopolae, sed praesertim adornata fuit per Dominicum Bollanum ordinis s. Dominici. Cf. J. Quetif et J. Echard scriptores ordinis praedicatorum T. II. p. 396. Lut. Paris. 1731 fol. M. Foscarini della letteratura veneziana p. 347. Padova, 1752 fol. Sever. Binii concilia generalia et provincialia, Colon. Agripp. 1606. T. III. p. 1345—1440. Collectio regia T. XXII. p. 477—761. Labbè et Cossart T. X. col. 1533—1733. Hardouin. T. VI. P. II. col. 1693—1876. N. Coleti T. XIII. col. 446—638. Mansi T. XXII. col. 248—454. Mansi in imo pagellarum lectiones variantes ex breviario Bernardi adjecit.

30) Tom. III. Corp. j. c. App. II. Titulum prae se fert: *Decretales Alexandri III. in concilio lateranensi III. generali anno MCLXXIX. celebrato editae*, licet, ut appendix ad conc. lat., et perplures aliorum pontificum epistolas contineat. Scilicet veteres collectores a principali et praecipuo collectionis argumento denominationes fecerunt.

causa codicem casselanum nuncupare liceat, continet novam appendicis modo descriptae recensionem, detractis quibusdam, et aliis additis capitulis. Adornatus est eodem modo, quo appendix. Partium locum tenent tituli, quibus singulis peculiaris rubrica praemissa est ejusdem argumenti, ut ei respondens rubrica in appendice, in verbis tantum nonnunquam mutata. Inscriptiones capitulorum eaedem sunt in hac collectione, sicut in capitulis respondentibus appendicis, nisi ubi injuria temporum exciderunt, aut codices mss. lectu difficillimi lectioni varianti aut potius depravatae locum dederunt. Insuper autem deprehenditur indiculus argumenti cuivis capitulo praemissus. Numerus titulorum et capitulorum differt ab illo partium et capitulorum in appendice; continet enim codex casselanus 65 titulos et 438 capitula. Dispositio quoque alia est, et melior quam in appendice. Canones concilii lateranensis, quos integros prima appendicis pars complectitur, discerpti et sub priores duodecim titulos redacti. Secunda pars appendicis in tres titulos divisa. Nonnunquam integrae partes cum inscriptionibus et capitulis integros titulos codicis casselani constituunt ordine capitulorum tantum aliquando mutato [31]). Nonnunquam rubricis partium quaedam addita aut detracta, prout ratio argumenti in capitulis tituli postulare visa est [32]). Partes, quas appendix sine ratione discerptas habet, denuo conjunctae [33]). Partes septem a 36 usque ad 42 penitus deletae, earumque capitula sub diversos titulos distributa. Partes 49 c. 1—20. P. 50. c. 1—67, quae in appendice rubrica sua destitutae deprehenduntur, et quae ob capitula sua diversissimas res ec-

---

31) P. 4. c. 1—4. T. 34. c. 1—4.; P. 5. c. 1—10. T. 57. c. 1—11.; P. 6. c. 1—33. T. 58. c. 1—40.; P. 7. c. 1—22. T. 42. c. 1—24.; P. 9. c. 1—8. T. 64. c. 1—5.; P. 10. c. 1—32.; T. 51. c. 1—38.; P. 12. c. 1—8. T. 59. c. 1—9.; P. 14. c. 1—13. T. 19. c. 1—13.; P. 15. c. 1—26. T. 53. c. 1—24.; P. 17. c. 1—7. T. 28. c. 1—10.; P. 18. c. 1—15. T. 63. c. 1—15.; P. 19. c. 1—10. T. 33. c. 1—11.; P. 21. c. 1—3. T. 26. c. 1—5.; P. 24. c. 1—5. T. 22. c. 1—5.; P. 25. c. 1—5. T. 30. c. 1—8.; P. 26. c. 1—26. T. 21. c. 1—30.; P. 27. c. 1—6. T. 24. c. 1—6.; P. 28. c. 1—15. T. 17. c. 1—6.; P. 30. c. 1—9. T. 31. c. 1—5.; P. 32. c. 1—2. T. 61. c. 1—2.; P. 34. c. 1—3. T. 20. c. 1—3.; P. 37. c. 2. et 3. T. 60. c. 1—2.; P. 38. c. 1—7. T. 50. c. 1—6.; P. 44. c. 1—10. T. 53. c. 1—3.

32) P. 11. c. 1—2. T. 43. c. 1—2.; P. 16. c. 1—10. T. 9. c. un.; P. 20. c. 1—4. T. 2. c. un.; P. 22. c. 1—9. T. 45. c. 1—8.; P. 3. c. 1—6. T. 44. c. 1—6.; P. 29. c. 1—9. T. 27. c. 1—7.; P. 31. c. 1—7. T. 41. c. 1—8.; P. 33. c. 1—5. T. 62. c. 1—6.; P. 40. c. 1—5. T. 40. c. 1—9.; P. 43. c. 1—5. T. 36. c. 1—5.

33) P. 7. P. 46. P. 15. P. 47. P. 28. P. 48.

ecclesiasticas spectantia sub rubrica certa facile redigi non potuissent, dissolutae, et singula capitula variis titulis inserta. Partes eandem materiam spectantes, quae in appendice dispersae sunt, titulos sese excipientes formant. Ita P. 5. 6. 9. 12. 18. 32. 45. de matrimoniis agentes constituunt tit. LVII—LXV. Rubricae titulorum 16. 23. 25. 39. 48. 60. 65. recens adornatae eorumque capitula ex capitulis partium appendicis undique conquisita [34]). Plura capitula, quae appendix minus apto loco collocasse videbatur, sub titulos magis convenientes redacta. Tituli 37. 38. 56. plane novi non solum quod ad rubricas attinet, sed etiam quod ad capitula spectat, quae hisce titulis continentur. Centum et duodecim capitula appendicis prorsus remota, quorum pleraque Joannes Wallensis, ut infra dicemus, in suam compilationem recepit. Recens accesserunt triginta duo capitula, quorum viginti duo Alexandrum III. auctorem habent, reliqua praedecessoribus ejus adscripta sunt [35]). Loco depravatae aut deperditae inscriptionis in appendice genuina deprehenditur. Mutilata capitula eodem, quo in appendice, modo indicantur. Mendis autem quam plurimis, quibus appendix laborat, neque hic codex destitutus est. Eaedem falsae inscriptiones [36]), eademque capitula spuria referuntur. Supersedere debemus singula enumerare et dijudicare, quia nimis longum esset.

In definienda aetate utriusque compilationis fluctuant viri docti. Cum compilatio, quam codex casselanus exhibet, quaedam capitula Lucii III. et Urbani III. inserta contineat, palam est, ut ait J. H. Boehmerus, hanc compilationem demum factam fuisse post annum 1187, quo Urbanus III. decessit. Appendix autem, quippe

---

34) Ita tituli LX. cap. 1 et 2. desumpta sunt ex P. XXXVII. c. 2 et 3. Cap. unic. Tit. LXV. est cap. 7. P. XLV.

35) Etiam ex s. Isidoro hispalensi transmigravit capitulum T. 58. 8. Isidori etymolog. Lib. XI. c. 2. n. 13. p. 26. Op. T. IV. rec. F. Arevalo. Romae, 1801. 4.

36) Inscriptio T. 40. c. 9. Paschalis II. *Palmono episcopo* sine dubio orta est ex depravata inscriptione paschalianae epistolae *ad N. Poloniae archiepiscopum*. Hardouin. Act. Concil. T. VI. P. 2. col. 1768 sq. Mansi T. XX. col. 984 sq. Celeberrimus *Fr.* A. Kollar autographon hujus epistolae, quod inscriptionem *Colocensi archiepiscopo* exhibet, quam jam pridem Steph. Baluzius, Floreus et Em. Gonzalez Tellez ad cap. 4. de electione et electi potestate (I. 6.) genuinam statuerunt, ex archivo ecclesiae metropolitanae protulit: historia diplomatica juris patronatus Hungariae regum Lib. II. c. 11. Vindobonae, 1762. 4. p. 120 sq.

quae quasdam epistolas Gregorii VIII. († 1187)[37], et duas Clementis (1187—1191)[38] contineat, J. H. Boehmero post annum 1191 sub Coelestino III. composita fuisse videtur[39]. Sed Boehmerus obiter tantum in internum utriusque compilationis nexum indagavit, et satis oscitanter collationem inter utramque instituit[40]. Alioquin perspexisset auctorem codicis hasso-casselani appendice vel fonte usum fuisse, eamque in meliorem formam redegisse; ideoque recentiori tempori vindicari debere, nisi statuere velimus compilationem satis bene digestam ab auctore, qui appendicem confecit, misere et impie dilaceratam, mutilatam, et confusam fuisse, quod mihi prorsus a vero alienum esse videtur. Caeterum non satis certum est, appendicem post Gregorii VIII. et Clementis III. tempora demum confectam esse, licet haec collectio decretales eorum pontificum exhibeat. Quis enim ignoret, quibus interpolationibus collectiones istius aevi obnoxiae fuerint? Quot capitula Gratiani decreto assuta notarunt correctores romani? Quid, quod in fine appendicis cap. 50 ipsius Innocentii III. decretalem epistolam, quae a Petro beneventano in tertiam compilationem recepta fuit et deinde in librum decretalium Gregorii IX. (I. 3. 15.) migravit, adjectam videmus. De auctoribus collectionum, quarum meminimus, nihil constat. Antonius Augustinus appendicem Alani aut Gilberti veterum juris canonici interpretum opus esse suspicatur[41]. Eum sequutus J. H. Boehmerus appendicem Alano, qui et doctor universalis dictus fuit, compilationem cod. cass. Gilberto tribuit[42], quae assertio

---

37) P. XLIX. c. 1. 2. 3. 4 — c. 2. vid. Mansi T. XXII. Gregorii ep. III. col. 532.

38) P. 15. 26. P. 50. 67 ap. Mansi XXII. col. 562. Cf. c. 5. de testibus cogendis vel non (2. 21.) et cap. 17. de sent. excomm. (5. 39.). Est solummodo fragmentum integrae decretalis seguntino episcopo scriptae, quam refert ex prototypo archivi ecclesiae seguntinae. Manrique tom. III. annal. cisterc. ad a. 1189. c. 3. n. 7. p. 223., ex eoque repetiit Gonzalez ad c. cit.

39) Dissertat. Tom. II. C. j. c. praemiss. p. XXIV.

40) Capitula titulorum T. 13. c. 8. T. 27. c. 2. T. 33. c. 11. T. 39. c. 1. T. 39. c. 2. T. 42. c. 23. T. 42. c. 24. T. 45. c. 8. T. 48. c. 11. T. 49. c. 3. T. 51. c. 28. T. 51. c. 33. (½) T. 58. c. 40. T. 62. c. 5. T. 62. c. 6. quae Boehmerus in appendice deesse perhibuit, revera ibi deprehenduntur: P. 2. c. 5. 6. P. 29. c. 3. P. 19. c. 7. P. 49. c. 20. P. 50. c. 15. P. 42. c. 1. P. 46. c. 4 (½). P. 8. c. 7. P. 8. c. 14 (½). P. 7. c. 20 (½). P. 35. c. 4. P. 50. c. 63 (½). P. 33. c. 1 (½). P. 33. c. 2.

41) Ad Bernard. pap. I. 2. 1. not. 2. p. 11.

42) Dissert. praelim. T. II. C. j. p. XXV. not. 87. et p. XXVI.

testimoniis coaevorum minime confirmatur : imo vero Alani et Gilberti compilationes, ut Tancredus canonicus et archidiaconus bononiensis apertissimis verbis testatur, post Bernardum pap. demum ex epistolis decretalibus pontificum, quae post bernardinum breviarium e curia romana emanaverant, vel quas antecessorum Bernardus neglexerat, congestae sunt, et Joanni Wallensi materiam praebuerunt, qui in sua collectione utramque compilationem in unum opus conflavit 43); quod viri tunc temporis celeberrimi testimonium eo plus valere debet, cum Tancredus ipse compilationem Alani in manibus habuisse videatur, quippe quam sub nomine extravagantium in glossis ad Bernardum papiensem IV. 1. c. 13. allegat. Cap. *Quod quidam* extravagantium Alani de poenitentiis, ad quod Tancredus provocat, est constitutio Alexandri III. bellovacensi episcopo transmissa, et omnino in Joannis Wallensis compilatione sub

---

43) Audiamus Tancredum: « post compilationem decretorum factam a Gratiano multae a » romana curia decretales epistolae manaverunt, quas magister Bernardus, tunc praepositus, post- » modum episcopus papiensis, ad studentium utilitatem sub competentibus titulis compilavit » quaedam antiqua jura interserendo, et vocatur compilatio prima. Post illarum compilationem » quaedam aliae decretales a diversis apostolicis emanaverunt, quas magister Gilbertus adinstar » primae compilationis sub titulis collocavit. Post illum vero magister Alanus suam compilationem » effecit. Tandem magister Bernardus compostellanus archidiaconus in romana curia moram fa- » ciens aliquantam, de registris domini Innocentii papae unam fecit decretalium compilationem, » quam Bononiae studentes romanam compilationem aliquantò tempore vocaverunt. Verum quia » in ipsa compilatione quaedam reperiebantur decretales, quas romana curia refutarat; sicut ho- » die quaedam sunt in secundis, quas curia ipsa non recipit; idcirco felicis recordationis domi- » nus Innocentius papa III. suas decretales usque ad annum XII. editas per magistrum Petrum » beneventanum notarium suum in praesenti opere compilatas Bononiae studentibus destinavit. Post » illarum receptionem magister Joannes Galensis decretales omnium apostolicorum, qui praecesse- » runt Innocentium, de dictis compilationibus Gilberti et Alani extrahens, quamdam compilatio- » nem ordinavit, quae hodie mediae sive secundae decretales dicuntur; super quarum expositioni- » bus plures doctores Bononiae studentes glossas plurimas varias et diversas posuerunt, et appa- » ratus plures super eas scripserunt; et quia de dictis apparatibus opiniones studentium erant di- » versae, sententiaeque confusae, idcirco ego Tancredus bononiensis canonicus, qualiscunque de- » cretorum magister, ad multam instantiam sociorum meorum meliora et utiliora ex dictis appa- » ratibus colligens, ex ingenio meo quaedam interserendo sicut et signis glossularum demonstra- » tur, primas et secundas decretales, prout melius potui, glossulavi; sed super praesenti tertia » compilatione non apparatum feci, sed audiendo atque legendo quaedam in libro notavi, quae » scholares quidam absque conscientia mea de libro meo extraxerunt, et pro apparatu tertiarum » illum mihi intitulaverunt. Nunc autem docendi officio ad multorum instantiam reassumpto, prae- » sentem tertiam compilationem summa diligentia domino favente glossabo, et constitutiones con- » cilii proxime celebrati, et jura a domino Innocentio papa III. post XII. annum edita, tam in ap- » paratibus a me factis, quam in hoc, quem ordinare dispono diligentissime, collocabo». Ap. A. M. Dandini catalogus codd. lat. bibliothecae mediceae laurentianae Florentiae, 1777 fol. T. IV. p. 40 sq. Omnium primus Bouquetus in notis ad Innocentii III. Lib. I. ep. 71. p. 48 sq. Tolosae, 1635 fol. hanc praefationem edidit, quam Sarti T. I. P. 31. repetiit.

eodem titulo V. 17. c. 1. ac in Alani extravagantibus deprehenditur.. Tancredus forsitan ideo ad illam constitutionem provocavit, quod eam Alanus integriorem, quam Joannes Wallensis insertam habuerit[44a]). J. H. Boehmerus insuper in eo erravit, quod a Pancirollo forsan deceptus hunc nostrum Alanum doctorem universalem appellat, cum hoc nomine nonnisi Alanus de insulis, Belga, celeberrimus theologus parisiensis ejusque academiae moderator insignitus fuerit[44b]). Si conjecturae ex ipsis compilationibus petitae indulgere liceret, auctorem appendicis Anglum quemdam existimaverim, qui tunc temporis in curia romana stipendia meruit. Epistolae enim decretales in opere contentae maximam partem ad Angliae praesules directae deprehenduntur. Porro peculiaris adornata rubrica: *De praeeminentia londoniens is et eboracensis* etc. P. 44.; quae in nullam posteriorum compilationum transmigravit, auctorem Anglum redolere videtur. Compilationem codicis C. pariter ab Anglo vel Normanno confectam fuisse crediderim, quod rubricam illam *de praeeminentia londoniensis ac eboracensis* T. 55. ex appendice integram non solum repetitam, sed etiam novam haud dissimilem: *De controversia* turonensis ecclesiae cum dolensi subjunctam videmus[45]). Decretales quoque, quas novas in codice C. deprehendimus, res anglicanas potissimum spectant, sicuti T. 55. c. 4., ubi Alexander III. (Rogero) archiepiscopo eboracensi facultatem regis Henrici filii coronandi dat[46]).; atque t. 58. c. 35. bellum intestinum inter regem Henricum ejusque filios spectans[47]). Plures autem Anglos doctrina et praesertim juris scientia claros tunc temporis in Italia, et in curia romana vixisse satis constat. Nec tamen moror, si quis

44a) Vide Augustioum ad l. c.

44b) Sarti I. p. 309. Jam Boulaeus hist. univ. Paris. T. II. diss. de m. Alano insulensi p. 432. duos Alanos, unum saeculo XII., alterum saeculo XIII. floruisse, affirmavit. Eum refellere conatus est Oudin commentar. de script. eccles. antiq. Tom. II. diss. de unico Alano, Ripatorii Abbate etc. p. 1388 sq. Floruerunt autem ipso saeculo XIII. ineunte plures Alani. Vid. Sarti l. c.

45) Acerba inter archiepiscopum turonensem ac episcopum dolensem jam a Gregorio VII. inde acriter ventilata controversia de usu pallii ac utriusque primatu, ab Innocentio III. demum sopita est, episcopo dolensi exemtione honorato et archiepiscopali dignitate condecorato. Acta varia in causa dolensis episcopatus vid. ap. Martene et Durand Thesaurus anecdotor. T. III. col. 857—988 col. 898 sq. Epistola nostra decretalis, cui altera ejusdem pontificis respondet, deprehenditur apud Bouquet Script. rer. Franc. T. XV. p. 672 sq.

46) Cf. Tomae cant. Lib. I. ep. 10. p. 71. Op. T. X. ?. Chr. Lupi. Venetiis, 1728.

47) Cf. Petri Blesensis epistola 33. et 47. p. 33. 81. ed. J. Bulaei. Moguntiae, 1600. 4

certiora attulerit. Restat ut rationem accuratius exponamus, quae inter utramque compilationem, tam appendicem, quam codicem casselanum, et Bernardi papiensis breviarium intercedit. Bernardus eam praecipue compilationem, quam codd. cass. exhibet, sequutus est, neque tamen appendicem prorsus neglexit. Quod titulos attinet, quorum Bernardus centum et quinquaginta duos constituit, eos ex minima parte antiquiores collectiones suppeditare potuerunt: quotquot autem ex iis depromsit, fere unice ex cod. C. mutuatus est, modo integros [48]), modo decurtatos [49]), nonnunquam facta in duos divisione [50]). In capitulis recipiendis vestigia compilationis, quam habet codex C., anxius pressit, eundemque ordinem plerumque retinuit [51]). Cum codice C. capitula in appendice bis inserta semel tantum recepit, codicem cass. sequutus [52]). Nonnunquam tamen capitula quaedam bis inseruit, quae tam appendix, quam codex C. semel tantum exhibet [53]). Ubi codex C. integriora capitula habet, quam appendix, Bernardus etiam integra plerumque recepit [54]), aliquoties tamen in duas partes divisa [55]): rarissime manca appendicis capitula recepta sunt [56]). Semel capitulum integrius quam in appendice et in codice C. invenimus [57]). Saepius ad exemplum casselani codicis factum est, ut capitulum alio loco integrum, alio loco ex

48) Lib. II. T. 4. T. 9. Lib. III. T. 11. T. 33. Lib. IV. T. 18. T. 22.

49) Lib. I. T. 23. Lib. II. T. 17. Lib. III. T. 5. Lib. V. T. 5. T. 23. T. 80.

50) T. 17. T. 20. T. 30.; Lib. I. T. 26. 27.; Lib. I. T. 4. 5 Lib. I. T. 8. Lib. III. T. 35. appendicem pariter respexisse videtur. Lib. III. T. 24. Lib. V, T. 15. 33.

51) I. 4. c. 14—21. I. 8. c. 2—7. I. 23. c. 2—7. II. 10. c. 1—3. II. 17. c. 2—10. II. 20. c. 1—29. III. 2. c. 4—12. III. 24. c. 1—6. IV. 1. c. 3—15. IV. 2. c. 6—12. IV. 18. c. 1—6. V. 10. c. 8—11. V. 28. c. 4—8.

52) P. 7. c. 3. P. 41. c. 7.; P. 22. c. 2. P. 42. c. 3.; P. 35. c. 3. P. 49. c. 19.; P. 15. c. 17. P. 47. c. 1.; P. 24. c. 5. P. 30. c. 8. P. 5. c. 5. P. 6. c. 9. P. 21. c. 3.; T. 58. c. 9. T. 57. c. 6. — I. 21. c. 3. II. 9. c. 2. III. 29. c. 2. III. 33. c. 20. V. 27. c. 4. IV. 6. c. 6.

53) I. 2. c. 1. II. 20. c. 12.; I. 8. c. 2. III. 8. c. 1.; I. 12. c. 1. V. 12. c. 2.; I. 15. c. 4. III. 7. c. 3.; I. 20. c. 1. II. 16. c. 7.;. I. 23. c. 4. V. 29. c. 7.; I. 27. c. 5. III. 34. c. 9.; II. 13. c. 8. IV. 19. c. 4.; III. 1. 1. 6. V. 8. c. 1. Gratianum semel tantum capitulum bis inseruisse deprehendo. C. *Aliud quidem*. De poenitentiis Dist. 1. c. 65. et C. 11. q. 1. c. 34. (ex s. Leonis m. epistola ad Rusticum resp. 10. ed. P. Quesnellius Lugd. 1700 fol. p. 208. T. I. Hardonin Acta concil. T. I. col. 1763.)

54) I. 9. c. 12. I. 34. c. 4. 5. II. 9. c. 2. II. 10. c. 3. II. 11. 18. c. 4. II. 20. c. 28. III. 18. c. 4. 5. V. 2. c. 25. V. 34. c. 4. Mutilata capitula eodem modo, ut in appendice et cod. c. voculis: *pars capituli* vel *infra* indicantur.

55) II. 20. c. 36. V. 33. c. 3.

56) III. 34. c. 10. IV. 18. c. 6.

57) IV. 1. c. 11.

parte insereretur [58]) : uno loco eandem methodum contra cass. cod. exemplum observatam esse videmus [59]). Capitula appendicis, quae codex C. in duas [60]) aut in tres [61]) partes divisa exhibet, eodem modo dissecta apud papiensem legimus [62]): et contra, ubi capitula in appendice discerpta cass. C. conjuncta habet, papiensis etiam conjunctionem praetulit [63]). Rarissime partes capitulorum in appendice divisas Bernardus retinuit [64]), vel capitulum, quod codex C. integrum servavit, discerpsit [65]). Paulo saepius capitula in utraque anteriore collectione integra recepta in plures, duas plerumque divisit partes [66]), vel truncavit [67]). Quod ad inscriptiones pertinet, pariter sequutus est Bernardus compilationem cass. codicis; quae enim in appendice desunt, in cass. codice autem extant, eas etiam Bernardus habet [68]; quae autem in cass. codice desiderantur, eas etiam apud papiensem frustra quaesieris [69]), quamvis in appendice extant.

---

58) III. 18. c. 4—5. I. 34. c. 6—7.; II. 13. c. 13. II. 14. c. 1.; IV. 4. c. 3. III. 28. c. 2.; IV. 4. c. 8. II. 20. c. 19.; V. 1. c. 10. II. 1. c. 6.

59) In II. 14. c. 4. refert T. 49. c. 2. omissa discerpta parte, quam T. 45. c. 8. continet.

60) P. 21. c. 3. P. 28. c. 5. P. 50. c. 63.

61) P. 7. c. 20.

62) IV. 6. c. 6. III. 27. c. 5.; I. 27. c. 3. III. 33. c. 28.; IV. 20. c. 5. IV. 8. c. 3.; I. 21. c. 16. II. 14. c. 5. II. 20. c. 31.

63) I. 21. c. 1. II. 20. c. 41. V. 34. c. 4.

64) III. 22. c. 5. III. 34. c. 10.

65) T. 30. c. 4. I. 8. c. 5. II. 1. c. 7. II. 20. c. 43.

66) P. 15. c. 1. P. 26. c. 21. P. 50. c. 16. T. 53. c. 1. T. 21. c. 25. T. 45. c. 3.; III. 4. c. 4. III. 33. c. 7.; III. 26. c. 26. IV. 6. c. 1. V. 1. c. 13.

67) I. 25. c. 1. V. 29. c. 8. V. 36. c. 9.

68) I. 8. c. 7. I. 9. c. 7. I. 21. c. 18. II. 9. c. 3. II. 14. c. 3. II. 17. c. 4. II. 20. c. 18. III. 26. c. 9. III. 27. c. 8. III. 38. c. 13. 14. 16. IV. 6. c. 1. IV. 8. c. 1. V. 8. c. 3. V. 15. c. 7. 11. Semel tamen (V. 4. c. 3.) apud Bernardum desideratur inscriptio, quae in Cass. cod extat, quamvis causa non fuerit, cur eam suspectam haberet auctor. Integra epistola cum ipsius inscriptione et subscriptione: Al. episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus et episcopis per regnum francorum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem . . . Data Tusculi XIII. kalendas Novembris deprehenditur in regesto epistolarum Alexandri, quod duumviri celeberrimi Ed. Martenius et Urs. Durandus, monachi benedectini, publici juris fecerunt: ampliss. collect. T. II. col. 853 sq. epist. CCLXXXV. Celeberr. L. G. O. Feudrix de Bréquigny epistolam hanc ad an. 1171 refert: table chronologique des diplomes, chartes, titres et actes imprimés, concernant l'histoire de France. Paris, 1783 fol. T. III. p. 443. Etiam Vincentius vetus interpres ad l. c. notat, hoc capitulum contra cancellarium parisiensem impetratum fuisse, qui a quolibet docente marcham unam exigebat, quod apprime argumento capituli convenit. Epistola Alexandri III. nr. 17. Labbé T. X. col. 1298. Hardouin T. IV. P. II. col. 1478. Mansi T. XXI. col. 971. Duchesne script. T. IV. p. 566. Hemeraeus academia Paris. p. 66.; secundum Bréquignium de a. 1174. l. c. p. 491.

69) I. 9. c. 3. I. 21. c. 2. II. 9. c. 2. III. 26. c. 12. V. 28. c. 5.

Inscriptiones, quae nec in cass. codice nec in appendice servatae sunt, plerumque nec Bernardus habet: aliquoties tamen servavit inscriptiones, quae tam in appendice, quam in codice C. desiderantur [71]). Ceterum apparet, papiensem recensiori collectioni, quam cass. codex exhibet, plus tribuisse, quippe quae in aptiorem ordinem composita esset: nec tamen appendicem neglexisse, ex quo plura capitula ex iis, quae auctor alterius compilationis rejecerat, recepit [82]). Papiensem ea quoque, quae cass. codex noviter recepta peculiariter continet, in usus suos vertisse, vix est quod moneamus [73]). Quae de ratione diximus, quae inter papiensem anterioresque compilatores intercedit, clarius elucescent ex tabula synoptica, quam accessio prima huic libello subjecta continet, in eum finem adornata, ut conspicere liceat, unde singula bernardini breviarii capitula petita sint. In tertia hujus tabulae columna capitula Bernardi secundum librorum ac titulorum seriem posui: secunda exhibet capitula cass. codicis papiensi respondentia: prima autem remittit ad capitula respondentia in appendice recepta. Loca numeris fractis ($\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$) insignita pro parte tantum capitulis respondent, quae in vicinis columnis citantur. Lineolam (—) posui, ubi locus bernardinae collectionis in una alterave anteriorum collectionum prorsus desideratur, ita ut binae lineolae in prima et secunda columna concurrentes indicio sint, papiensis locum juxta positum neque ex appendice, neque ex collectione, quam cass. cod. exhibet, desumptum esse. Aliquatenus etiam si primam et secundam columnam quis contulerit, dijudicare poterit de concordantia, quae inter utramque

---

70) I. 21. c. 12. I. 27. c. 2. III. 2. c. 10. III. 5. c. 9. IV. 18. c. 1. 2. V. 27. c. 1. V. 34. c. 9. 13

71) I. 23. c. 3. I. 31. c. un. IV. 2. c. 5. V. 2. c. 3. 16.

72) I. 2. c. 6—8. I. 10. c. 2. I. 15. c. 5. I. 20. c. 3. I. 21. c. 22. I. 23. c. 9. I. 30. c. 1. 2. II. 1. c. 3. 5. II. 12. c. 2. II. 13. c. 9. II. 19. c. 8. II. 20. c. 17. 36—38. 45. 47. III. 3. c. 5. III. 5. c. 13. III. 6. c. 3. III. 9. c. 4—5. III. 19. c. 1. III. 22. c. 9. 10. III. 23. c. 7. III. 25. c. 5. III. 26. c. 25. 29. III. 27. c. 10. IV. 1. c. 2. 13. 15. 20. IV. 2. c. 1. 3. IV. 3. c. 3. IV. 5. c. 1. 4. IV. 6. c. 5. V. 13. c. 4. 5. V. 14. c. 4. V. 18. c. 1. V. 23. c. 4. V. 26. c. 4. V. 28. c. 9. V. 29. c. 4. 5. V. 32. c. 5. V. 35. c. 1.

73) I. 2. c. 5. I. 4. c. 18—21. I. 5. c. 1. 2. I. 8. c. 2. 5. I. 13. c. 3. I. 27. c. 6. II. 1. c. 7. II. 17. c. 10. II. 18. c. 9. II. 20. c. 43. III. 15. c. 4. III. 22. c. 8. III. 24. c. 4. III. 25. c. 4. IV. 17. c. 2. IV. 18. c. 5. 8. V. 2. c. 3. 13. 16. 20. V. 26. c. 7. V. 28. c. 6. V. 29. c. 2. 7. V. 33. c. 2. V. 35. c. 2.

compilationem, appendicem scilicet, et eam, quae cass. codici inest, intercedit.

Haec sufficiant de breviario Bernardi. Penitus supersedemus, quamplurima menda ejusdem, spuria capitula, falsas inscriptiones ceterosve naevos notare [74]), de quibus minus severe judicare debemus considerantes, quibus ex mendis refertissimis operibus Bernardus suam compilationem hauserit.

Opus suum Bernardus circa a. 1190 absolvisse videtur [75]). In decretalibus enim Clementis III. († 1191) desinit et in ipsius operis frontispicio se praepositum pap. profitetur. Praepositaram autem anno sequente cum episcopatu faventino jam commutatam habuit. Veteres interpretes collectionem modo compilationem primam, modo librum vel volumen primum nuncupant. Applausus ingens id opus excepit. In foro, et in scholis doctores eo publice usi sunt. Auctor ipse sedem episcopalem faventinam adeptus, opus suum apparatu, quem summam vel summulam nominavit, instruxit, quem mox simile opusculum, quod sub nomine glossarum venit, sequutum est [76]) Porro perplures veteres interpretes, quos Joannes Andreae singulatim enarrat [77]), bernardinam collectionem una cum tribus insequentibus, quae omnes nomine antiquarum collectionum veniunt, glossis instruxerunt quas, qui diligentius inspexerit [78]), co·

---

74) Idem omisimus in reliquis compilationibus, hoc negotium, si Deus nobis vires et otium concesserit, alio tempore tractaturi.

75) In codice mss. bibliothecae giessensis hanc habet Bernardi opus epigraphen: *Opus sententiarum extravagantium B. praepositi papiensis anno dominicae Incarnationis MDLXXVIII. praesidente romanae ecclesiae sanctissimo papa Alexandro in pontificatus anno vigesimo mense Martii indictionis anno XII. et VII. et VIII. die mensis sedata jam discordia ... Sancta et generalis synodus CCLXXXIV. episcoporum congregata est.* Henric. Christian. Lib. Bar. de Senckenberg in medit. ex jure publ. et priv. fascic. II. medit. 3. §. 4. Similem codicem vidit Sarti inter codices vaticanos. T. I. p. 303. Eandem fere inscriptionem refert Jos. Ant. Riegger. Hinc Senckenberg existimavit a. 1178. Bernardum opus suum absolvisse. Sed anni nota tempus spectat, quo synodus lateranensis celebrata est, in quo tamen error irrepsit, cum ista synodus a. 1179 congregata fuerit. Eandem fere inscriptionem concisius tantummodo expressam et in anno (1180) variantem habent acta concilii lateranensis ap. Mansi T. XXII. col. 213. Hard. T. IV. p. II. p. 1673.

76) Notices I. c. p. 61. sq. Sarti l. c.

77) Prooemium ad durantis speculum p. 2 sq. Francofort, 1612 fol. Optimam recensionem procuravit celeberrimus Savignius: Historia juris rom. temporibus medii aevi. Tom. III. app. II. p. 582—585. (Opus germanico idiomate conscriptum.).

78) Cf. gl. Melendi (ad III. 33. c. 2. IV. 13. c. 4. V. I. c. 10.); Laurentii (ad I. 4. c. 21. IV. 14. c. 2. IV. 17. c. 5. V. 35. c. 2.); Vincentii (ad I. 14. c. 22. III. 33. c. 29. IV. 20. c. 4. V. 30. c. 20); Alani (ad I. 2. c. 2. III. 3. c. 4. III. 33. c. 27. III. 34. c. 1. III. 35. c. 2. IV. 1. c. 13.

gnoscet, eas in interpretandis locis dubiis bernardini breviarii magni momenti esse debere, et forsan mirabitur, Antonium Augustinum easdem in exegesi ejus breviarii rarius attulisse [79]). Glossae Vincentii, praeceptoris Bernardi parmensis, Alani, et Tancredi omnium optimae, et rerum historicarum refertissimae sunt, quas Bernardus auctor glossae, quam vocant ordinariam, et Joannes Andreae suis glossis et commentariis maximam partem intexuerunt. Probe nonnunquam adnotarunt isti interpretes, ex variis populis oriundi [80]), quo modo jus consuetudinarium ecclesiarum patriae novo decretalium jure immutatum fuerit. Antonius Augustinus († 1586) archiepiscopus tarraconensis, vir de restituendis utriusque juris fontibus immortaliter meritus, ICtorum celeberrimorum sui temporis nulli secundus, breviarium Bernardi una cum tribus reliquis antiquis compilationibus decretalium ex codd. mss. Hispaniae, et Italiae primus edidit [81]). Valde grata acceptaque fuit viris doctis compilationum editio jam pridem exspectata. J. Cujacius, et C. Labbeus non multum post emendatiorem recensionem secundis curis procurarunt [82]), quam J. Roccius, recentissimus Augustini operum editor, repetiit [83]). Denique celeberrimus J. A. Rieggerus Bernardi breviarium, Augustini recensionem tertiis curiis repetitam sequutus denuo prelo subjecit lectionibus variantibus duorum codd. mss. adjectis, et ad harmoniam cum Gregorii IX. decretalium collectione revocavit [84]).

IV. 11. c. 1. IV. 13. c. 1. IV. 14. c. 2. IV. 20. c. 1. 5. V. 2. 3. 6. 15. V. 5. c. 2. V. 17. c. 2. V. 18. c. 2. V. 31. c. 6.); Richardi (ad IV. 20. c. 3.); Joannis Faventini (ad III. 33. c. 2. IV. 20. c. 4.); Tancredi archidiaconi bononiensis (ad II. 6. c. 2. III. 11. c. 6. III. 26. c. 30. III. 34. c. 1. IV. 3. c. 2. IV. 4. c. 2. 3. IV. 9. c. 3. IV. 13. c. 2. IV. 14. c. 2. 3. IV. 19. c. 1. IV. 20. c. 2. 6. V. 1. c. c. 10. V. 7. c. 2. V. 10. c. 2.)

79) Ceterum Augustinum glossas magni facisse ex eo constat, quod de editione curanda consilium ceperat. Ait enim: » Adduntur hoc loco Laurentii et Melendi veterum interpretum opiniones, quas aliquando edi curabimus: nunc nominum eorum appellatione contenti sumus». August. ad V. 2. c. 3.

80) Melendus, Laurentius, et Vincentius, natione Hispani, Alanus et Richardus Angli

81) Herdae, 1576 fol. quam recensionem Romae a. 1583 repetitam refert Correa de Serra biographie universelle, anciénne et moderne T. III. p. 64. Paris, 1811. 4.

82) Parisiis 1609—1621. quae postrema editio nonnisi titulum novum propositum exhibet.

83) Opp. T. IV. Luccae, 1769. fol.

84) Friburgi Brisgoviae, 1779. T. I. 4. Valde exoptarunt viri docti operis praestantissimi continuationem, cujus tantum prima pars prodiit, librum primum compilationis continens. Cf. Chr. Fr. Glück praecognita jurisprudentiae ecclesiasticae p. 366. Halae, 1786. 8. J. A. Seuter fundamenta juris ecclesiastici catholicorum ed. III. V. I. p. 201. Rotwilae, 1825. 8.

CAPUT II.

De collectionibus decretalium intermediis inter bernardinam et gregorianam.

I.

De Gilberti et Alani compilationibus.

Papiensem proxime sequuntur Gilberti et Alani compilationes, quae tamen minoris momenti sunt: cum eas haud magnam auctoritatem nactas esse constet. Prior Gilbertus decretales epistolas summorum pontificum, quarum pleraeque post evulgatum Bernardi Breviarinm emanarant, nonnullae etiam a Bernardo neglectae erant, collegit atque ad instar bernardinae compilationis in libros et titulos redegit. Gilbertum parvo interjecto spatio excepit Alanus novae decretalium compilationis editor. De Gilberti et Alani patria et fatis nil certi constat. Videntur autem Angli et professores bononienses fuisse. Aeque non constat, quo anno eorum compilationes prodierint, et utrum jam Innocentii III. decretales receptas habuerint. Ex Tancredo tantum novimus, eas post Bernardi opus, et ante Petri beneventani compilationes evulgatas fuisse. Neutra ad nostram aetatem pervenit [1].

II.

De antiquioribus Innocentii III. decretalium collectionibus.

Tempus, quod dicimus decretalium constitutionum, cum Innocentio III. demum vere incipit.

Innocentius (1198 † 1216), vir in litteris cum sacris tum pro-

---

1) Varias opiniones de Gilberti et Alani patria, fatis et scriptis affert et dijudicat Sarti T. I, P. I. p. 308. sq.

fanis, si quis alius versatissimus, omnium qui sanctam Petri sedem condecorarunt summus, quem legibus condendis in totius rei publicae Christianorum utilitatem natum, nulli in civilium ecclesiasticarumque legum scientia ac cognitione secundum, ne dicam omnibus superiorem fuisse constat, constitutionibus suis decretalibus in quibuscunque cum ecclesiae tum regni rebus totum per christianum orbem divulgatis canonici juris scientiam mirifice provexit. Mirum sane, quot Pontifex hic epistolas conscripserit. Quatuor millia fere typis excusae sunt [2]. Haud minima earum pars in bibliothecis latet, ex quibus plures in dies a viris doctis et litteratis eruuntur [3]. Innocentii epistolae mira scientia cum legali tum canonica

---

2) Regesta epistalarum Innocentii efficiunt novemdecim libros, singulis singulis pontificatus ejus annnis respondentibus. Lib. I. II. V. X. XI. XII. XIII. XIV. FV. XVI. edidit una cum registro Innocent. III. super negotio rom. imperii Stephanus Baluzius. Epistolarum Innocentii III. R. P. libri undecim t. I. et II. Paris, 1682. Lib. I. II. V. constituunt Tom. I. — Lib. III. V. (meliori, ut apud Baluzium habetur, forma) VI. VII. VIII. IX. et in duabus appendicibus quasdam epistolas IV. XVII. et XVIII. anni nuper ex vaticanis archivis ediderunt L. G. O. Feudrix de Bréquigny et F. J. G. La porta du Theil in tomo II. partis II. libri: diplomata, chartae, epistolae et alia documenta ad res francicas spectantia. Paris, 1791 fol. De recensionibus epistolarum Innocentii III. ante Baluzium, studiu G. Sirleti Romae, 1543 fol., Mat. Cholini opp. Innocentii III. T. II. p. 1—584. Coloniae, 1575. recus. Venetiis, 1578., Fr. Bosqueti Tolosae, 1635. 2 vol. fol. etc. cf. Cas. Oudini commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis T. II. p. 1635—1660. Lips., 1722 fol. G, Cava scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria T. II. p. 256 sq. Basileae, 1745. fol.

3) Epistolae Innocentii neque a Baluzio neque a Bréquigny et du Theil editae, inveniuntur hisce in libris: Cam. Affarosi memorie. istor. del monast. di s. Prospero di Reggio P. 1. p. 429. Fl. Cornelius eccl. venet. antiq. monum. T. I. p. 326. T. III. p. 84. 04. 152. T. X. p. 221. 223. 330. T. XI. p. 146. T. XII. p. 255. T. XIII. p. 25. T. XIV. p. 127—132: 398. J. Lami s. ecclesiae florent. monum. T. I. p. 557. T. II. p. 944. 997. 1007. 1234. Moriondi Mon. Aq. T. II. nr. 18—19. B. M. de Rubeis Mon. eccles. Aquilej. col. 654. 660. 674. Tiraboschi M. Mod. T. IV. nr. 656. 660. 672. Stor. Non. T. II. nr. 386. 402. 409. 412. 415. 418. A. Vitale storia dipl. dei senatori di Roma (R. 1791. 4.(p. 63. 75. 80. Fantuzzi mem. Rav. T. III. p. 68. T. VI. p. 65. Bullarium O. FF. Praedicator. T. I. p. 1. App. T. VII. p. 1 sq. Collectio bullar. s. s. basilicae vaticanae T. I. p. 77—98. (Romae; 1747 fol.) Péterffy conc. hung. T. I. p. 67. 84. Prey annal. regg. hung T. I. p. 184. 196. Gerbert. cod. dipl. hist. nigr. sylv. nr. 79. 91. Neugart. cod. dipl. eptûs const. nr. 890. Usсermann cod. probat. Eptûs bamb. nr. 155. Ried. cod. dipl. Eptûs ratisb. nr. 299. 304. 312. 313. Moser Hist. osnab. T. 3. doc. nr. 105. Kremer cod. diplom. orig. nassov. nr. 130. Monum. Boica T. I. p. 369. T. III. p. 124. 126. T. V. p. 365. T. VI. p. 362. 404. T. VIII. p. 168. T. X. p. 245. T. XII. p. 116. 117. Honth. Trev. dipl. nr. 444. Erath cod. dipl. Quaedlinb. saec. XII. nr. 46. 47. s. XIII. nr. 6—8. 12—14. Schoepflin. C. dipls. als. nr. 372. 373. 375. 378. 383. 391. Thorkelin. diplomat. Arno-Magn. T. I. p. 73. 74. 82. 87. Langebek. script. rer. Dan. T. VI. p. 94. 97. 103. 148. Günther C. dipl. rhen-mos. T. II. nr. 22. Epistolas autem, quas anecdotas ediderunt St. A Würdtwein (nova subsid. dipl. T. II. nr. 25—37. p. 86—118. reg. a. 1202—1206.) et G. Dobner (diplomatar. boh.-hung. nr. 2—39. Monum. hist. Boemiae. T. II. p. 326—363. Reg. a. III. IX.) iterum a Bréquigny et du Theil excusae sunt; sed eos solummodo ad Raynaldum quandoque provocantes latuisse videtur, eas istis in collectionibus jam extitisse.— Epistolas Innocentii quae in T. Ughelli It. s. ac in aliis tunc temporis editis collectionibus reperiuntur, collegerunt:

refertae praeclara illius aevi monumenta sunt. Quid itaque mirum si decretalium compilatores constitutiones innocentianas ambabus, quod dicimus, ulnis amplexi fuerint, ad easque quasi ad limpidissimos juris scientiae canonicae fontes, ex quibus scita canonica unice hauriantur, necessum sit, recurrerint?

1. Rainerius pomposianus, et Bernardus compostellanus antiquus.

Rainerius, diaconus et monachus pomposianus, primus omnium scita ac responsa Innocentii ex ipsius pontificis regestis primi, secundi, et tertii anni sub certis quibusdam titulis redegit, praesertim amicorum suorum votis obtemperans. « Cupientes nonnulli», ait auctor. » qui de diversis et ultimis etiam mundi partibus ad aposto-
„ licam sedem accedunt, audire sapientiam *nostri temporis Salomo-*
„ *nis*, nec non et multi alii honesti viri atque prudentes, qui no-
„ biscum praesentialiter conversantur, justitias et judicia ipsis in
„ scriptis habere, me vobiscum pariter suis precibus induxerunt,
„ ut aliquod temporis spatium aliis occupationibus meis subripiens,
„ in eis ordinandis expenderem et in uno volumine sub certis titulis
„ compilandis. Quorum votis meae conditionis considerans famula-
„ tum sicut debui tam devote quam humiliter obedivi et ad laudem
„ et gloriam nominis ejus legentiumque profectum, quaeque opti-
„ ma ex registris ejusdem, primi videlicet, secundi et tertii anni,
„ deflorans, in hoc opusculo plenissima, quantum ad decretales
„ et decreta pertinet, auctoritate congessi; licet quaedam, quia
„ diversos in se continent casus, intercidenda duxerim, ut sub
„ competentibus sibi titulis locarentur. Ex sententiis autem et qui-
„ busdam epistolis partes illas, quae ad jus faciunt, duntaxat ac-
„ cipiens praemissis competenter aptavi 4)«. Opusculum in quadraginta et unum titulos, nullo firmo vinculo inter se cohaerentes, digestum est, qui 123 capitula comprehendunt. Quae si cum

---

auctor catalogi bibliothecae Josephi Renati Imperialis S. R. E. diaconi cardinalis s. Georgii p. 257—259. Roma, 1711 fol. P. Georgisch regesta chronologico diplomatica col. 777—862. Francof. et Lips., 1740 fol. T. I.

4) Praefatio opusculi, quod celeberr. St. Baluzius sub nomine: *prima collectio decretalium Innocentii III.* post epistolar. librum secundum T. I. p. 543—606. edidit.

editis epistolis Innocentii trium regestorum diligenter contuleris, non sine maximo animi moerore cognosces, quot epistolae innocentianae ex ipsis primis annis vel penitus deperditae sint, vel adhucdum in archivis lateant [5]). A Rainerio datae et in editionibus epistolarum Innocentii nondum recensitae, referendae sunt, si credas libros duos priores apud Baluzium lacunis non laborare, ad regestum tertii anni editum a viris doctis Bréquigny et du Theil, et epistolas 57 tantum continens.

Rainerium excepit Bernardus archidiaconus compostellanus, antiquus nuncupatus, ut scilicet ab altero Bernardo presbytero compostellano distingueretur, qui sub Innocentio IV. jus interpretatus est. Bernardi compilatio ex Innocentii regestis congesta, si fides Dipplovataccio habenda est, ad decem priores innocentiani pontificatus annos pertinet et ab auctore, cum Romae in curia moraretur, instituta est [6]). Compilatio a scholaribus bononiensibus per aliquod tempus romanae nomen accepit.

Neutrum opus Innocentii approbationem tulisse videtur: quapropter neutrum quoque ullam auctoritatem sive in foro sive in scholis adeptum est. Rainerii collectionem ad nostra usque tempora casus servavit: edidit ex vetusto codice Stephanus Baluzius [7]). Bernardinum opus nonnisi nomine cognitum habemus [8]).

---

5) Desiderantur in registris T. 1. c. 1. T. 2. c. 1. T. 4. c. 2. 5. T. 9. c. 2. T. 11. c. 2. in fin. T. 14. c. 3. 4. T. 16. c. 1. 2. T. 17. c. 1. T. 19. c. 2. T. 21. c. 1. init. T. 24. c. 2. 4. T. 25. c. 1. T. 26. c. 2. 3. T. 27. c. 3. 4. T. 28. c. 1. T. 30. c. 2. T. 31. c. 1. 3. 5. 7. T. 32. c. 1. 2. T. 33. c. 1, 2. init. T. 34. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. T. 35. c. 1. T. 36. c. 1. T. 37. c. 1. T. 38. c. 1. T. 39. c. 4. 6. T. 40. c. 1. 4. 5. 7. 8. 9. 14. 15. T. 41. c. 1. 2. Savioli quoque tres anecdotas epistolas Innocentii III. edidit quarum prima ex anno tertio est, annal. bologn. vol. II. P. II. nr 329. 395. 415. In Anglia plures ejusdem pontificis codices epistolares deprehenduntur, qui nondum publici juris facti esse videntur: *Innocentii III. P. ad episcopos anglicanos et alios aliorum pontif. etc. cum notis unicuique praefixis, quae, utrum unquam editae fuerint, addubito.* Cod. 1604. Colleg. Corp. Christi cant. ap. Bernard. catalog. mss. Angliae et Hiberniae T. I. P. II. p. 52. Oxon. 1697 fol. cod. 1654. nr. 21. colleg. s. Benedicti cant. *Innocentii III. epistolae ad regem Angliae et episcopo angliae ibi* T. I. I. P. III. p. 145.

6) Sarti T. II. p. 256.

7) L. cit.

8) De ceteris Bernardi scriptis vide Sarti T. I. p. 313. Antonius Augustinus initium cujusdam compilationis, quae nomen *breviarii decretalium omnium prope Innocentii III. per Bernardum Compostellanum canonicum fideliter compositi* exhibet, ad calcem compilationis Patri Beneventani publici juris fecit ex codice mss. doctissimi Nic. Fabri. Compilatio incipit cum titulo *de summa Trinitate et fide catholica*, et exhibet tres decretales Innocentii III. quarum prima et tertia apud Rainerium quoque deprehenduntur. T. I. c. un. T. 3. c. un ex regest. libr. II. ep. 209. Decretalis secunda desumta est ex regesto nuper vulgato Lib. VI. ep. 193. p. 391—393.

2. Petrus beneventanus.

Innocentius scholarium atque clericorum querelis de incertitudine decretalium quarundam, quae fictitium Innocentii nomen prae se ferebant, ad apostolicam sedem delatis, ut medelam afferret, per Petrum beneventanum professorem quondam bononiensem, notarium suum, novam collectionem decretalium ex integris regestis duodecim priorum annorum pontificatus sui adornavit. Petrus, qui idem fortasse censendus est, quem Innocentius cardinalem diaconum s. Mariae in Aquiro, et episcopum sabinensem deinde renunciavit 9), in opere suo adornando Bernardi papiensis vestigia pressit, adeo ut totidem libros eosdemque fere titulos constitueret. Ceterum praeter regesta anteriores compilationes consuluisse videtur. Rainerii qualecunque opusculum nequaquam neglectum esse inde forsan quis conjecerit, quod plurimam partem capitulorum ex Rainerio in novam compilationem migrasse videmus. Decretales pleraeque quidem integrae ex raineriana collectione translatae 10): aliquoties tamen secundum morem compilatoribus usitatum

---

Unum tantum codicem invenire mihi licuit, qui Bernardi compilationem continere videtur: nimirum cod. 8401. bibliotecae Jacobaeae qui sie notatur: *Innoc. III. decretalium breviarium per Bernardum compostellanum*. Vid. Bernard. catalog. mss. Angliae et Hiberniae T. II. P. I 2. 215. Joannes Andreae de Bernardi compilatione refert: » Bernardus compostellanus, quia non diu viguit » sua compilatio, non habemus, quod illam glossaverit, sed legerat duas primas compilationes et » apostillas dederat super illis». Prooem. ad Durantis spec.

9) St. Borgia memorie istoriche della pontificia città di Benevento T. II. p. 189. Roma, 1764 4. Sarti. T. I. p. 314.

10) I. 3. c. 3. T. 7. c. 1. Lib. II. ep. 212. I. 6. c. 4. T. 4. c. 1. Lib. II. ep. 277. I. 9. c. 5. T. 33. c. 2; I. 20. c. 4. T. 6. c. 1. Lib. II. ep. 77. I. 23. c. 1. 3. T. 18. c. 1. 2. Lib. II. ep. 282. 91. I. 25. c. 2. T. 16. c. 2. Lib. I. ep. 317. II. 3. c. 1. T. 24. c. 1. Lib. I. ep. 362. II. 4. c. 1. T. 27. c. 5. Lib. I. ep. 377. II. 7. c. 1. T. 28. c. 1. II. 9. c. un. T. 27. c. 1. Lib. I. ep. 37. II. 15. c. 2. T. 25. c. 2. Lib. I. ep. 389. II. 15. c. 3. T. 20. c. 1. Lib. I. ep. ep. 415. II. 18. c. 6. T. 30. c. 1. Lib. II. ep. 48. II. 18. c. 5. T. 24. c. 2. Lib. I. ep. 415. II. 19. c. 2. T. 25. c. 1. II. 19. c. 10. T. 24. c. 3. Lib. I. ep. 351. III. 1. c. 1. T. 29. c. 1. Lib. 1. ep. 376. III. 2. c. 1. T. 20. c. 4. Lib. II. ep. 65. III. 11. c. 1. T. 11. c. 5. Lib. I. ep. 313. III. 23. c. 1. T. 11. c. 3. Lib. II. ep. 229. III. 24. c. 1. 2. 3. T. 39. c. 2. 3. Lib. I. ep. 36. 455. 517. III. 25. c. 2. T. 40. c. 8. III. 30. c. 1. T. 4. c. 4. Lib. I. ep. 264. III. 37. c. 1. 2. T. 9. c. 1. T. 10. c. 1. Lib. I. ep. 135. 568. IV. 1. c. 1. 2. 3. T. 40. c. 2. 3. 6. Lib. I. ep. 29. 48. 333. IV. 3. c. un. T. 40. c. 4. IV. 5. c. un. T. 39. c. 5. Lib. II. ep. 252. IV. 9. c. I. T. 40. c. 5. IV. 11. c. 2. T. 14. c. 2. Lib. I. ep. 349. IV 11. c. 4. T. 14. c. 4. IV. 12. c. 1. T. 41. c. 3. Lib. I. ep. 322. IV. 14. c. 2. T. 40. c. 13. Lib. II. ep. 50. IV. 14. c. 2. Tit. 40. c. 15. V. 1. c. 1. T. 20. c. 6. Lib. I. ep. 277. V. 2. c. 2. T. 21. c. 2. V. 4. c. 1. T. 13. c. 3. Lib. II. ep. 1. V. 4. c. 3. T. 13. c. 1. Lib. I. ep. 141. V. 7. c. 1. 3. T. 34. c. 3. 5. Lib. III. ep. 19. 34.

rainerianae decretales decurtatae [11]), sive in plures partes divisae sunt [12]). Plerasque decretales, quas Rainerius nimis decurtaverat, nova compilatio integriores ex regestis exhibet [13]). Valde raro capitula quae Rainerius habet, in Petri collectione prorsus desiderantur [14]). An Petrus Bernardi compostellani compilationem ad manus habuerit, et qua ratione ea usus sit, dijudicari non potest. In decretalibus autem, quae ex regestis nuper a Bréquigny et du Theil vulgatis desumsit, similiter morem ab anterioribus compilatoribus observatum sequutus est. Inseruit epistolas decretales modo integras, modo decurtatas [15]), modo in duas partes divisas [16]). Semel tantum-

V. 7. c. 4. T. 34. c. 4. V. 10. c. 1. Lib. I. ep. 399. V. 10. c. 2. 3. T. 26. c. 3. 2. V. 14. c. 2. T. 20. c. 3. Lib. I. ep. 143. V. 21. c. 2. T. 31. c. 10. V. 21. c. 3. T. 31. c. 7. V. 21. c. 4. T. 31. c. 6. V. 21. c. 5. T. 32. c. 2. V. 21. c. 9. T. 34. c. 1. V. 21. c. 13. T. 31. c. 2. Lib. II. ep. 166. V. 23. c. 1. T. 31. c. 4. Lib. I. ep. 554.

11) I. 21. c. 2. T. 2. c. 2. II. 12. c. 2. T. 23. c. 1. Lib. I. ep. 513. V. 11. c. 1. T. 14. c. 1. Lib. I. ep. 235. V. 11. c. 3. T. 14. c. 3. Lib. III. ep. 37.

12) T. 27. c. 3. II. 5. c. 2. II. 10. c. un. T. 31. c. 5. Lib. I. ep. 381. I. 8. c. 1. III. 31. c. 2. V. 19. c. un. V. 21. c. 9. T. 31. c. 7. I. 14. c. 1. V. 21. c. 3. quo loco genuina inscriptio, *Vratislaviensi episcopo* ex Lib. II. ep. 66. restituenda. T. 39. c. 6. II. 13. c. 2. III. 26. c. 4. T. 40. c. 14 III. 1. c. 2. IV. 14. c. 3. T. 40. c. 15. IV. 12. c. 4. IV. 14. c. 2.

13) I. 2. c. 7. 8. T. 15. c. 2. 3. Lib. I. ep. 279. 62. I. 5. c. 2. T. 5. c. 1. Lib. I. ep. 532. II. 5. c. 1. T. 27. c. 2. Lib. II. ep. 283. II. 15. c. 4. T. 19. c. 3. Lib. II. ep. 28. II. 18. c. 3. T. 30. c. 2. III. 5. c. 2. T. 17. c. 2. Lib. I. ep. 8. III. 12. c. un. T. 16. c. 1. Lib. I. ep. 290. III. 23. c. 2. T. 11. c. 2. Lib. II. ep. 242. IV. 2. c. 1. T. 40. c. 10. Lib. I. ep. 325. IV. 10. c. 2. T. 40. c. 12. Lib. II. ep. 261. V. 16. c. 1. T. 12. c. un. Lib. I. ep. 450. V. 17. c. 1. T. 20. c. 5. Lib. II. ep. 63.

14) T. 2. c. 3. T. 3. c. un. T. 5. c. 2. T. 8. c. 1. T. 11. c. 4. T. 13. c. 2. T. 15. c. 1. T. 22. c. 1. T. 31. c. 8. T. 32. c. 1. T. 34. c. 1.

15) I. 2. c. 1. 2. Lib. VII. ep. 217. 224. I. 4. c. 4. 5. Lib. VIII. ep. 139. Lib. VII. ep. 159. I. 6. c. 9. 10. 11. 12. 14. 16. Lib. VIII. ep. 86. 104. 116. Lib. VI. ep. 112. Lib. VIII. ep. 35. Lib. IX. ep. 171 I. 8. c. 2. 4. Lib. VI. ep. 59. Lib. IX. ep. 1. I. 11. c. un. Lib. II. ep. 3. I. 17. c. un. Lib. IX. ep. 143. I. 18. c. 4. 6. Lib. VIII. ep. 199. Lib. VII. ep. 29. I. 21. c. 3. Lib. IX. ep. 43. I. 22. c. 1. Lib. IX. p. 259. II. 3. c. 4. Lib. VII. ep. 227. II. 12. c. 5. 6. 8. Lib. VIII. ep. 163. Lib. VI. ep. 58. 177. II. 14. c. 1. Lib. IX. ep. 110. II. 15. c. 5. 6. 8. 9. 10. 13. Lib. III. ep. 21. Lib. VIII. ep. 16. Lib. VI. ep. 147. 219. 108. Lib. IX. ep. 24. II. 17. c. 4. 5. Lib. IX. ep. 107. Lib. VII. ep. 205. II. 18. c. 8. Lib. VIII. c. 8. II. 19. c. 6. 9. Lib. VII. ep 68. Lib. VIII. ep. 154. II. 20. c. 1. Lib. IX. ep. 108. III. 3. c. 1. 2. Lib. VI. ep. 103. III. 5. c. 5. Lib. III. ep. 41. III. 6. c. un. Lib. VII. ep. 166. III. 7. c. 1. Lib. IX. ep. 100. III. 8. c. 6. Lib. VIII. ep. 61. III. 13. c. 2. Lib. IX. ep. 56. III. 14. c. 1. Lib. VI. ep. 15. III. 16. c. 1. Lib. IX. ep. 10. III. 11. c. 2. Lib. VI. ep. 110. Lib. VII. ep. 219. III. 18. c. 2. Lib. VIII. ep. 162. III. 21. c. 1. Lib. IX. ep. 88. IV. 1. c. 4. Lib. VIII. ep. 168. IV. 2. c. 2. Lib. IX. ep. 70. IV. 4. c. 1. Lib. VI. ep. 119. IV. 9. c. 4. Lib. VI. ep. 154. IV. 11. c. un. Lib. IX. ep. 104. IV. 12. c. 3. Lib. VIII. ep. 141. IV. 15. c. 3. Lib. IX. ep. 13. V. 1. c. 1. 4. 5. Lib. IX. ep. 160. Lib. VIII. ep. 200. 67. V. 2. c. 4. Lib. VI. ep. 244. V. 3. c. un. Lib. VIII. ep. 121. V. 7. c. 2. Lib. III. ep. 34. V. 10. c. 4. Lib. VIII. ep. 68. V. 11. c. 3. Lib. III. ep. 37. V. 13. c. un. Lib. VII. ep. 192. V. 16. c. 4. 7. 8. Lib. VI. ep. 109. Lib. VIII. ep. 204. Lib. VII. ep. 177.

16) Lib. VI. ep. 36. I. 6. c. 7. II. 18. c. 9. Lib. VI. ep. 72. V. 5. c. un. V. 12. c. 2. Lib. IX. ep. 63. II. 2. c. 4. II. 17. c. 7. Lib. IX. ep. 109. I. 26. c. un. II. 12. c. 10. Lib. IX. ep. 113.

modo Petrus idem capitulum bis recepit [17]. Innocentius decretalium compilationem a Petro curatam Bononiam, inclytam juris scientiae sedem, transmisit, ut eam publice receptam tam in scholis quam in foro interpretarentur. « *Innocentius episcopus servus ser-* « *vorum Dei universis magistris et scholaribus Bononiae commo-* « *rantibus salutem, et apostolicam benedictionem.* Devotioni vestrae « insinuatione praesentium innotescat, decretales epistolas a dilecto « filio magistro P. subdiacono et notario nostro compilatas fideliter, « et sub competentibus titulis collocatas in nostris usque ad XII. « annum contineri registris, quas ad cautelam vobis sub bulla no- « stra duximus transmittendas, ut eisdem absque quolibet dubita- « tionis scrupulo uti possitis, cum opus fuerit tam in judicio quam « in scholis [18]». Denique ista collectio inter omnes ejusmodi compilationes prima erat, quae auctoritate publica tam compilata quam publicata fuerit, et legis vim nacta sit. Quae collectio, quamvis, ut ex verbis Tancredi supra allatis patet, ante Joannis Wallensis compilationem, quae vulgo secunda audit, prodiisset, attamen a veteribus juris interpretibus compilatio tertia nuncupabatur, propterea quod Joannis compilatio Gilberti et Alani decretalium volumina, quae pontificum Innocentio anteriorum decretales continebant, in unam collectionem compilasset, et Petri volumen Innocentii tantum decretales amplecteretur.

III.

De Joannis Wallensis collectione.

Petri compilatio, ut quondam illa Bernardi papiensis, summo cum applausu excepta fuit; cum tamen solas innocentianas decretales contineret exoptabatur ab omnibus, ut decretales Alexandri III. a Bernardo papiensi omissae, una cum decretalibus

---

II 14. c. 2. II. 17. c. 3. Lib. IX. ep. 159. I. 14. c. 2. III. 34. c. 2. Lib. IX. ep. 235. III. 1. c. 4. 5 Lib. IX. ep. 254. I. 16. c. 3. V. 6. c. un. Lib. IX. ep. 140. I. 16. c. 1. I. 21. c. 4. III. 4. c. 2. III 28. c. 1. Lib. VIII. ep. 189. I. 22. c. 2. II. 3. c. 3. III. 5. 7. IV. 1. c. 5. IV. 10. c. 3. Lib. VII ep. 169. I. 2. c. 3. I. 18. c. 7. I. 20. c. 5. II. 13. c. 3. II. 16. c. 3. II. 19. c. 11. III. 11. c. 3. III 18. c. 4. III. 23. c. 5. III. 30. c. 4. V. 16. c. 9.

17) II. 17. c. 6. I. 21. c. 5. Cf. II. 1. c. 1. et compil. IV. III. 9. c. 4. Ex regestis hic additis inscriptiones capitulorum saepius nimis depravatae, vel penitus deperditae, restituendae sunt.

18) Epistola Innocentii III. compilationi praemissa.

insequentium pontificum, qui ab Alexandro III. usque ad Innocentium III. papalem sedem obtinuerunt, quippe quae vel in mendosis collectionum Gilberti et Alani voluminibus dispersae inveniebantur, vel in omnibus collectionibus prorsus desiderabantur, eodem modo redigerentur. Quorum desiderio ut satisfieret, Joannes quidam, vetus interpres, natione Wallensis utramque Gilberti et Alani compilationem propria auctoritate conjunxit et novo ordine ad modum bernardinae compilationis dispositam scholarinm et advocatorum usibus tradidit. Insunt praeter decretales Alexandri III. a Bernardo neglectas decretales Lucii III., Urbani III., Gregorii VIII., Clementis III. et Coelestini III. Praeterea auctor operis Bernardum imitatus loca quaedam ex ss. conciliis et sanctis patribus repetiit, quamvis id valde raro contigit [19]). Quandoque et Gratiani quisquilia, paleas puta, irrepserunt [20]). Praeter Gilberti et Alani opera Joannes tam appendicem conc. lateranensis, quam collectionem codicis casselani consuluisse videtur. Plura namque capitula ex utroque fonte in compilationem migrarunt [21]). Opus satis mendosum pro-

---

19) III. 8. 1. est c. 8. concilii arelatensis VI. a. 813. (apud Labbe T. VII. Paris, 1671. col. 1236.); IV. 1. 1. (Decret. Burchard. Wormat. Lib. IX. c. 76. Ivo Carnot. P. VIII. c. 213.) concilio triburiensi adscribitur, attamen solummodo historiam facti refert, quae canoni 39 ejusdem concilii an. 895. (Labbe T. IX. col. 460.) occasionem dedit; V. 22. c. 2. inscriptionam habet: *Alexander III. ex concilio triburiensi*, est tamen can. 10. concilii salegunstad. a. 1022. (Labbe T. IX. col. 846.); III. 6. c. 2. 3. 4. Augustino, attamen false, adscribuntur. In aliis mss. attribuuntur Eugenio I. cap. 2. quadrat tamen solummodo ad tempora Euganii III. — III. 17. c. 1. ex Hieronymo (commentar. in Ezech. Lib. XIV. c. 45. p. 565. opp. T. V. ed. Dominici Vallarsii. Venetiis, 1768. 4.) desumtum est: III. 18. 1. Gregorii magni est (Lib. I. ep. 50. al. 48. opp. T. VII. Venetiis, 1770. 4. p. 70.).

20) V. 22. c. 1. Palea ep. Gratian. Dist. 91. c. 2. ab eoque tribuitur concilio nannetensi, est tamen cap. incertum; IV. 3. 2. Alexandro III. tributum, ap. Gretianum c. 30. q. 5. c. 2. Hormisdae adscribitur.

21) Ex appendice: I. 2. c. 1. 7. P. 41. c. 4. P. 49. c. 2.; I. 5. c. 1. 3. P. 30. c. 7. P. 49. c. 9.; I. 12. c. 2. P. 49. c. 8.; I. 14. c. 1. P. 46. c. 1.; I. 16. c. 1. P. 28. c. 15.; I. 16. c. 3. P. 48 c. 1.; II. 1. c. 2. 4. P. 36. c. 3. P. 22. c. 9.; II. 16. c. 1. P. 49. c. 4.; II. 18. c. 1. P. 42. c. 2.; II. 19. c. 3. P. 10. c. 25.; III. 1. c. 1. P. 50. c. 38.; III. 3. c. 1. P. 30. c. 6.; III. 6. c. 5. P. 47. c. 8.; III. 7. c. 1. 2. P. 37. c. 1. P. 47. c. 10.; III. 22. c. 2. P. 49. c. 15.; III. 24. c. 1. P. 47. c. 2.; III. 25. c. 1. P. 28. c. 13.; III. 27. c. 1. P. 31. c. 6.; IV. 1. c. 2. P. 45. c. 1.; IV. 3. c. 2. P. 49. c. 10.; IV. 7. c. 2. P. 50. c. 49.; V. 2. c. 2. P. 35. c. 2. Ex codice casselano; IV. 9. c. 2. T. 64. c. 4.; V. 22. c. 2. T. 38. c. 1. Simul ex appendice C. L. et codice C: II. 2. c. 1. P. 20. c. 2. T. 54. c. 2 II. 9. c. 1. P. 50. c. 37. T. 55. c. 3.; II. 19. c. 1. P. 50. c. 36. T. 54. c. 5. V. 2. c. 3. P. 2. c. 9. T. 16. c. 3.; V. 4. c. 3. P. 20. c. 1. T. 54. c. 1. Capitula appendicis ab utroque compilatore Bernardo papiensi et Joanne Wallensi rejecta haec sunt: P. 10. c. 3. 22. 26. P. 12. c. 5. P. 15. c. 8. 25. 26. P. 16. c. 6. P. 17. c. 4. P. 19. c. 7. P. 20. c. 3. 4. P. 22. c. 7. 8. P. 25. c. 3. P. 26. c. 26. P. 28. c. 7. P. 30. c. 9. P. 31. c. 5. P. 35. c. 1. P. 36. c. 1. 5. P. 37. c. 4. P. 38. c. 2. P. 39. c. 5. P. 41. c.

diit, cum inscriptiones capitulorum plerumque vel penitus neglectae, vel depravatae, vel ementitae deprehendantur [22]). Veteres juris interpretes compilationem Joannis, quae secundum Tancredi testimonium brevi post compilationis a Petro institutae receptionem adornata fuit, nihilominus compilationem secundam, librum vel volumen secundum, decretales medias vel secundas nuncuparunt, argumenti tantum ratione habita, quod Innocentii III. praedecessorum decretales continet, et in locum compilationis Gilberti ac Alani successit. Ceterum me non fugit, quod Antonius Augustinus, quem deinceps recentiores omnes secuti sunt, in prooemio, quod decretalium antiquarum volumini praefixum est, tradit Joannis

2. 3. 6. P. 44. c. 2. 4. 5. P. 43. c. 2. 3. P. 46. c. 2. 3. 5. 6. P. 47. c. 5. 6. 9. P. 49. c. 3. 4. 11. 14. 16—18. P. 50. c. 2. 11. 43. 44. 58. 61.; et codicis cass. T. 21. c. 3. 4. 27. T. 35. c. 18. T. 51. c. 26. T. 52. c. 1. T. 54. c. 3. T. 55. c. 4. T. 59. c. 3. 8.

22) Sub velamento falsarum inscriptionum irrepserunt quaedam epistolae Innocentii III. Caput 2. Lib. I. tit. 6., quod Clementi III. adscribitur, desumtum est ex epistola Innocentii ad episcopum s. Andreae, Lib. II. ep. 5. (in Rainerii compilatione T. 8. c. 2.). Cap. un. Lib. III. tit. 16. itidem false Clementi III. attribuitur, cum anconitana civitas demum a. 1191. recuperata fuerit, quo jam Coelestinus III. regnare coeperat: unde etiam in gregoriana compilatione Coelestino tribuitur (C. 5. de parochiis III. 29.). Sed desumtum est ex epistola Innocentii ad episcopos sidoniensem, beritensem et bibliensem. L. I. ep. 516. (apud Rainerium T. 21. c. 1. 1.), quod J. H. Boehmerum fugit. Cap. 3. Lib. V. tit. 13, quod Clementis III. inscriptionem habet, ut in gregoriana compilatione (c. 7. de excessib. praelator. V. 31.), est Innocentii III. (Vid. Rainer. compilat. T. 9. c. 2.), quod itidem, ut in multis aliis locis, Boehmerum fugit. Istos a Joanne Wallensi commissos errores nemo mirabitur; nam sicut plurimae epistolae falso sub nomine Innocentii III. circumferebantur, ita etiam scholares innocentianis decretis sub aliorum pontificum nominibus usi esse videntur. Ad eadem codicis, qui collectionem per Petrum beneventanum adornatam continet, vetus interpres, quem Antonius Augustinus Tancredum esse existimat, haec annotavit; » in fine operis » quidam affectionis ardor scholasticae me cogit, ut quasdam decretales, quas sub nomine Innocentii III. habent scolastici, tamquam non suas respuatis. Neque enim in registris ejus continentur, neque ab eo editae comprobantur, sicut ab eo ore ad os accepi; quarum una est de » servo in subdiacono ordinato, qui privilegio asseritur eodem (gaudere) cum diacono: secunda de » subdiacono eligendo, in qua dicitur quod ad hoc non vidimus aliquem reprobatum: tertia de » dote, ubi dicitur, quod de matrimonio cognovistis, et de dote agnoscere voluistis: quarta de » clericis, qui renuunt ordinari, ubi dicitur, quod eis beneficia auferantur: quinta de sacramentis extortis, ubi dicitur, quod illi, qui ea praestiterunt, penitus observare tenentur: sic et de » quibusdam aliis. Accipe primam praedictarum, quae incipit: *Miramur*; secundam, *Ex litteris*; » tertiam, *De prudentia*; quartam, *Quaeris*; quintam *Super consulationem*; sexta tametsi juri non » repugnat, verumtamen sua non est: omnes autem, quae in hoc opere continentur, in registris » ejus a primo anno usque ad duodecimum noveritis contineri«. Harum decretalium tertia et quarta in Joannis Wallensis compilationem I. 8. c. 1. IV. 14. c. 1, prima vero in compilationem gregorianam transmigravit. I. 18. c. 7. Cf. Ant. Augustin. Opp. T. II. p. XLII. ed. Lucae, 1769 fol. In calce compilationis tertiae, ex quo loco eadem verba Em. Gonzalez Tellez commentariis suis ad cap. 7. de servis non ordinandis (I. 18.) p. 520 T. I. Lugd. 1715 fol. inseruit. Verba authentica deprehenduntur in codice parisiensi nr. 3928. p. 529. cf. catalogus codicum mss. bibliothecae regiae Parisiis, 1744. T. III. fol.

compilationem duodecim annos post Bernardi papiensis breviarium prodiisse, itaque ante Bernardi compostellani collectionem institutam esse. Sed impedit, quominus viri immortalis narratio, cujus fontem ignoramus, nihil probetur, non solum Tancredi celeberrimi hujus compilationis interpretis, locus supra citatus, sed etiam testimonium Henrici de Segusio († 1272) archiepiscopi ebredunensis, et episcopi cardinalis hostiensis, vulgo *Hostiensis*, *doctor profundissimus, et juris utriusque monarcha* nuncupati, qui luculentis verbis refert, Joannis mediam collectionem inter utramque Innocentii III. compilationem prodiisse. En Hostiensis verba: « Postea vero cum multae « decretales epistolae extra corpus decretorum vagarentur, magister « Bernardus papiensis praepositus primam compilationem compo- « suit. Sed et tempore procedente magister Gilbertus suam effecit. « Aliam etiam Alanus. Demum m. Bernardus compostellanus in cu- « ria romana moram faciens, ex registro Innocentii III. quandam « compilationem extraxit, quae romana appellata fuit. Sed quia ibi « erant quaedam decretales, quas non admittebat romana curia, « ideo idem Innocentius per manum Petri beneventani compilatio- « nem edidit, quae tertia vacabatur. *Qua recepta et magister Jo- « annes Wallensis de duabus dictis compilationibus Gilberti et Ala- « ni unam compilavit, quae vocabatur secunda.* Postmodum conci- « lio generali per eundem Innocentium celebrato, tam de constitu- « tionibus generalis concilii, quam aliis decretalibus ipsius Innocen- « tii compilatio quarta processit. Quinta compilatio per Honorium « facta fuit [23]». Conjecturari licet, Antonium Augustinum perperam intellexisse, quae Joannes Andreae tradit, qui compilationes singulatim ita enarrat: « Post compilationem decreti factam a Gratiano, « multae decretales epistolae emanaverunt a curia, de quibus Ber- « nardus circa papiensis praepositus, postea faventinus episcopus fe- « cit primam compilationem quaedam antiqua jura interserendo, « post illam aliae decretales ab aliis apostolicis emanaverunt, de qui- « bus Gilbertus fecit aliam: post illum Alanus aliam fecit, de qui-

---

23) Prooemium ejus summae super titulis decretalium. V. *unde habuit originem liber iste* col. 6. Coloniae, 1612. quibus verbis omnes veteres ac recentiores editiones, quas inspexi, concordant, 1478. 1479. Venetiis, 1480 fol. Lugd. 1537. 4. Lugd. 1556. Basileae, 1573. Venetiis, 1574. fol.

« bus Joannes Wallensis unam compilationem fecit, quae olim erat « secunda. Et dicebatur prima, liber primus, secunda compilatio, « liber secundus. Bernardus autem archidiaconus compostellanus « moram trahens in curia de registro Innocentii III. extrahens quas- « dam decretales, de illis unam fecit compilationem, quae roma- « na compilatio vocabatur. In qua erant quaedam inserta, quae ro- « mana curia non approbat, unde ipse Innocentius per magistrum « P. beneventanum notarium suum compilationem fieri fecit, quae « tertia dicebatur. Et fuit de decretalibus per ipsum editis ad XII. « annum sui pontificatus, postquam adhuc fecit quasdam alias de- « cretales, et in concilio generali quasdam constitutiones, scilicet 71, « de quibus fecit quartam compilationem. Demum Honorius fecit « quintam, quam magistro Tancredo antiquo doctori nostro et ar- « chidiacono bononiensi direxit, de quibus omnibus Gregorius fecit « unam [24]». Videre licet Joannem Andreae singulas compilationes ex vulgari interpretum usu, nulla temporis ratione habita, enarrare. De patria Joannis Wallensis veteres interpretes varie fluctuant. Modo eum guallensem aut gallensem et gallicum, modo volaterranum seu vulteranum nuncupant. Joannes Andreae in prooemio novellae eum Joan. gallensem vulteranum nuncupat [25]), et Hostiensis scribit: *Jo. Vulteranus* [26]). Hinc multi eum natione Italum fuisse putant ex volaterrana civitate oriundum. In quatuor tamen codicibus vaticanis mss. optimae notae a Sarti inspectis legitur *Joannes* ab Joanne Andreae *ultramontanus* dictus [27]). Et haec lectio omnino vera esse videtur. Denique Joannes noster Anglus ex provincia Wallia, quae Guallia a veteribus quoque nuncupatur, oriundus fuisse videtur, unde etiam dictus fuit: *gualensis* aut galensis. Ultramontanus nuncupatus fuit, quia Italiam patriam non habuit. Hoc enim nomen Romani indiderunt quibusvis nationibus ultra Alpes. Inscitia scribarum, vel nimio abbreviandi studio postea nomen Vulterani procreatum esse videtur. Nostrae sententiae favent Sarti et Antonius Augu-

---

24) Prologus in Gregorii IX. collectionem fol. 3. Opp. T. I. Venetiis, 1612 fol.

25) Ioannis Andreae in primum decretalium librum novella commentaria Venetiis, 1612 fol. p. fol. 2. col. b.

26) Lectura super I. 6. c. 28 collect. Gregor. fol. XLVIII. Parhisiis, 1512 fol. T. I.

27) Sarti T. I. p. 309.

stinus, qui tamen prius, lectione in Andreae Novellae editis libris confisus eum Volaterris natum defenderat [28]). Neque tamen negaverim, Joannem in Italia compilationem confecisse; Romae forsan, ad quam ex universo orbe et ex Anglia imprimis tanquam ad commune emporium vel negotiorum agendorum, vel discendi causa, vel alias plurimas ob causas viros doctos confluxisse constat. Forsan et nomen vulteranus, quod Hostiensis Joanni aperte tribuit, genuinum est, cum ab officio, ad quod in ecclesia volaterrana fortasse promotus fuerat, nomen illud accipere potuerit. Summis pontificibus admodum peculiare fuit aliarum nationum officiales, qui in curia romana negotia agerent, rerumque agendarum dexteritate excellerent, aut viros doctrinae laude et meritis conspicuos dignitatibus et beneficiis onerare. Sed in re tam obscura nil certi statui potest.

IV.

De recentiore Innocentii III. decretalium collectione, quae quarta compilatio nuncupatur

In amplissimo concilio lateranensi IV. a. 1215. Innocentius III. 71. capitula sanxerat, quae modo in unum volumen collecta ubique divulgabantur. Neque his solum, sed etiam aliis decretalibus, quas Innocentius post compilationem a Petro beneventano curatam magno numero ediderat, scholares et causarum patronos usos esse videre licet. Proinde non est, quod miremur, novam compilationem confectam esse, quae anteriores collectiones Innocentianarum suppleret. Tancredi in Petri b. compilationem apparatus tale institutum jam pridem praeparaverat. Complectitur autem ista compilatio praeter Innocentii constitutiones in concilio later. IV. a. 1215. promulgatas etiam decretales quascunque post duodecimum pontificatus annum editas: neque spicilegium decretorum ex prioribus pontificatus annis in hac collectione desideratur. Omnia in totidem libros redacta, quot habet Petri beneventani collectio. Titulorum quoque adornatio a Petro probata, in nova compilatione servata. Capitula singula si quis

28) In praefat. ad quinque ab eo editas veteres collectiones decretalium epistolarum.

cum regestis, quatenus ea habemus, contulerit, animadvertet pauca admodum in regestis extare, ut denuo pateat, quot epistolae Innocentii adhucdum lateant vel penitus deperditae sint. Ceterum auctor non devians a more compilatorum antecessorum, Decretales vel integras, vel decurtatas 29), vel in partes discerptas inseruit 30).

Compilatio auctoritate publica nec adornata nec publicata fuit. Innocentio III. jam mortuo prodiisse videtur. Nihilo serius in scholis et in foro recepta, et quartae compilationis nomine apud veteres insignita fuit.

V.

De honoriana decretalium collectione.

Honorius III. (1216—1227) decessorem suum imitatus varias intra decem et quod excurrit pontificatus sui annos a se editas constitutiones decretales, quas longe maximam partem adhuc in archivis latere vel penitus deperditas esse dolemus, usui scholarium atque clericorum consulturus in unum volumen sub iisdem libris ac totidem fere titulis, quibus innocentianae compilationes compositae sunt, redigi jussit. Ista compilatio praeter epistolas decretales Honorii constitutiones quasdam imp. Fridericii II. complectitur, qui auctore summo pontifice eo ipso die, quo Romae a. 1220. post id. decemb. ab Honorio legitimus imperator renunciatus fuerat, imperii feliciter auspicandi causa in alma basilica vaticana inter missarum solemnia quasdam ediderat sanctiones » pro libertate ecclesiarum et clericorum,

---

29) I. 2. e. 2. Lib. XV. ep. 6. I. 7. c un. Lib. XIII. ep. 195. I. 8. e. 2. Lib. XIII. ep. 4. I. 10. e. un. Lib. XVI. ep. 118. II. 6. c. 1. 2. Lib. XIII. ep. 196. 181. II. 7. c. 4, Lib. XVI. ep. 159. II. 11. c. 3. Lib. XIV ep. 13. III. 2. e. 1. 2. Lib. XIII. ep. 72. 157. III. 3. c. 2. Lib. XIV. ep. 140. III. 10. c. un. Lib. XIV. ep. 118. III. 14. e. un. Lib. XV. ep. 166. III. 19. c. 1. Lib. XIV. ep. 129. V. 1. c. 2. 3. Lib. XV. ep. 191. Lib. XIII. ep. 1. V. 2. c. 3. Lib. XVI. ep. 26. V 6. e. 4. Lib. XIV. ep. 107. V. 12. e. 1. 3. 5. Lib. XV. ep. 7. 162. Lib. XVI. ep. 118. V. 14. c. 1. Lib. XIII. ep. 187. V. 15. c. 1. Lib. XVI. ep. 118. In Rainerio pompasiano et regestis priorum annorum deprehenduntur: I. 3. e. 3. T. 4. c. 3. Lib. I. ep. 523. I. 6. c. 2. Lib. VII. ep. 165. III. 7. c. un. T. 19 c. 1. Lib. I. ep. 33. III. 11. c. un. Lib. EIII. ep. 34.

30) Lib. XIII. ep. 127. I. 8. c. 1. I. 2. c. 1. I. 12. c. 3. Lib XIV. ep. 159. IV. 1. c. 1. IV. 3. e. 2. V. 6. e. 3. Lib. XVI. ep. 118. I. 10. c. un. V. 12. c. 5. V. 15. c. 1. capitulis duobus I. 2. c. 4. III. 2. c. 3. genuina inscriptio *episcopo vratislaviensi* ex regestis Lib. XVI. ep. 165. 166. restituenda.

confusione patarenorum, testamentis peregrinorum et securitate, agricultorum[31]), quas eodem suasore pontifice unum in volumen collectas non multum post ad doctores et scholares bononienses transmisit, ut in scholis publice explicarentur, atque in epitomen redactae, corpori juris civilis insererentur. Ait imperator: « Fridericus Romanorum et semper Augustus universis sacrarum legum doctoribus et scholaribus bon. commorantibus salutem et gratiam suam. Ad honorem omnipotentis Dei et ecclesiae sanctae suae in die, quo de manu sanctissimi patris nostri H. summi pontificis suscepimus imperii diadema, edidimus quasdam leges, quas presenti paginae fecimus adnotari, per imperialia vobis scripta mandantes, quatenus eas faciatis in vestris scribi codicibus, et de cetero legatis solemniter tanquam perpetuis temporibus valituras[32])».

---

31) Chron. s. Germ. ad an. 1220. Ughelli It. s. t. X. p. 193. J. B. Carusi biblioth. hist. regn. Siciliae panorm. 1723 fol. T. II. p. 568. Muratori sept. T. VIII. p. 992. Raccolta di varie chroniche, diarj ed altri opuscoli cosi italiani come latini appartenenti alla storie del regno di Napoli. Napoli, 1782. 4. T. IV. p. 198.

32) Savioli annal. Bologn. V. III. P. II. p. 449. nr. 550. (et Sarti T. II. p. 60. et in notis T. I. p. 106. qui epistolam hanc constitutionibus Friderici praemissam ex cod. regii hispanor. collegii s. Clementis primus in lucem emisit.) Easdem const. mss. Fr. A. Zaccarie in biblioth. canonicor. eccles. pistor. invenit sub titulo: *Friderici I. leges editae m. Novemb. a. MCCXX. doctoribus et scholaribus Bononiae commorantibus.* (Biblioth. pist. P. I. c. 3. nr. 2. p. 15. Aug. Thaur., 1752. 4.). In regestis Honorii quoque inveniuntur Friderici leges cum peculiari epigraphe: » Haec est sanctio Friderici II. I. R. edictaliter edicta, et publicata in basilica principis apostolorum in die, que imperiali diademate coronavit eum romana ecclesia mater sua, lex siquidem constitutiva de abrogatione et distructione omnium statutorum et consuetudinum adversus ecclesias, clericos vel ecclesiasticam libertatem et abolitione omnium haeresium et haereticorum diffidatione et banno«. (Lib. V. ep. 486. Raynald. annal. ad a. 1220 nr. 24. p. 303. T. I. Romae, 1646 fol. Baron. annal. cont. T. XIII.) Constitutiones singulae sub nomine authenticorum in codicem Justinianeum transmigrerunt. Cf. celeberr. Fr. Aug. Biener: historia authenticarum codici R. P. et institutionum insertarum. Lipsiae, 1807. S. II. § 18—21. p. 56—64. et Savinius l. c. T. III. p. 481. 492. Ceterum Fridericus constitutiones istas auctore ipso Honorio et rogasse et publicatas dein bononiam codici legum inserendas misisse videtur. Etenim Honorius ipse in litera coronationi imperatoris praevia ad Nicolaum episcopum tusculanum A. S. L. et alatrinum subdiaconum et capellanum suum date Later. IV. Id. Novembr. pontif. a. quinto id luculentis verbis prodit: » De communi fratrum nostrorum consilio praesentium vobis auctoritate mandamus, » quatenus efficaciter studeatis, ut capitularia, quae vobis mittimus praesentibus interclusa, sub » competentibus verbis, servata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur, nobis» que mittantur regiae bullae roborate munimine, in die coronationis sub imperiali nomine in » basilica principis apostolorum solemniter publicandae. etc. Rayn. ad a. 1220. nr. 19. ex regest. Lib. V. ep. 184. Constitutiones fridericianae etiam novellis et libris feudorum statim ab interpretibus adjectae sunt. Cf. Fr. A. Biener: Geschichte der Novellen Justinian's. Berl. 1824. s. 299. C. F. Dieck: Literärgeschichte des Longobardischen Lehenrechts. Abhandl. 7. §. 19. s. 357 sq. Helle, 1828. 8. Librorum feudorum recensiones Eggesteinianae et Schoifferianae nudas tantum constitutiones exhibent. Baptista de Tortis constitutiones cum peculiari epistola Friderici, quae e no-

Honorius ipse earum in epistola ad bonon. epum. meminit easque summis extollit laudibus[33]). Sunt autem omnino novem fridericianae constitutiones, quae honorianae compilationi insertae sunt (scilicet: I. 1. c. I. 3. c. 4. II. 1. c. 4. II. 2. c. 2. III. 13. c. 1. III. 26. c. 3. V. 4. c. 1. V. 12. c. 4. V. 18. c. 3.), e quibus quinque authenticis Justinianei codicis respondent, nimirum I. 1. c. 3. Auth. *Cassa* C. de ss. eccles. (I. 2.); I. 3. c. 4. Auth. *Navigia* C. de furt (VI. 2.); III. 13. c. 1. Auth. *omnes peregrini* C. Communia de successionibus (VI. 59.); III. 26. c. 3. Auth. *Item nulla* C. de epis. et cler (I. 3.); V. 12. c. 4. Auth. *Agricultores* C. quae res pign. (VIII. 17.). Constitutio V. 4. cap. un. ex constitutione Friderici apud Petrum de Vineis desumtum est[34a]). Honorius compilationem sub suis auspiciis adornatam usuique scholarium destinatam, ad exemplum antecessoris sui Bononiam Tancredo archidiacono, celebratissimo tunc temporis ICto[34b]), anno fortasse 1206 exeunte transmisit[35]), ut omnes ea in illustri illo archigymnasio publicata, tam in scholis quam in foro uterentur. Scribit papa: « *Honorius episcopus, servus servorum* « *Dei dilecto filio magistro Tancredo archidiacono bononiensi* « *salutem et apostolicam benedictionem.* Novae causarum emergen- « tium quaestiones novis exigunt decisionibus terminari, ut singulis « morbis competentibus remediis deputatis jus suum cuique sa- « lubriter tribuatur. Licet igitur a quibusdam praedecessoribus no- « stris per ea, quae suis temporibus sunt decisa, forma futuris ne-

---

stra modo relata paullulum diversa est et ad merchiones, comites, cunctosque populus, quos clementiae ipsius regit imperium, directa deprehenditur, una cum Honorii epistola, in qua idem pontifex imperatoris constitutiones approbat, primum edidit. Haec recentio, quae ex ipsius Honorii regestis desumta esse videtur (J. Schilterus provocat ad Honorii Lib. V. ep. 438. ad h. e. in in cod. juris olemanniei feudalis p. 143. ed. J. G. Schertzii. Argent. 1728 fol.), transiit dein in omnes editiones.

33) Regest. Lib. V. ep. 310. Raynald. ad a. 1220. nr. 23. in collect. I. 1. c. 2., quam epistolam quoque Gregorius IX. in epist. ad Ludovicum galliarum regem mirifice extollit. Regest Lib. IX. ep. 384. Raynald. ad a. 1236 nr. 31—36. p. 483. atque ex archetypo ap. J. H. Sbaraleam bullarium franciscanum. T. I. p. 181. Romae, 1759 fol.

34 a) Epistolarum Patri de vineis libri VI. Basileae, 1656. 8. Lib. I. ep. 27. p. 189. cf. Auth. *Si vero et credentes* C. de haeret. et monach. Innocent. III. c. 3. c. lateran. IV. a. 1215. Mansi T. XXII. col. 987. In collectionem gregorianam quoquo transiit V. 7. 12. cf. Friderici const. in constitutionibus regni Siciliae Lib. I. Tit. II. (Neapoli, 1796 fol. p. 6.)

34 b) De Tancredo vid. Sarti T. I. P. II. p. 28—37.

35) Savioli annali bologn. V. III. P. I. p. 38. Cf. Pertz Archiv. vol. V. p. 311. Epistolae quaedam Honorii adhuc ineditae apud Zacharia anecdotor. med. aevi max. partem ex archiv. Piston. collectio p. 371 sq. p. 77. sq. Aug. Taurin. 1755. fol.

« gotiis provide sit relicta : quia tamen provida rerum natura secundum varietates multiplicium casuum parit quotidie novas causas, nos quasdam epistolas decretales super his, quae nostris suborta temporibus per nos vel fratres nostros decidimus, vel etiam aliis de ipsorum consilio commisimus decidenda, compilari fecimus, et tibi sub bulla nostra duximus destinandas : quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eis solemniter publicatis absque ullo scrupulo dubitationis utaris, et ab aliis recipi facias tam in judiciis quam in scholis [36]».

Quis compilationem modo memoratam, quae a veteribus interpretibus compilatio quinta antiqua vel honoriana nuncupatur, composuerit, incertum est cum apud veteres id tantum tradatur, compilationem per Honorium factam esse. Unde quis dixerit Honorium ipsum operis conditorem habendum esse: sed ex ipsis Honorii verbis certo certius est, sub ejus solummodo auspiciis eam compilatam fuisse. Augustinus in infausto suo prooemio Tancredo compilationem tribuit. Quod si verum fuerit, quomodo explicabimus quod papa in sanctione compilationis, quam epistola ad Tancredum continet, operae a Tancredo praestitae nullam omnino mentionem facit, praesertim cum talis viri nomen utpote juris utriusque scientia suo tempore clarissimi et summis laudibus celebrati, operis a papa instituti gloriam augere debuisset? Neque Tancredus ullibi, nequidem in libro de ordine judiciario, quem collectione gregoriana jam pridem publicata conscripserat, licet in eo decretalis, in causa celeberrima inter archiepiscopum Ravennatis et civitatem Cerviae ventilata ab Honorio ad eum transmissae, nominatim meminerit, partes quasdam in ea compilatione sibi vindicat [37]. Denique verisimile non est Tancredum, qui cum officium docendi modo post a. 1215. denuo suscepisset Bononiam minime deseruisse neque Romae in curia commo-

---

36) Cap. 1. de constitutionibus (I. 1.). Ceterum editores epistolam hanc collectioni ipsi inserentes errasse videntur, cum nonnisi publicationis instrumentum vel sanctio compilationis sit. » Jac. de Alb. glossavit honorianas«, refert Jo. Andreae, » quarum prima fuit decretalis *noverit*» (V. 39. c. 49. coll. Gregor.). Prooem. ad dur. spec. cap. *noverit* excipit in nostra comp. epist. Horii et est cap. 2. de constitut.

37) II. 1. c. 20. Collect. Gregor. p. 145. 204. ed. Luc. Schroteisen argentor. 1545. 8. Dolendum sane, Bartholomaeum brixiensem Tancredi hunc libellum in allegandis quinque veteribus compilationibus reformasse atque ad typum collectionis gregor. reduxisse J. Andr. prooem. Spec. V. plurimis.

ratus esse videtur, curas suas in opere collocasse, quod in ipsa urbe Roma ex ipsis Honorii regestis in sacro palatio later. conservatis perficiendum erat. Quae cum ita sint, mirari licet Antonium Augustinum, tantum virum communi interpretum synchronorum testimonio refragatum esse. Quomodo id factum sit, incertum est. Post Cironium doctissimi quique viri erroneam ejus opinionem fortiter oppugnarunt, uti Prosper Lambertinus (S. P. Benedictus XIV.)[38], Sartius[39] et Jos. Anton. Rieggerus[40]: recentiores tamen omnes, si ICtos austriacos et F. Wiesium[41]) excipias, Augustinum secuti sunt.

Honorianae collectionis auctoritas neque diu, neque in omnibus occidentis terris invaluit: mox enim innotuit Gregorium IX. Honorii successorem de nova compilatione edenda meditari. « Est autem sciendum, » refert J. Andreae, « quod Gregorius IX. successit immediate Honorio III., quo creato statim fuit fama, quod compilationem qua utimur, facere intendebat: itaque praedicti antiqui non curarunt honorianas glossare; et merito quia multae ex illis omissae vel recusatae fuerunt[42])». Neque ulla veterum compilationum magis neglecta fuit. E veteribus interpretibus unus Jacobus albingaunensis vel de Albenga episcopus faventinus glossis eam instruxit[43]. Augustinus nullibi eam in Hispania invenit, ut augurari liceat, eam pyraneos montes omnino transgressam non esse. Meritissimus tandem Innocentius Cironius juris utriusque professor, canonicus et ecclesiae ac academiae tolosanae cancellarius editionem hujus operis jam pridem desideratam ex tribus codd. mss. bibliothecae albiensis adjectis quibusdam adnotationibus curavit[44]. Jac. Cujacius adhuc hanc collectionem nonnisi manuscriptam in manibus habuerat[45]. Celeberr. J. A. Rieggerus denuo recensuit et le-

38) Delle feste di Gesú Christo e della b. vergine Maria. Padova, 1747. T. I. praef. p. IX. sq.

39) T. II. p. 32.

40) De collectione decretalium Honorii III. p. 229 sq. Opuscula ad histor. et jurisprud. praecipue eccles. Frib. Brisg. 1773. 8.

41) Handbuch des gemeinen in Deutschland gelt. Kirchenrechts. T. I. s. 247. Leipz. 1799. 8.

42) Procm. spec.

43) Sarti T. I. p. I. p. 330.

44) Quinta compilatio epistolarum decretalium Honorii III. P. M. Tolosae, 1645. fol.

45) Exercitationes solemnes ad decretal. coll. Gregor IX. II. 2. c. 17. II. 28. c. 63. IV. 1. c. 28. IV. 15. c. 6. Opp. T. VI. p. 972. 757. 1075. 1128. Neap. 1722 fol.

ctionibus variantibus instructam, ex codice ms. vindobonensi edidit [46]).

Honoriana compilatio prioribus collectionibus et in hoc similis, quod plerisque mendis deformata est. Capitulorum inscriptiones saepius aut omnino desunt, aut falsae vel depravatae exhibentur. Cironius in nonnullis capitulis genuinam inscriptionem restituit ex Honorii regestis primi et secundi anni, quae celeberrimus Duchesnius ei transmiserat, ut recensioni ejus inservirent [47]): denique graviorum mendorum numerus diminutus est. Inter ea, quae remanserunt, notandum, quod tria capitula « *Super specula* » (III. 27. c. un.; V. 2. c. un.; V. 12. c. 3.) ceu partes unius decretalis considerantur. Quod si verum esset, epigraphe, qua cap. un. III. 27. insignitum est, « *Venerabilibus fratribus M. patriarchae antiocheno, et universis archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis ceteris ecclesiarum praelatis in patriarchatu antiocheno constitutis* » ad reliqua etiam capitula epigraphe destituta pertinere deberet. Sed manifestum est, rem aliter se habere, cum alioquin notum sit, cap. 3. de privilegiis et excessibus privilegiat. (V. 12.) transmissum esse ad episcopum parisiensem Bartholomaeum virum bene meritum, et ut chronographi verbis utar [48]), « scientia illustrem, et maxime in utroque jure, canonico videlicet et legali plenissime instructum, » ideoque statui debere, id capitulum peculiarem decretalem esse, neque unquam cum decretalibus III. 27. c. un.; V. 2. c. un. cohaesisse, earumque partem effecisse [49]). Idem de tertio capitulo de magistris (V. 2. c. un.) affirma-

---

46) Viennae, 1761. 4.

47) » Post editionem hujus compilationis in manus meas venerunt priores duo libri regesti mss. Honorii III., quos ad me misit vir doctus Fr. Duchesne: *utinam mihi videre licuisset integrum registrum emendatius et luculentius hoc opus haberes.* Forsan tamen, si nactus fuero beneficio viri bene meriti de repubblica litteraria (cujus interest hujus compilationis perfecta cognitio), in secunda editione hoc praestara potero. Interim excerpsi quasdam epistolas ex dicto libro primo registri, quae illustrant nonnulla compilationis capitula. Pauca etiam adjeci ex Italia sacra doctissimi F. Ughelli, quae ad hoc quoque faciunt«. Praef. ad append. comp. Codex Duchesnii sine dubio est nr. 3934. bibl. Paris. cf. catal. mss. biblioth. reg. Paris. T. III. P. III. p. 530.; quondam codex colbert. nr. 1378. Montfaucon biblioth. mss. nova T. II. p. 436. 438. In bibliotheca comitis Clarendonii nr. 54. 55. Excerpta quaedam ex regestis Honorii msta asservantur. Bernard. Catal. mss. Angliae et Hiberniae Vol. II. P. II. p. 15.

48) Ap. Mabillon Analecta vetera p. 385. Parisiis, 1723 fol. Gallia christiana T. VII. p. 93 sq. Paris. 1744 fol.

49) Bulaeus integram epistolam Honorii cum genuina inscriptione annalibus suis inseruit (historia universitatis parisiensis T. III. p. 98.). Celeberr. Rieggerus denuo eam ex codice vindobo-

re ausim, de quo censuerim, habendum esse pro epistola decretali locali in eadem causa ad praesulem quendam missa. Et omnino extat epistola decretalis Honorii III. ad venerandum gradensem patriarcham Angelum Barotium († 1238) directa et ad eandem causam pertinens, quae cum nostro capitulo de verbo ad verbum consonat [50]: quod et editor celeberr. Corn. Flaminius vidit [51]). Denique tres istae decretales paulo serius glossis instructae esse videntur [52]). Aliud exemplum mendorum in editionibus honorianae collectionis occurrentium hoc est, quod cap. un. de purgatione vulgari. (V. 14.) ad archiepiscopum rigensem Livoniae metropolitam perperam directum esse dicitur, cum praesul rigensis multo serius (anno 1251) ab Innocentio IV. ad tantum honoris fastigium evectus sit [53]): scriptum est „ad venerabiles fratres, abbates, praepositos, ac priores ordinis cisterciensis in Livonia constitutos,“ quos Honorius ad propagandam, propagatamque religionem christianam tuendam anno 1220. in Livoniam miserat. Epistola ipsa anno 1222. divulgata, sicuti regesta testantur [54]). Sed haec hactenus. Priusquam tamen commentationem de antiquis decretalium collectionibus relinquamus, de allegationibus apud veteres decretalium interpretes usitatis quaedam monere liceat.

Compilationes singulae vocula *extra* vel *extravagantes* notantur, utpote quae extra Gratiani decretum vagantes canones contine-

---

nensi (in quo haec inscriptio praebetur: s. p. Honorii III. qui pp. Innocentio III. A. MCCVI. successit et d. XIX. mart. A. MCCXXVII. obiit, diploma ad *episcopum, decanum et cantorem parisiensem de reconciliatione pacis et concordiae inter magistros et scholares universitatis parisiensis ab una parte et episcopum atque cancellarium ex altera*, datum Romae apud s. Petrum V. id. maii, pontificatus anno tertio, hoc est, die XI. maii a. MCCXIX. cf. Ad. Fr. Kollar analecta vindobonensia T. I. col. 313 sq. vindob. 1761 fol.) recudit atque appendici ejus dissertationis adjunxit p. 258. 259 sq. Gregorius IX. Honorii hanc decretalem denuo confirmavit. Reynald. ad a. 1228. nr. 29—31. p. 389. Regestor. Lib. II. cp. 20. Kollar. l. c.

50) Italia s. T. V. col. 1135 ed. N. Coleti.

51) Ecclesiae venetae antiqua monumenta decas IV. T. III. p. 96—98. Venetiis, 1749. 4. epistola eadem, quae ea ad episcopum parisiensem anno 1219 mense novembr. divulgata.

52) A. M. Bandini catal. biblioth. laurentianae T. IV. p. IV. append. cod. IV. col. 52. codd. latin.

53) Bullam integram ex archetypo R. vaticano primum edidit Sbaralea bullarium francisc. inter Innocentii IV. bullas nr. 364. p. 569—572. Valde mutilam eam offert J. D. Gruberus (origines Livoniae sacrae et civiles Francof. 1740 fol. Sylv. doc. nr. 60. p. 279.), qui eam perperam Alexandro IV. tribuit. P. Dogiel recte eam ad a. 1251 transfert. cf. codex diplomaticus Poloniae et magni ducatus Livoniae T. V. nr. 23. p. 16. Vilnae, 1759 fol.

54) Reynald. ad a. 1200. nr. 38. 1222. nr. 40. p. 306. 324. ex Honorii regestis Lib. IV. ep. 70. Lib. VI. ep. 210. cf. F. A. Manrique annal. cisterc. T. III. p. 117. Lugd. 1647 fol.

rent adjecto numero compilationis: singula autem capitula per verba initialia distinguuntur praemissa tituli nota, qui non numeris sed rubrica designatur. E gr. allegationes sequentes: Extra 1. (extravagantes primae) de probatienibus c. *ex litteris*, extra 2. (extravagantes secundae) de institutionibus c. *in ecclesia vestra*, extra 3. (extravagantes tertiae) de restitutione spoliatorum c. *ecclesiae s. Mariae*, extra 4. (extravagantes quartae) de Judaeis et Saracenis c. *quidam*, et extra 5. (extravagantes quintae) de dote post divortium restituenda c. *reverendissimus in Christo*, designant compilationis primae cap. 2. lib. 2. tit. 12., secundae cap. 3. lib. 3. tit. 6., tertiae cap. 1. lib. 2. tit. 6., quartae cap. 3. lib. 5. tit. 5., et quintae cap. un. lib. 4. tit. 3. Ceterum hanc allegandi rationem post publicatam gregorianam collectionem rarius adhibitam videmus, cum decretales a Raymundo receptae prorsus alio modo allegarentur, ideoque ratio modo descripta in his tantum decretalibus servaretur, quae in Gregorii librum decretalium non transierunt.

CAPUT III.

De gregoriana decretalium collectione.

Variae istae decretalium compilationes, inter quas tertiae et quintae tantum publica auctoritas inerat, maximo quidem usui fuerunt in jure canonico tractando causisque decidendis: sed fieri non potuit, quin in tanta decisionum congerie a diversis auctoribus diversis temporis corrasa, saepissime decretales inter se pugnantes decurrerent. Unde ingentes et inextricabiles controversias in scholis et foro ortas esse videmus, cum ab uno pontifice ad alterum, ab hac collectione ad illam provocaretur. Evenit etiam ut nonnunquam decretalis cujusdam in dubium vocaretur, vel omnino abnegaretur; immo non raro a docentibus vel causas agentibus fictitiae decretales subjectae sint [1]). Multiplicitas collectionum ipsa parum commoda: incommodior taediosa quarundam decretalium prolixitas et inutilis plerumque decisionum ad eandem quaestionem pertinentium acervus. Neque tamen numerosus decretalium cumulus in memoratis collectionibus congestus fori usibus sufficiebat, cum a causarum patronis plerumque ad decretales extra praefata volumina vagantes prevocaretur. Afferre liceat Innocentii III. testimonium, cujus extat epistola ad eliensem episcopum scripta de abusu decretalium dubiae auctoritatis tractans eique remedium quaerens. Scribit: « Quaesivisti etiam, « quibus indiciis fides adhibenda sit decretalibus, de quarum aucto- « ritate judex potest non immerito dubitare, cum plures inve- « niantur in compilatione scholarium, et allegentur in causis, de « quibus per bullam non constitit, nec ipsae per metropoles insinua- « tae fuerint. Quia igitur saepe contingit, quod etiam coram nobis « hujusmodi decretales proponuntur, quas esse authenticas dubita-

---

1) Videre licet, romanos pontificos in falsarius litterarum apostolicarum gravissimas poenas statuisse; privationem beneficiorum et detrusionem in monasteria strictae religionis ad vitae usque finem. Vide extra 1. de crimine falsi. C. (Alexandri III.) *Ad haec de sacerdote* (V. 16. c. 3.); Extra 1. de crimine falsi. C. (Alexandri III.). *Ad haec de sacerdote* (V. 16. c. 3.); extra 2. de falsariis. C. (Lucii III.) *improba pestis*; et C. (Coelestini III.) *per falsarios, qui nuper sunt in urbe reperti* (V. 9. c. 1. 3.); cap. 4. 5. (Innocentii III. itidem contra falsarios in urbe) de crimine falsi (in compil. Gregor. V. 20.)

« mus, fr. t. benignius respondentes auctoritate praesentium duximus statuendum, ut cum aliqua decretalis de qua judex merito dubitet, allegatur, si eadem juri communi sit consona, secundum eam non metuat judicare, cum non tam ipsius, quam juris communis auctoritate procedere videatur. Verum si juri communi dissona videatur, secundum ipsam non judicet, sed superiorem consultet super ipsam [2])».

Cum post Innocentii tempora malum in dies cresceret, adauctum est etiam desiderium apud juris canonici cultores, ut auspicante summo pontifice novus legum ecclesiasticarum codex adornaretur, qui publica auctoritate munitus universae ecclesiae disciplinam regeret, atque judiciis modum daret. Neque deerant, qui non solas pontificum romanorum decretales, sed et sacros canones, et venerandas consuetudines particularium ecclesiarum, in hanc collectionem recipi, eaque receptione firmari vellent [3]).

---

2) Cap. *Pastoralis* De fide instrumentor. et decretalium. (II. 13. c. 3.) compil. III. (Coll. Greg. II. 22. c. 8.) Glossatores varie interpretantur h. l. Hostiensis: „ Aliqua decretalis, quae non » est posita in corpore decretalium (Gregorii IX.), sed tamen advocati eam pro decretali allegant » inde si non sit contraria juri, non est statim rejicienda, sed papa super ea potius consulen- » dus . . . Vel loquitur hic de illis decretalibus, quae olim erant positae in corpore decretalium tem- » pore illo, quo nullum corpus decretalium erat authenticum, excepta compilatione domini Inno- » centii III. Vel loquitur quando etiam bulla dependet in littera, quia nec statim ideo pro jure » est habenda . . . *Consulat* . . . licet autem aliqui scripserunt, quod ex eo, quod reperitur, » inter alias decretales praesumitur decretalis adinstar *monialis* (C. 22. q. 1. c. 6. V. 3. 4. c. 3. coll. » Greg.), nos tamen non putamus hoc verum esse, nisi omnes libri communiter habeant ipsam: » alioquin quilibet posset facere novam decretalem ipsam in libro suo ponendo, quod non est sen- » tiendum». Ad h. c. fol. 113. col. 3 sq. Host. Innocentii IV. Glossas ad h. l. fol. 277. col. 3. refert, et Joannes Andreae denuo utriusque ad h. l. fol. 170. Innocentius sine dubio varias ex constitutionibus Alexandri III. conflatas decretalium compilationes cum non uno in loco decretalium istarum authentiam vel in ipso volumine Bernardi papiensis receptarum in dubium vocare videatur, sicuti cap. *Quaesitum* (I. 23. c. 2.) . . . Verum ex verbis *cujusdam epistolae* quam dicunt decretalem, et a bon. mem. Alex. pap. praed. n. emanasse proponunt, habetur etc. Coll. III. Greg. V. 21. c. 14. coll. Greg. V. 39. c. 40.)

3) » Concilia antiqua et etiam posteriora vix inveniuntur. Et est mirabile, quo modo hoc » ita neglexit ecclesia romana, et quo modo non ordinavit, quod in ecclesiis cathedralibus, vel » etiam metropolitanis saltem, semper haberentur. Multa enim sunt in iis valde utilia, quae non » sunt redacta in jus, sicut patet in lateranensi concilio, quod non habeant, nisi tria fercula et » alia multa bona, quae non scripta sunt in jure. Ita cum tota ecclesia regatur hodie per jura ca- » nonica et non excusentur illa nescientes in multis casibus, valde bonum esset, quod fieret per » viros sapientes aliquod opus continens breviter totum jus canonicum, cui papa praestaret aucto- » ritatem, in quo etiam determinarentur contrarietates opinionum. Certum est enim, quod posset » fieri valde breve, et quod possent addiscere scholares in modico tempore: nec oporteret tantum » ipsos expendere in jura canonica addiscendo, nec advocatorum lites et contentiones tantum lo- » cum haberent in ecclesia Dei». Opusculum tripartitum P. III. c. 10. p. 228. ap Edw. Brown

Hi quidem voti sui compotes facti non sunt; qui autem nonnisi novam decretalium collectionem antiquiorum usum abrogantem desideraverant, iis satisfactum est per Gregorium IX. (1227 † 1241), Honorii III. successorem virum utriusque legis peritissimum, qui hüic rei eo aptior erat, quod ipse antequam ad sanctam apostolicam sedem eveheretur, in inclyto archigymnasio bononiensi ingenti scholarium advocatorumque applausu jura professus erat. Cum papa in opere perficiendo quod animo conceperat, cappellani sui Raymundi opera usus sit, de hoc viro pauca praefari liceat.

Raymundus de Peñafort, Catalanus, Barcinone ex inclyta regum Arragonum et comitum barcinonensium stirpe progenitus annum vigesimum agens in urbe patria jam philosophicas disciplinas docuit. Postea cum Bononiae aliquot per annos studio juris civilis et canonici incubuisset, doctoris in utroque jure lauream adeptus sacros canones ibidem publice professus est, ita ut omnium sibi admirationem compararet. Barcinonem ab episcopo hujus urbis Berengario a. 1219. reductus canonicatu ac praepositura in eadem ecclesia perfunctus est; elapso autem triennio ob ardens perfectioris vitae desiderium habitum monasticum induit, et ordini fratrum praedicatorum annum jam quintum supra quadragesimum agens nomen suum dedit. In patria sua studium linguarum orientalium promovere studuit, ut hisce imbuti eo felicius in convertendis ad religionem christianam Arabibus operam navare possent, qua in re Castiliae et Arragoniae reges adjutores et patronos habuit. Sancto Petro Nolasco viro nobili et pio, et Jacobo Arragonum regi auctor fuit ordinem de mercede redemptionis captivorum instituendi, cui certas vivendi regulas praescripsit. Fama Raymundi in dies crescente factum est, ut Joannes de Abbatisvilla vesuntionensis archiepiscopus, sedis apostolicae in Hispaniarum partibus legatus sibi cum socium, et adjutorem legationis assumeret. A quo viro deinde Romam deductus et Gregorio IX. insinuatus Raymundus summam papae affectionem sibi conciliavit, ita ut paullo post capellani officio ornaretur, qui tunc temporis idem fuit, quod nunc est causarum sacri palatii apostolici

---

appendix ad Orthuini Gratii fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum. Londini. 1690 fol. Opusculum isthoc, quod Crabbius primum ediderat, modo post concilium lateranense IV. conscriptum est.

auditor, ac sedis apostolicae poenitentiarius. Ex eo tempore pontifex nisi Raymundo consulto graviorem rem nullam peregit, gravissimasque causas Raymundo praesertim decidendas demandavit. Is cum per septem prope annos summis in negotiis Romae desudasset ob valetudinis infirmitatem ex medicorum consilio summi pontificis venia in patriam rediit, ubi jam pridem recusato archiepiscopatu tarraconensi generalis magister ordinis fratrum praedicatorum a. 1238. electus est. Quem magistratum cum biennio gessisset, eo se sponte abdicavit, reliquum tempus otio spirituali consumens, a romanis tamen pontificibus summi habitus, et in magnis negotiis perpetuo consultus. Grandaevus senex prope centenarius in ipso die Epiphaniae a. 1275. obiit. A Clemente VIII. a. 1601. III. kal. Maji in album sanctorum relatus fuit 4).

Gregorii IX. mandata de novo codice faciendo capellano suo data eo tendebant, ut epistolae, constitutionesque anteriorum ponticum romanorum per diversa volumina dispersae in unum redigerentur, porro decretales in prioribus collectionibus omissae supplerentur, denique epistolae decretales ab ipso Gregorio IX. intra annos sui pontificatus divulgatae subjicerentur, resecatis superfluis et expunctis quibusvis contrarietatibus. « Gregorius, ait Bernardus parmensis, » per magistrum Raymundum capellanum suum ad « communem utilitatem studentium fecit redigi in unum volumen di- « versas constitutiones et decretales epistolas praedecessorum suo- « rum quae dispersae erant per plura volumina, quarum aliquae « propter nimiam similitudinem, quaedam propter contrarietatem, « quaedam etiam propter sui prolixitatem confusionem inducere vide- « bantur. Quaedam etiam vagabantur extra volumina supradicta, de « quibus tanquam incertis frequenter in judiciis dubitatur. Adjiciens « insuper quasdam constitutiones et decretales epistolas suas, per

4) Nicol. Trivet. († 1328) annal. ad a. 1240. p. 191 sq. ed. Ant. Hall. Oxoniae, 1719. 8. Qui plura de Raymundo scire cupiunt, adeant copiosa volumina: historia del muy alto e invencibile rey don Jayme de Aragon, primero desto nombre, Uamado del conquistador: compuesto por el mro Bern. Gomez miedes arcediano de Murviedro y canonigo de Valencia. En Valencia, 1584 fol. Lib. 19. c. 15. 20. Juan Marieta: istoria de los santos de Espana P. II. Lib. XII. c. 30—39. P. A. Touron: histoire des hommes illustres de l'ordre de saint Dominique, Paris, 1743. T. I. p. 1—48. 4. Nic. Antonii bibliotheca hispana vetus. T. II. p. 67—70. Matriti, 1788 fol. D. Jos. Rodriguez de Castro: biblioteca espanola. Tomo segundo, qui contiene la noticia de los escritores gentiles espanoles, y la de los christianos hasta fines del siglo XIII. de la Iglesia. En Madrid, 1786 fol. p. 598—694.

« quas quaedam, quae in prioribus erant dubia, declarantur» [5]. Longe maximam codicis gregoriani partem constituunt decretales summorum pontificum ex eo tempore, quod inter Gregorium m. et Gregorium IX. intercedit, inter quas frequentissimae sunt decretales quae post Gratiani decretum prodierunt. Nonnunquam tamen, sicuti etiam in anterioribus compilationibus factum esse vidimus, loci s. scripturae, canones apostolorum, decreta conciliorum, cum particularium tum generalium [6], et dicta sanctorum patrum, aliorumque scriptorum ecclesiasticorum inserta inveniuntur. Insertae praeterea pontificis jussu constitutiones quaedam, quae sub nomine constitutionum propriarum veniunt, et imprimis ordinem judiciorum spectant ab ipso Gregorio IX. profectae, quas tamen facile dignosces, quia inscriptione carent, utpote quae nemine consultante emissae, neque ad quemquam specialiter directae fuerint. Pontifex jurium peritissimus hasce constitutiones sententiis ex jure civili desumtis confecerat, quas usui forensi sui temporis adaptatas in brevia capitula redegerat [7].

In novo codice condendo Raymundus retinuit methodum, quam ab antiquis decretalium compilatoribus servatam invenit, vestigia

---

5) Prooemium casuum long. super quinque libros decretalium. Lugd. 1500. 4. Similia apud Hostiensem legimus, qui Bernardum consuluisse videtur: « Vicarius regis pacifici ad communem » utilitatem et maxime studentium *quinque compilationes extravagantium* in unam reducere inten- » dit, sublatis quibusdam similibus, contrariis et prolixis, resecatis etiam quibusdam superfluis, » adjectis quibusdam decretalibus, quae extra praedicta volumina vagabantur et suis constitutioni- » bus, per quas nonnulla dubia declarantur». Prooem. comment. ej. super decretales Gregorii IX. fol. 1. T. 1. « Quoniam, » ait Bonag., « in antiquis compilationibus erant aequae sententiae inter » iniquas, sicut lilium inter spinas, tribulos et herbas pestiferas, quae hodie sunt resecatae». Joannes Andr. prooem. Novellae super pr. decr. Joannes Andreae eos refellit, qui originem libri decretalium aliam statuerunt: « Et dicunt quidam, quod impulsiva causa hujus compilationis fuit, » quod cum coram Gregorio allegaretur secundo anno sui pontificatus decretalis *coram* de elect. » et non reperiretur in compilatione, quia erat extravagans, ideirco compilationem hanc fieri jus- » sit; sed falsum est, quod decretalis *coram* esset extravagans; erat enim eodem tit. in quarta » compilatione». l. c. Idem refert Ant. a Butrio prooem. ad decretal. f. 3. col. 2. Venetiis ap. Juntas, 1578. T. I. fol. — J. H. Boehmerus affirmans [ad c. 2. de censib. et exact. (5. 39.) c. 15. 21. de jure patronatus (3. 38.) et c. 2. ne praelati V. 4.)], Raymundum collectione codicis casselani usum fuisse, errasse videtur, cum constitutiones, quas integriores, quam in append. conc. lat. exhibentur, Raymundus habet, non ex collectione codicis casselani sed ex Bernardo pap. deprompserit.

6) Concilium lateranense IV. in cap. 6. 7. de electione simpliciter *lateranense IV.* in cap. 1. 2. de sum. trinit. cap. 12. de poenit. et remiss. *generale* nominatur.

7) Cap. 25. de sent. et re judic. (2. 27.) refert sententiam ex L. 63. D. de re judicata (42. 1.) et c. 26. ib. ex L. 27. §. 17. §. 5. et 6. D. de recept. qui arbitr. (4. 8.). Cf. cap. 39. de offic. et potest. judic. deleg. cum L. 17. §. 6. D. de suscept. Modus procedendi initio hujus capitis memoratus paulisper recedit a. L. 16. 1. fin. C. de judic. (3 1.).

Bernardi papiensis ceteris omnibus religiosius premens. Ordinem quinque librorum, et seriem titulorum omnino ex Bernardo sumsit. Initium sumit a titulo *de summa trinitate et fide catholica*, deinde statim ad partes et species juris canonici cum scripti tum non scripti progreditur, quas tribus titulis explicat, *de constitutionibus*, *de rescriptis*, *et de consuetudine.* A quinto deinceps titulo usque ad titulum de pactis agitur de constitutione, qualitate clericorum, ordinationibus, et dignitatibus, ut pars ista prima de personis appellari possit.

Titulus de pactis et qui sequuntur tam primi quam totius secundi libri tractant de judiciis civilibus instituendis, instruendis, et perficiendis, ex qua parte omnem rem judiciariam, quam praxin forensem vulgo nominant, fluxisse scimus. Tertius ac quartus liber de rebus ecclesiasticis singulatim agunt tam de spiritualibus, qualia sunt sacramenta, quam de temporalibus, scilicet de bonis ecclesiasticis, contractibus, testamentis, de ministris, de praebendis aliisque dignitatibus, de jure patronatus, et similibus. Cum beneficia secundum interpretum vulgare proverbium non in personae gratiam, sed propter officia conferantur, priusquam de praebendis tractetur, breviter in quatuor primis libri tertii titulis disseritur, quid requiratur in clericis, qui munere adepto recte et probe perfungantur. Quintus denique liber de criminibus ecclesiasticis agit, de accusatione, de persecutione, instructione ac forma judiciorum criminalium, ultimo de poenis et censuris ecclesiasticis.

Ordo quem nunc ipsum descripsimus, materiae gregorianae collectionis apprime convenire videtur, et ordini justinianei codicis omnino similis est, si ipsius libros tres posteriores exceperis, qui de jure publico tractant, et qui propterea in scholis negligi solebant. Utrum autem Bernardus papiensis, quem Raymundus secutus est, in adornanda sua decretalium compilatione codicem justinianeum prae oculis habuerit, ut vulgaris opinio est, an ipse alium quendam secutus sit, qui eo ordine in jure canonico colligendo usus fuerit, de eo nihil pro certo statuerim, cum nec Bernardus in summae suae prooemio supra citato de eo profiteatur, nec aliud hujus rei testimonium extet.

De consilio, ordine, argumento, et utilitate operis Raymundi

haec habet vetus interpres Vincentii bellovacensis († 1256? 1264 [8]): « Gregorius decretales a praedecessoribus suis compilatas, removen- « do superflua et membranas frustra occupantia decurtavit, injun- « gens super hoc fratri Raymundo poenitentiario suo, ut de compi- « lationibus veteribus constitutiones eliceret meliores in consonan- « tiam luculentam. Et vere in omnibus tam libris, quam titulis et « etiam capitulis ista facta est decisio. Nam cum prius essent quin- « que volumina (*compilationes*), in quibus XXV. distinctiones (*libri*) « habebantur; hodie per gregorianam providentiam ad volumen uni- « cum sunt redacta in quo solummodo quinque distinctiones repe- « riuntur. Decurtavit in titulis, nam cum in veteribus DXX. tituli « comprehenderentur, ad novies viginti sunt redacti. Item in capi- « tulis, sed non multum; nam cum in antiquis bis mille et sexagin- « ta duo essent, ad mille nongenta reducuntur. Quia vero tot com- « pilationes errorem, taedium, confusionem, et juvenibus despera- « tionem frequentissime inducebant, propter hoc facta fuit haec com- « pilatio, quae sufficit ad canonicarum quaestionum decisionem. Di- « viditur opus in quinque partes. In prima tractat de officiis cleri- « corum, et praeparatoriis judiciorum. In secunda de judiciis, et pro- « cessu judiciorum. In tertia de vita et honestate clericorum. In « quarta de matrimonio. In quinta de criminibus et poenis. Qua- « re autem sic ordinentur, haec est ratio. Omne jus, quo utimur, « vel ad personas spectat, vel ad res, vel ad actiones. Ideo primo tra- « ctat de personis; sed quia personae in judicio existentes aliquan- « do causas examinant definiendo, interloquendo, componendo, ideo « in secunda tractat de judiciis. Verum cum duplex sit genus homi- « num, clericorum scilicet et laicorum, quod duobus modis habet « regi, naturali scilicet jure et moribus; vita et honestas clericorum « longe praeminet vitae laicorum: ideo pro tertia parte primo tractat « de vita et honestate clericorum. Sed quia in laicis etiam vita et ho- « nestas habet attendi, quae consistit circa sponsalia et matrimonia, « inde quartus de his intitulatur. Verumtamen cum nec clericus vel « laicus vitam mundanam sine immunditia ducere potest, nec hone-

8) Speculum doctrinale Lib. VII. c. 49. col. 590. sq. Bibliothecae mundi T. II. Duaci, 1624 fol. Ex libro excerptum cui tituls: *Summa de casibus decretalium*

« statem sine dehonestate; propter hoc quintus de vitiis et eorum « poenis habet tractare. Unde versus 9):

« Pars prior officia parat, ecclesiaeque ministros:
« Altera pars testes, et cetera judiciorum.
« Tertia de rebus et vita presbyterorum
« Dat formam; rite nubere quarta docet.
« Ultima de vitiis et poenis tractat eorum 10).

Sed non parum difficultatis hoc testimonium habet. Numerus enim tam titulorum quam capitulorum neque in collectione gregoriana, neque in quinque veteribus compilationibus cum numero isto ab interprete nostro relato concordat. Quinque antiquae compilationes 543 titulos et 1785 capitula comprehendunt, quarum prima 151 tit. et 571 cap., secunda 106 tit. et 319 cap., tertia 123 tit. et 483 cap., quarta 69 tit. et 188 cap., quinta denique 94 titulos et 224 capitula continet. Numerus titulorum collectionis gregorianae secundum recensionem a correctoribus romanis institutam 185 et capitulor. 1974, inter quae 175 a Gregorio IX. profecta. Talem dissensum circa veteres compilationes minus forsan mireris, cum earum accuratiori recensione penitus careamus. Quam maxime vero offendit dissensus iste quoad Gregorii librum decretalium, quem intemeratum ad nos pervenisse credimus. Forsan aliquando lucem huic rei afferre licebit, si quis inter codices manuscriptos adhuc latentes novi aliquid deprehenderit. Tunc etiam forte patebit, quid sibi velit, quod narrat

---

9) Hostiensis paullo aliter versus istos vulgatissimos refert:

» Judex, judicium, clerus, sponsalia, crimen.
» Pars prior officia creat, ecclesiaeque ministros,
» Altera dat testes, at caetera judiciorum.
» Tertia de rebus et vita presbyterorum.
» Nubendi formam dat sponsis quarta decentem.
» Ultima de vitiis et poenis tractat eorum.
» Primus praelatos, et eorum scribit honores.
» Alter judicia, lites, examina juris,
» Tertius ecclesiae res, et quae congrua clero,
» Jura thori quartus dat, conjugiique tenores.
» Quintus delicta, poenas, et pondera vocum».

Prooem. summa. V. *Quis modus agendi.* col. 8 sq.

10) Alius vetus scriptor refert: « Gregorius iste distinxit q uinque volumina decretalium, » et fecit inde unum volumen sub nomine cujuscumque apostolici, et posuit in fine titulorum de » suo ad instar codicis justinianei.» Memoriale potestatum regiensium ap. Muratori script. rer. Ital. T. VIII. col. 1105.

de vetere quodam gregorianae collectionis glossatore vir celeberrimus F. J. G. La Porte du Theil qui non solum decretales quasdam glossavit, quarum nulla vestigia in gregoriana collectione, et in reliquis antiquis compilationibus deprehenderis, sed et titulorum quorundam capitula in longe diverso ordine, quam quae grogoriana collectio exhibet, enumerat [11]).

Titulorum distinctionem recentiorum compilationum auctores ex antecedentibus potissimum sumserunt, ita tamen ut plerique, quibus forte nihil addendum erat, praetermitterentur, in quibusdam rubricae additione unius alteriusve verbi supplerentur, aliquoties etiam novi tituli adderentur. Secunda compilatio novem titulos exhibet qui in Bernardo papiensi desiderantur Lib. I. T. 4. 6. Lib. II. T. 6. 9. 11. 20. Lib. V. T. 11. 19. 21.), tertia undecim (Lib. I. T. 4. 5. 11. 12. Lib, II. T. 3. 9. Lib. III. T. 9. 16. 35. 36. Lib. V. T. 15.), quarta unum tantum (Lib. I. T. 1.). Raymundus vestigia antecessorum premens tres novos titulos adornasse satis habuit (Lib. I. T. 32. Lib. III. T. 44. Lib. V. T. 11.), quorum postremus constitutionem Gregorii IX., reliqui duo capitula quaedam quinque compilationum continent. Duos titulos, quos habent antecedentes collectiones, Raymundus penitus rescidit, titulum videlicet *de sobole suscepta ex secundis nuptiis* in prima compilatione (IV. 15.), et titulum *de officio advocatorum* in secunda compilatione (I. 17.). In titulis tralatitiis modo rubricam, modo ordinem mutavit. Titulum *de juramento calumniae*, qui in veteribus compilationibus, quae huncce exhibent, in libro primo locum habet, in librum secundum (Lib. II. T. 7.) rejecit, titulum *de presbytero non baptizato* in librum tertium (T. 43.), cum in prima ac secunda compilatione in libro quinto positus inveniatur, titulum *de veneratione sanctorum*, qui in secunda compilatione T. 21. libri quinti fuit, itidem in libro tertio collocavit (Tit. 45.), titulum 22. *de suffraganeis* in libro quinto compilationis secundae sub rubricam *de celebratione missarum, et sacramento eucharistiae, et divinis officiis* (lib. III. Tit. 41.) transtulit.

In capitulis adornandis Raymundus ordinem Bernardi maximam partem retinuit: deinde addita, quae in quinque compilationibus in-

---

11) Notices et extraits des manuscripts. T. IV. p. 128 sq.

venerat ut singuli fere tituli singularum compilationum in singulos gregorianos titulos integri transierint. Nonnunquam Raymundus ad exemplum Bernardi ex quibusvis titulis compilationum capitula conquisivit, quia compilatores materiam haud apte distribuisse videbantur. Capitula quae opinionibus interpretum refragabantur, vel ad unam eandemque quaestionem pertinebant, vel recentioris aevi constitutionibus abrogata fuerant, omnino remota: omissae etiam leges saeculares, quas paucas in prima et quinta compilatione recepta videmus, secundum glossae regulam: „ causae ecclesiarum per constitutiones laicorum definiri non debent [12]„. Quapropter Andreas de Isernia, ob celebritatem sui nominis vulgo *evangelista ICtorum* vel *auriga in feudis* nuncupatus, glossatoribus non immerito irascitur in glossis ad constitutiones *de administrationibus rerum ecclesiasticarum post mortem praelatorum*, quas rex Guilielmus edidit, cujus benevolentiam ac munificentiam erga ecclesiam ipse s. p. Alex. III. laudat [13]), quaeque quamvis in corpus constitutionum Siciliarum transiissent, tamen a Raymundo non receptae sunt. „ Tempore regis Guilielmi," ait Andreas, „ qui condidit legem istam, non erat compilatum volumen decretalium. Et quamvis utiliter statuat pro ecclesiis, tamen canonistae non recipiunt leges principum secularium, etiamsi pro eis condantur, quia nolunt, ut ponant falcem in messem alienam [14]".) In recipiendis vel reprobandis capitulis nimis religiose veteres compilationum interpretes secutus fuisse videtur Raymundus, qua ex causa evenisse crediderim, ut nonnunquam adulterina genuinis admiscuerit, atque obsoleta, juri novo decretalium parum convenientia inseruerit: veterum interpretum commentationibus motus, qui ingeniosis interpretationibus antiquiora cum novo jure conciliare statuerant. Etenim ex Bernardo papiensi non solum quaelibet gratianea, sed et Gratiani paleas, et vilem pseudo-

12) Ad I. 2. c. 10. Coll. greg. et III. 9. c. 1. in sexto.

13) Cf. V. 14. c. 3. Compil. primae. cf. p. Giannone istoria civile del regno di Napoli. Lib. XII. c. 5. p. 135—143. T. III. Italia (Firenze), 1821. 8. Carlo Pecchia storia del origine, e dello stato antico, e moderno della gran corte della Vicaria; Napoli, 1777. 4. T. I. Lib. II. c. 19., 27. c. 2. p. 198. 241 sq. N. Vivenzio dell' istoria del regno di Napoli, e suo governo p. 164 sq. Napoli, 1816. 4.

14) Constitutionum regni Siciliarum libri III. cum commentariis veterum ICtorum. Accedit nunc primum Dominici Alfeni Varii JC. Commentarius ad Friderici II. imp. et regis constitutionum de rebus non alienandis ecclesiis. Neapoli, 1773 fol. T. I. p. 390. ab lib. III. T. 31.

isidorianam mercem recepit. Certe et ipse sicuti Bernardus papiensis in animo habuit, ut vinculum inter vetus ss. canonum ac novum constitutionum decretalium jus aliquatenus retineret. Capitula enim, paucissimis exceptis, in quibus tamen nonnunquam errores a veteribus receptos conspici fas est, secundum annorum seriem ita distributa sunt, ut capitula posteriorum pontificum capitula praedecessorum excipiant. Capitulis ex sacra scriptura et ex sanctis patribus desumtis, sicut canonibus conciliorum priorum ecclesiae saeculorum locum primum, constitutionibus Gregorii IX. quas inseruit, locum ultimum assignavit.

Epistolas decretales pontificum secundum compilatorum consuetudinem et ipsius Gregorii mandatum Raymundus valdo decurtavit, earum parte decisa, plerumque resecta, vel in plures partes discerpsit, eas stilo curiae, quem forensem dicunt, adaptans. Ex prima compilatione novem constitutiones discerpsit, earumque partes sub varias rubricas redegit (I. 24. c. 2. I. 34. c. 2. *III.* 39. *c.* 10. III. 33. c. 23. *III.* 38. *c.* 19. *III.* 24. *c.* 4. III. 37. c. 6. *III.* 50. *c.* 5. *III.* 1. *c.* 7. IV. 1. c. 4. *IV.* 1. c. 5. *IV.* 5. c. 3. IV. 1. c. 5. *IV.* 1. *c.* 6. *IV.* 16. *c.* 3. IV. 3. c. 3. *IV.* 3. *c.* 2. *IV.* 17. *c.* 9. V. 1. c. 12. *V.* 1. c. 10. *V.* 34. *c.* 7. V. 2. c. 15. *V.* 3. *c.* 16. *III.* 39. *c.* 12. V. 5. c. 5. *V.* 6. *c.* 5. *II.* 20. *c.* 21.), ex secunda compilatione unam (II. 5. c. 3. *II.* 9. *c.* 3. *V.* 38. *c.* 6.) ex tertia sex (III. 14. c. 2. *III.* 17. *c.* 6. *II.* 20. *c.* 42. III. 24. c. 2. *III.* 31. *c.* 16. *III.* 32. *c.* 13. III. 28. c. 2. *III.* 36. *c.* 6. *V.* 37. *c.* 7. V. 1. c. 3. *II.* 21. *c.* 8. *V.* 37. *c.* 8. *V,* 1. *c.* 16. V. 1. c. 4. *V.* 1. *c.* 17. *II.* 1. *c.* 17. V. 9. c. un. *III.* 5. *c.* 24. *V.* 17. *c.* 7.), denique ex quarta itidem unam (1. 4. c. un. *I.* 8. *c.* 6. *III.* 40. *c.* 5.). Extravagantium, quas recepit, glossatores tres prae primis adnotant: „ quas videbitis infra de serv. non ordi. *miramur.* (I. 18. c. 7.) et de „ bigamis *a nobis* (I. 21. c. 7.) et de purgatione can. 6. ult. (V. 34. „ c. 16.) et sic de aliis [15]". Eam ob causam Raymundum Innocentii regesta consuluisse divinarim, ita ut ex hisce capitula vel integra (III. 34. c. 10. ex Lib. XVI. ep 93.) reciperet vel partes redintegraret, quas veteres compilatores ceu superfluas resecuerant. Quod factum esse videmus V. 6. c. 14.. quod ex libri XV. ep. 118. integrius exhibe-

15) Hostiensis et Joannes Andreä in prooemio.

tur, cum auctor compilationis quartae unum tantum capitulum ex eadem epistola depromserat; porro IV. 14.c. 6. redintegratum ex Lib. XVI. ep. 118., quae eidem compilatori tria capitula praebuerat (I. 10. c. un. V. 12. c. 5. V. 15. c. 1.), nisi velis augurari capitula ista in codd. mss. anteriorum compilationum infortunio quodam excidisse. Unde v. 33. c. 9. depromtum sit, erui non potest. Constitutiones gregorianae ex ipsius pontificis recensione integrae insertae fuisse videntur.

Ut eo melius Raymundi compilandi rationem perspectam habeamus, alteram tabulam synopticam adornavi, quae analysin gregorianae collectionis exhiberet, ejusque cum anterioribus quinque compilationibus collationem ante oculos sisteret. Proinde sex columnas institui, quarum ultima ad gregorianam collectionem pertinet, et singula ejus capitula sicco ordine recenset: ceterae columnae priores quinque compilationes spectant, et singula capitula capitulis gregorianae compilationis respondentia exhibent. Titulorum rubricas ex gregoriana collectione dedi additis per parenthesin variantibus, quae apud antiquiores compilationes in titulorum inscriptionibus constituendis deprehenduntur. In singulis columnis linea prima librum et titulum numeris designat, ita ut signo romano liber, signo arabico titulus notetur: additur numerus capitulorum in hoc titulo contentorum (e. gr. c. 1—7.). Si tamen aliquando titulus raymundinus in una aut pluribus aut omnibus anterioribus compilationibus deest, id per notulam C.(essat) h.(ic) T.(itulus) indicatum videbis. Porro in col. 1—5. singula capitula recensentur, additis numeris uncis inclusis, qui ad singula capitula gregorianae collectionis, quibus respondent, lectorem remittunt. E. gr. 1. (6) significat, cap. 1. hujus compilationis in gregoriana collectione cap. 6. ejusdem tituli constituere. Si quando capitulum in alium titulum gregorianae collectionis translatum est, triplicem numerum uncis inclusum invenies (e. gr. V. 10. c. 26.): nimirum ut non solum capitulum, sed etiam titulus designetur. Si quod capitulum a Raymundo omissum est, id per sigla *d.* (vel si plura sunt) *des.* notavi. Inserui etiam, quae Raymundus praeter ordinem ex anterioribus collectionibus in suam transtulit: quo factum est, ut continua titulorum series in columnis, quae ad anteriores collectiones pertinent, saepissime interrupta sit. Hasce allegationes capitulorum in novum ordinem translatorum notula cf. (i. e.

conferatur) insignitas invenies. In sexta columna distinxi capitula a prioribus compilationibus translata (e. g. *tralat.* 1—3.) a capitulis a Raymundo recens adjectis (e. g. *addit.* 4—6.).

Tres annos in opere conficiendo consumsit Raymundus. Gregorius porro non cunctatus est, quin novum huncce codicem publicaret. Denique litteras nonis septembribus a. 1234. Spoleti datas ad universos scholares bononienses direxit, ut scilicet decretalium compilationes quascunque hucusque adhibitas antiquaret, novumque codicem tam in judiciis servari, quam in scholis explicari juberet. Ait enim pontifex: „ *Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis, bononiae commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Rex pacificus pia miseratione disposuit, sibi subditos fore pudicos, pacificos et modestos, sed effrenata cupiditas sui prodiga, pacis aemula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut nisi justitia conatus ejus sua justitia reprimeret, et quaestiones ipsius implicitas explicaret, jus humani foederis litigatorum abusus extingueret, et dato libello repudii, concordia extra mundi terminos exularet. Ideoque lex prodiit, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non laedat, jus suum cuique tribuat, informatur. Sane diversas constitutiones et decretales praedecessorum nostrorum in diversa sparsas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, et quaedam propter contrarietatem, nonnullae etiam propter sui prolixitatem confusionem inducere videbantur, aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta, quae tanquam incertae frequenter in judiciis vacillabant, ad communem et maxime studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum capellanum et poenitentiarium nostrum in unum volumen, resecatis superfluis providimus redigendas: adjicientes constitutiones nostras, et decretales epistolas, per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in judiciis et in scholis, districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae speciali. *Datum Spoletis nonis septembris pontificatus nostri anno octavo* [16]".

16) Ap. Ant. Bremond bullarium ordinis ff. praedicatorum. T. I. p. 68. Inter Gregorii IX.

Praeterea parisiensibus compilationem a Raymundo confectam transmisit papa. In quo notandum, sanctionem compilationis, uti eam exhibet archetypum vaticanum., sicut jam Raynaldus observavit [17], de solis parisiensibus loqui, et in aliis etiam exemplaribus loco Bononiae legi Parisiis, ut in vaticano habetur, aut Bononiae et Parisiis. Nihilominus dubitari non potest, quin gregoriana compilatio extemplo ad bononienses quoque transmissa sit. Hostiensis, commentans in sanctionem ad bononienses directam, ad verbum *Bononiae* sic notat: „ Alias parisiis: Utrobique fuit missa compilatio propter „ communius studium: non autem in villis vel castris ut infra de „ clericis non resid. *Tuae* (III. 4. c. 12.) et sic videtur, quod alibi „ studentes non teneantur eam recipere, quia rescripta non extenduntur, nisi ad illas personas, quae ibi continentur; sed dic „ quod omnes includit, nec enim debet singulorum auribus intimari, et constitutio principis post duos menses, ex quo publicata „ est, omnes astringit. Salutatio autem non extenditur nisi ad bononienses. *Commorantibus*) forsan melius dixisset studentibus, sed „ voluit nominare pluralitatem et quae frequentius accidunt; plures „ enim commorantes sunt quam studentes, quos curialiter tacite reprehendit, quia melius facerent, si se inanibus sumtibus non vexarent. Nec enim Bononiae fuisse, sed bene vixisse et studiose, „ laudabile est„. Denique verisimile non est, Gregorium IX. in eo substitisse, ut novum codicem ad bononienses atque parisienses transmitteret: cujus rei testis est Joannes Andraea, in cujus commentario ad constitutionem supra citatam sic legimus: "dic, quod „ plura exempla hujus compilationis ad solemnia studia missa fuerunt„. Porro pro testimonio est, quod extat similis epistola Gregorii cum inscriptione: *Dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis* [18]. " Assentiunt historicorum ejus aevi narrationes, veluti Matthaei parisiensis, qui sic loquitur: " his quoque temporibus Gregorius papa IX. videns decretalium taediosam prolixitatem, sub quo-

---

Bullas nr. CX. ex Regest. Lib. VIII. ap. 218. Epistola alias vulgatissima, quippe recensionibus decretalium Gregorii IX. vulgo praemissa.

17) Ad. a. 1234. nr. 26. p. 458. cf. Bremond. l. c. not.

18) Sonomen. pistor. ad. 1230. ap. J. M. Tartini ss. rer. Ital. T. I. col. 104. Florentiae, 1748. fol.

„ dam compendio eas eleganter abbreviatas et collectas, solemniter „ et authentice per totius mundi latitudinem legi praecepit et divul- „ gari. Illas autem ab auctore ipsarum gregorianas appellamus, sic „ incipientes: *rex pacificus* [19]),„. Prorsus itaque rejicienda videtur opinio Alexandri Macchiavelli, qui Gregorium anno demum insequente per archidiaconum Octavianum Ubaldinum, Tancredi interea vita defuncti successorem, compilationem Bononiae publicasse dicit, provocans ad *vetustissimum kalendarium archigymnasii*, quod jam pridem ad fabulas ablegatum est [20]).

Disquirendum porro est, quis Bononiae ex mandato pontificis compilationem publicaverit. Tancredi nullibi quidem mentio fit: sed si quis dixerit, id fieri non potuisse, quia Tancredus eo tempore inter vivos esse desierit, uti plerique opinantur, is in evidenti errore versabitur. Nam supra vidimus, Tancredum ipsius Gregorii IX. constitutiones in corpore decretalium receptas sub nomine *novarum decretalium* in libro laudato de ordine judiciario citasse. Ipse porro in glossis ad Bernardum papiensem V. 10. c. 2. animadvertit: " hoc „ hodie non tenet, quam ob rem hujus capitis Raim. non habuit ra- „ tionem„. Exinde luculenter patet, Tancredum post publicatam Gregorii compilationem inter vivos adhuc fuisse. Sed anno jam 1235. archidiaconatu, atque perinde forsan munere docendi se abdicaverat, fortasse ut studiis inturbato otio incumberet. Quod ad Octavianum Ubaldinum spectat, qui Tancredo in archidiaconatu successor datus est, id tantum ex tabulis ecclesiae bononiensis constat, eum hoc munere idibus maji anno 1236. functum jam esse; accuratior autem temporis determinatio, quo ad archidiaconatum pervenerit, unde sumi debeat, nescimus: adeo ut etiam in incerto relinqui debeat, an ab eodem gregoriana collectio Bononiae promulgata sit. Forsitan neque per Tancredum neque per Octavianum, sed per alium quendam studii generalis antistitem promulgatio facta est.

Compilatio Gregorii apud veteres interpretes varia nomina accepit, de quibus Hostiensis accuratius quamceteri tradit: " et qui- „ dem diversimode potest n. vocari liber. *Extravagantium*, quia

---

19) Matthaeus paris. histor. major. ad 1235. p. 352. ed Wats. Lond. 1686. fol.

20) Ad. C. Sigonii historia bonon. Lib. V. col. 258. opp. T. III. ed. Ph. Argellati Mediolani, 1733 fol.

„ ea, quae extra corpus decretorum seu decretalium vagabantur, in „ eo continentur. Vel potest dici *pentateuchus*, quia in se conti- „ net quinque libros. Vel *compilatio nova*. Vel *codex gregorianus*, „ ab auctore suo, sicut dicitur justinianeus, quia omnia nostra „ facimus, quilibet n. liber codex potest vocari, communis tamen „ et magis proprie vocatur *decretalium*, quia quae ab apostolicis „ et sanctis patribus decreta, seu sancita sunt, in eo continentur, „ ut in ipso patebit: vel quia major pars ipsius libri in decretali- „ bus epistolis consistit [21]) „. Diversimode etiam veteres interpretes librum decretalium allegant, titulo allegato voculam *extra* plerumque praeponentes. E. gr. *extra* de judiciis c. *venerabilis frater noster* (II. 1. c. 20.). Cum vero hac ratione quinque veteres compilationes adjecto tantum numero compilationis allegare consueverunt, interpretes in allegânda gregoriana compilatione plerumque voculam *extra* cum *infra* commutarunt, quam citandi rationem uterque Bernardus, parmensis et compostellanus junior, hostiensis, Sinibaldus Fliscus, Joannes Andreae, Bartolus de Saxoferato, Baldus ac Petrus de Anchorano retinuerunt, Tancredo, Raymundo et G. Durando speculatore priorem modum retinentibus. Paullo serius utramque allegandi rationem interpretes rejecerunt, satis habentes, titulum et caput in allegatione determinare, voculamque *extra* vel *infra* omittentes: in eo tamen variant, quod capitis determinationem titulo modo praeponant, modo postponant. Audiamus Franciscum Zabarellam de hac re loquentem. "Sexto quaero „ ait, "in eo quod olim „ allegabantur decretales praeponendo verbum *extra*; an hoc hodie „ servari debeat. Petr. et Abb. quod sic, quia sunt extra volumen „ decretorum. Dicunt tamen, quod licet olim aliae compilationes „ dicerentur *extra*, quia vagabantur, non sic debet dici hic pro „ hoc ultimo: quia non vagantur amplius, cum sint in hoc volu- „ mine authentico. Item quoad primum dic, quod, cum haec com- „ pilatio sit distincta a volumine decretorum, et sit volumen au- „ thenticum de per se debent hodie allegari decretales in ea con- „ tentae, non praemittendo *extra*, et sic allegant periti canoni- „ stae [22]) „. Unde patet, voculam *extra* in allegationibus decreta-

---

21) Summae prooem. V. *Quo nomine nuncupetur.*

22) Prooem. super decretal. fol. 7. col. 4. Apud Juntas Venetiis fol. T. I.

lium omnino abundare, neque satis bona ratione defendi posse, si nostris temporibus gregorianam collectionem littera X designamus, cum ista sigla ex depravatione voculae *extra* enata sit.

Raymundianam decretalium recensionem haud omnibus numeris absolutam esse, satis evidens est. Ipse hostiensis, utut affirmet, " in „ prato gregoriano nihil debet esse spinosum vel contrarium vel si- „ militudinarium „ mox subjungit: " sed certe multa similia reman- „ serunt, sine quibus poterat coena duci„. Denique post celeberrimum Augustinum viri omnigenae eruditionis et limatissimi judicii in detegendis Raymundi mendis versati sunt. Merito reprehenditur, quod nonnunquam verborum rescissione vel omissione constitutionis pontificiae sensum vel summopere obscurum vel plane alium reddidit [23]). Responsum Honorii III. ad parisiense capitulum datum c. *cum consuetudinis* (de consuetudine I. 4. 9.) a Raymundo hoc sensu refertur, quasi capitulum sine consensu episcopi novas constitutiones condere prorsus prohibeatur. Ast in genuina Honorii epistola, quam in quinta collectione cap. 1. eod. titulo (I. 3.) invenire licet, pro verbis a Raymundo relatis: " Si quas forte (constitutiones) fecistis, irritas de- „ cernentes „ legimus, " irritas decernentes (novas constitutiones), „ si quas forte fecistis *in ipsius episcopi praejudicium*, postquam „ est regimen parisiensis ecclesiae adeptus„. Ex responso Alexandri III. abbati s. Petro dato (II. 28. c. 3.), quod Raymundus affert, conjicere licet, jure canonico prorsus inhibitas esse appellationes, quandocunque superiores subditos suos inflictis poenis corrigere volunt. Verum integra decretalis, quae extat in prima compilatione (II. 20. c. 3.), casum respicit, si abbas juxta ipsum regulae praeceptum aut ordinis institutionem subditos corrigere intendit. Porro cap. 2. de judiciis (II. 1.) in locum verborum *archiepiscopi* et *maxime de illis* restituenda sunt verba *archidiaconi* et *vel de iis*, ut genuinus decretalis sensus, quae apud Bernardum P. (II. 1. 2.) invenitur eluceat. In cap. 6. de probationibus (II. 19.) supplenda sunt verba: *nec de unius testimonium tantum curandum est* ex integra decretali in

---

23) Inde ludibrii materiam desumtam esse videmus: « Raymundus, vir religiosus et valde » literatus, oriundus de Cathalonia, ubi non datur actio ex promisso, teneri tamen debet Cathe- » lanus, qui variis promissionibus et inutilibus invitationibus detinet viatorem saltem de dolo. Ca- » ve tibi ergo a Cathelanis». Joannes Andr. prooem. Nov. 1. e.

secunda compilatione (II. 11. c. 4.), ut concilietur cum cap. 26. de testibus (II. 20.) In eo etiam peccavit Raymuudus, quod saepenumero, cum ex summi pontificis mandato superflua resecare vellet, pleraque velut inutilia resecuit, quae tamen ad sensum epistolae recte intelligendum omnino desiderantur. Ita saepius decretales ex antiquis compilationibus recipere neglexit, quae cum alia decretali vel praecedente vel subsequente, quam receptam videmus, tam arcte cohaerent, ut genuinus sensus erui nequeat, nisi junctim consideraverit. Omisit etiam plerumque modo facti narrationem, modo decisionum momenta, satis habens, nudam pontificis sententiam retulisse. Ita sensus obscurus cap. 3. de constitutionibus (I. 2.), quod desumtum est ex cap. 4. ej. tit. in prima compilatione (I. 1.), planus demum redditur, si perlegeris cap. 3. et 5. in prima compilatione, a Raymundo omissa. Notissima est lis summo quondam fervore in schola et in foro agitata, utrum legatum rei alienae valeat secundum jus canonicum, cui occasionem dedit cap. 5. de testamentis, quo leges civiles, ad quas pontifex, auctor capitis illius, provocat (sine dubio L. 10. C. de Legat. VI. 37.), improbare videtur. Ipse Baldus genuinum sensum hujus capitis se ignorare fatetur, qui tamen facile eruitur, si integram Gregorii m. decretalem inspexeris [24]). Est etiam vexatissima quaestio, num jure canonico institutio haeredis conferri possit in arbitrium tertii, enata ex cap. 13. de testamentis. Omnis difficultas tollitur, dummodo integra Innocentii III. epistola evolvatur, quam post summos interpretes, Cujacium, Altcserram, aliosque, Chr. Fr. Harpprecht [25]) doctissime interpretatus est. Difficultates, quibus cap. 6., qui filii sint legitimi (IV. 17.), obnoxium est, integra decretalis Alexandri III. in compilatione prima, vel ut H. C. Eckard [26]) probe admonet, in appendice ad C. L. P. 33. c. 1. propellit. Saepenumero Raymundus decretalem epistolam in duas aut tres partes discerptam diversis sub titulis collocavit, quae nisi integra legatur, recte intelligi non potest: adeo ut nonnunquam sensus

---

24) Liber. VIII. cap. 3. p. 6. ed. venet. 1770. T. VIII. 4.

25) Dissert. De eo, qui ultimam voluntatem in test. arbitrium committit: seu observ. ad cap. XIII. de testm. Tub. 1749. 4.

26) Hermeneutica juris cap. IX. 327. p. 265.

decretalis plane alius vel saltem obscurus sit. Evenit etiam, ut Raymundus cum antiquiores constitutiones recentiori juri accomodare vellet, et interpolationes suas admisceret, canoni vel decretali alienum omnino sensum affingeret, vel saltem genuinum obscurum redderet. Non raro errores anteriorum compilationum in novam collectionem transtulit Raymundus, ita ut non solum saepius reciperet, quae rejicienda erant, sed etiam ss. patribus aliisque ecclesiasticis auctoribus, conciliis antiquis, et pontificibus adscriberet quae illorum non sunt.



CAPUT IV.

De emendatiore decretalium pontificum recensione consilium.

Sed mittamus hanc mendorum recensionem, in opere multis numeris laudando satis invidiosam: non enim probandam censeo J. W. Streckii acrimoniam, qui nimis acerbe levissima quaeque menda sectatus est, ut Raymundum opprobria in eum cumulando obrueret [1]). Acquiores judices fuerunt summi viri Ant. Augustinus, Ant. Contius, Jac. Cujacius, Car. Labbeus, Ant. Dav. Alteserra, Franc. Florens, Innoc. Cironius, Petr. Gibertus, Bern. Espenius, uterque Rieggerus, Georg. Zallweinius, et qui omnium doctissime et elegantissime commentaria perpetua conscripsit Gonzalez Tellez hispanus. Inter editores corporis juris canonici celeberrimus Antonius Contius primus fuit, qui decretalium partes a Raymundo resectas in editione corporis juris canonici ab ipso parata [2]) capitulis subjecit, quod iram Ant. Augustini aliorumque excitavit [3]), plurimorum autem laudem ei comparavit. Porro correctores romani, et subsequentes corporis juris editores, praeprimis fratres Pithoei et Just. Henning. Boehmerus de Raymundi compilatione bene meruerunt. Nihilominus multa adhuc fieri necesse est, ut Raymundi opus mendis his purgatum et subsidiis criticis illustratum prodeat. Imprimis curanda est accuratior recensio quinque compilationum veterum. Porro diligentissimam et exactissimam curam desiderant compilationes Bernardi papiensis et Joannis wallensis. Neque negligenda est appendix ad conc. lat. et collectio codicis Callesani [4]). Jam veteres interpretes ad cruendum genuinum sensum decretalium, quae in col-

---

1) De interpolationibus Raymundi de Pennafort decretalium compilatoris commentariolum. Lipsiae, 1754. 4.

2) Antwerp. 1570. 3. volum. 8. J. H. Boehmerus partes has textui inseruit, ut sine interruptione legi possint.

3) Augustinus in praef. praemiss. antiquis decretal. compilat. De hac lite vide J. H. Boehmerus in dissert. de decretalium pontificum rom variis collectionibus et fortuna. T. II. ed. corp. j. praemiss. §. 15. not. p. XXVIII. XXIX.

4) Appendicem minime spernendam esse, plura exempla demonstrant, ubi ex ea genuina inscriptio restitui potest. Cf. Car. Fr. Wenck: magister vacarius primus juris romani in anglia

lectione Gregorii IX. continentur, antiquas istas decretalium compilationes, e quibus gregoriana confecta fuit, consulere soliti sunt. Bernardus parmensis, glossator 5), omnium frequentissime antiquis compilationibus in casibus suis super quinque libros decretalium,

---

professor. Lips. 1820. 8. p. 41 sq. Ita ad c. 2. de clerico aegrotante (III. 6.) prima compilatio exhibet inscriptionem: *Eugenius P. Jocell. archiepiscopo*, appendix: *Item Eugenius. P. primus Sarensi episcopo* (P. 26. c. 15.); cod. Cass. autem: *Item Eugenius Quellensi archiepiscopo* (T. 21. c. 21.). Raymundus Eugenii nomen tantum exhibet (III. 6. c. 2.) Quaenam igitur genuina lectio? Quis iste archiepiscopus Quellensis? Aliquis forte putaverit, Eugenium decretalem ad Episcopum quinque-ecclesiensem misisse: sed celeberr. J. Kollar (Historia Episcop. quinque-eccles. Posonii, 1782—96. Tomi IV. 4.) nullius epistolae hujus argumenti ab Eugenio ad episcopum hujus sedis transmissae mentionem facit. Veram lectionem utique appendix suppeditat. Tria capitula in appendice. P. 26. c. 22. 24. partes unius decretalis esse dignoscuntur, quae incipit *presbyterum*. Cum autem secundum capitulum (P. 26. c. 23.) in compilatione prima inscriptionem Alexandri III. cum indiculo *pars. c. presbyterum* exhibeat, totam decretalem cum ipsis tribus discerptis partibus Alexandro III. vindicaverim, quam hicce pontifex Jocellino, episcopo Sarensi, transmiserat: extat enim Alexandri III. epistola *Canonicis fratribus et monachis in Episcopatu Sarensi ecclesias habentibus* transmissa (Appendix P. 47. c. 6.), in qua speciatim *Jocell.* hujus sedis Episcopi mentio fit. Porro inter epistolas S. Thomae Becket, cui ex intimis Jocellinus fuit (Radulphus de Diceto de Archiepiscopis Cantuar. ap. H. Wharton Angl. Sacra T. II. p. 690. sq. 700. Londini, 1691. fol.), altera epistola Alexandri III. ad eundem Jocellinum episcopum Sarensem deprehenditur (Lib. I. ep. 107. p. 123. inter opera Ch. Lupi T. X. Venetiis, 1728. fol.). Tertia Alexandri epistola ad Jocell. Sarens. extat in codice ms. epistolarum Thomae, quae, utrum eadem atque nostra impressa an anecdota sit, nescio (Cod. 215. nr. 3. bibliothecae Harlejanae Londini.). Inscriptio Bernardi Pap. « *Jocell. archiepiscopo* » imperitia scribarum ex inscriptione « *Sar. episcopo* » originem traxisse videtur. Mirari licet, inter auctores, qui brevia ss. conciliorum et epistolarum decretalium compendia conscripserunt, quae *Summae* vulgo nuncupantur, nullam appendicis nostrae rationem habuisse. Consului quippe Bartholomaei Carranzae y Miranda, monachi Dominicani et archiepiscopi toletani (1557 † 1576), viri de patria et ecclesia meritissimi, librum cui titulus Summa Conciliorum, cujus libri innumerabiles editiones extant: Venetiis, 1546. Antwerpiae, 1556. 1564. 1576. Venetiis, 1583. 1587. Salamanticae, 1551. Duacae, 1659. 1679. Lovanii, 1681. Colon. Agripp. 1701. cf. Nic. Antonii Bibliotheca Hispana nova. Matriti, 1763. T. I. p. 189—192 fol. J. Cabassutius notitia ecclesiastica historiarum conciliorum at canonum invicem collatorum p. 459 sq. Colon. Agr. 1725 fol., item Lud. Bail (Summa conciliorum omnium ordinata, aucta, illustrata ex Merlini, Joverii, Baronii, Binii, Coriolani, Sirmondi aliorumque collectionibus ac manuscriptis aliquot Patavii, 1701 fol. T. I. p. 405 sq. ibique in editione a. 1723 recusa), deinde librum plurimi aestimatum, cui titulus: delectus actorum ecclesiae universalis, seu nova summa conciliorum, epistolarum, decretorum ss. pontificum, capitularium etc. quibus ecclesiae fides et disciplina niti solent (Lugduni, 1738 fol. T. I. col. 1212—1248. T. II. col. 3070—3074), denique Pet. Annatum (Apparatus ad positivam theologiam methodus Lib. V. Art. 12. p. 98—103. Venetiis, 1735. 4. Liber saepius recusus Venetiis, 1745. Herbipolae, 1750. Bambergae, 1755. Francof. ad M., 1765. 4.). Valde errant autem viri docti, qui statuunt, historiographos coaevos anglos canones singulos concilii Lateran. III. enarrantes (Guilielm. Neubrigensis de reb. anglicis Lib. III. c. 3. p. 261. 279. Parisiis, 1610. 8., Rogerus de Hovedem. annal. pars prior p. 580—582. ap. H. Savile. Rer. anglicar. ss. post Bedam Francof. 1601. fol. Gervasius Dorobern. Chron. col. 1446—1456. ap. Twysden historiae angl. script. decem Londini, 1652 fol. Radulphus de Diceto Ymagines col. 585 sq. ibi et Matthaeus Parisius historia major p. 114. ed. W. Wats.) Appendicem ad c. L. subintellexisse. Salmon Traité de l'étude des concils p. 479.

5) Enarrationem Glossatorum super compilationes hic missam fecimus, alio loco de iis disserturi.

quos longos nuncupat, usus est, abscissam capitulorum partem, quam alias speciem facti nominamus, inde repetens atque supplens. Vincentius, vetus interpres [6]), Hostiensis, Joannes Andreae, Antonius de Butrio, Franciscus Zabarella, cardinalis Florentinus et Nicolaus Tudeschius archiepiscopus panormitanus, vulgo abbas siculus dictus, provocarunt omnes ad antiquas compilationes, confessique sunt, ex iis saepe unice auxilium petendum esse. Cum tamen et antiquae compilationes mendis quam plurimis, ut annotavimus, laborent, atque nonnunquam decretales falsas et suppositas, mutilas, et depravatas exhibeant, recurrendum est ad fontes originales et primaevos, ad genuina romanorum pontificum regesta. Jam Innocentius IV., antea Sinibaldus Fliscus celeberrimus ICtus, cujus commentarii in libros decretalium tam praeclari videbantur, ut *monarcha juris legumque*, *lumen fulgidissimum decretorum*, *canonistarum dominus*, quin et *pater atque organon veritatis* dictus fuerit, ex regestis archetypis pleraque sumenda esse censuit [7]). Dolendum igitur summopere est, ea plurimam partem sive in archivis vaticanis, aliarumque ecclesiarum, sive in bibliothecarum scriniis latere: quae ut aliquando excutere mihi liceat, in votis habeo. Catalogi manuscriptorum codicum, quas perscrutatus sum, thesaurorum eruendorum spem maximopere fovent. In Anglia praesertim Alexandri III. epistolae latere videntur. Angliam enim romani pontifices ex eo tempore, quo Thomas Becket cantuar. archiepiscopus, pro defenden-

---

6) « Non intendit Gregorius tollere nisi ordinem scripturarum praeteritarum, et pluralitatem corporum in unum corpus redigere vult, singulas partes vel capitula locis congruis inserendo. Dixit etiam, quod si dubitatur de decretali hic contenta, qualiter intelligi debeat, partem resecatam inducere possumus; quod verum est, si sit remota, quia superflua vel prolixa, non quia juri contraria. Factio (*Decretalium compilationum*) non allegatio prohibetur.» Ap. Joannem Andr. Prooem. nov. fol. 5. col. 3.

7) « .... Quas ut facilius intelligere possitis, quasdam glossas apposuimus, sicut ex diffinitionibus quotidie et continue apud sedem apostolicam emergentibus ac etiam ex necessitate text. quarundam decretalium corruptarum in registro ejusdem sedis, vigilanti studio inquisitarum plenius colligi potuerunt, cujus text. corruptio et veritas, ad ejusdem loca transmittuntur per ordinem annotata. Istae sunt decretales, quae corruptae erant, et sunt secundum veram literam emendatae .... » (P. 6. c. 23. 29. I. 31. c. 7. II. 28. c. 61. III. 4. c. 11. III. 5. c. 22.) Innocentii IV. pont. max. in quinque libros decretalium commentaria absolutissima. Francof. ad Moen. 1579 fol. Prooem. p. 1. Hostiensis duas pariter ex regestis ab eodem pontifice restitutas decretales adnotat. III. 3. c. 35. II. 27. c. 13. Harum constitutionum decretalium quarta. Can. 48. Concil. Lateran. IV. a, 1215. (Mansi T. XXII. col. 1035.) septima epistola Gregorii IX. deprehenditur, reliquae epistolae Innocentii III. sunt. Hostiensis Prooemium fol. II.

dis juribus ecclesiae mortem martyrii subierat (28. Decemb. 1170.), prae ceteris terris dilexerunt. Alexander III. ad praesules diversarum regionum Angliae epistolas suas decretales maximam partem transmiserat, eumque ipsius successores secuti sunt, ut auctoritas atque primatus ecclesiae romanae ibi stabiliretur. Inter epistolas, quae de rebus Thomae in quinque libris extant, quarum collector Joannes Sarisberiensis vulgo habetur, plurimae epistolae Alexandri III. inveniuntur [8]. Codices peculiares epistolarum Alexandri hi habentur: biblioth. cottonianae cod. XIII. nr. 2. 3. et 4. E. sub titulo: *concilium turonense, concilium lateranense sub Alexandro III. p. celebratum anno* 1180. *Epistola Alexandri III. p., sex libris comprehensae, in quibus quam plurimae ad quosdam archiepiscopos, episcopos et abbates Angliae etc. etc. habentur. Inseruntnr epistolae Lucii III. Gregorii VIII. aliorumque paparum.* Ejusd. biblioth. codex IV. 5. sub Claudio: *Alexandri III. p. epistolae ad archiepiscopos cant. et eborac. epicopos oxoniensem et wigorniensem, de variis rebus jure canonico non decisis, de quibus erat consultus.* p. 37. Cod. mss. Thomae Bodleji nr. 2452. ap. Bernard. T. I. P. I. p. 126. *Epistolae decretales circiter* 180 *maxime Alexandri p. III. ad diversos Angliae, praeser-*

---

8) Christianus Lupus ex codice vaticano epistolas S. Thomae primum divulgavit l. c. Perplures Alexandri III. epistolae hic insertae inter epistolas Alexandri in collectionibus conciliorum excusas deprehenduntur. Liceat epistolas indicare, quae sibi vicissim respondent: Epist. 5. *Lib. I. ep.* 17. Ep. 6. *Lib. I. ep.* 91. Ep. 7. *Lib. I. ep.* 26. Ep. 8. *Lib. I. ep.* 4. Ep. 9. *Lib. I. ep.* 43. Ep. 10. *Lib. I. ep.* 42. Ep. 11. *Lib. I. ep.* 49. Ep. 12. *Lib. I. ep.* 41. Ep. 13. *Ltb. I. ep.* 37. Ep. 14. *Lib. I. ep.* 115. Ep. 15. *L.b. I. ep.* 148. Ep. 17. *Lib. I. ep.* 160. Ep. 18. et 19. *Lib. II. ep.* 1. 2. Ep. 20. *Lib. II. ep.* 43. Ep. 21. *Lib. II. ep.* 34. Ep. 22. *Lib. II. ep.* 23. Ep. 23. *Lib. II. ep.* 94. Ep. 24. *Lib. II. ep.* 104. Ep. 25. *Lib. III. ep.* 1. Ep. 26. *Lib. III. ep.* 3. Ep. 28. *Lib. IV. ep.* 30. Ep. 29. *Lib. IV. ep.* 4. Ep. 33. *Lib. IV. ep.* 42. Ep. 36. *Lib. V. ep.* 26. Ep. 37. *Lib. V. ep.* 34. Ep. 38. *Lib. V. ep.* 67. Ep. 40. *Lib. V. ep.* 29. Ep. 41. *Lib. V. ep.* 55. Ep. 43. 44. *Lib. V. ep.* 92. 92 Mansi coll. concil. T. XXI. col. 872—906. Andreas Duchesnius inter epistolas res Francicas spectantes 120 epistolas Alexandri III. edidit. script. r. Fr. T. IV. p. 557—569. 592—629. Sirmondus appendicem epistolarum 56 Alexandri III. publicavit. ep. T. III. col. 1293—1348. Parisiis, 1696. fol. Duchesnii et Sirmondi epistolae in omnibus conciliorum collectionibus recusae inveniuntur. Celeberr. Martenius integrum registrum 495 epistolarum Alexandri ad Henricum Rhemensem archiepiscopum, filium regis Ludovici VI. collectioni suae amplissimae nonumentorum inseruit T. II. col. 655—1011. Brial ex precedentibus hisce collectionibus suas epistolas Alexandri III. numero 419 depromsit. Recueil des historiens des Gaules et de la France T. XV. p. 744—975. Parisiis, 1808 fol. In archivis singularum ecclesiarum cathedralium procul dubio latent authenticae epistolae decretales romanorum pontificum ad eas transmissae. Ita celeberr. card. Alexander Borgia ex capitulo Ecclesiae Vellitrensis integras decretales Alexandri III. protulit, quas a Raymundo valde decurtatas liber decretalium exhibet. Storia della Chiesa e città di Velletri sec. XII. nr. 60—63. p. 239 sq. Nocera, 1723. 4. Stef. Borgia, Memorie istoriche della pontificia città di Benevento T. II. p. 148 sq. Rom. 1764. 4.

tim episcopos et abbates etc. etc. varii de rebus missae. Cod. 869. eccl. cathed. wigorn. ep. l. c. T. II. P. I. p. 21. *Quaedam epistolae Alexandri III. papae, cum fragmentis diversis.* Cod. 6499 et 6500 Caroli Theyeri l. c. T. I. P. III. p. 200. *Concilium lateranense ac paparum epistolae decretales.* Adde biblioth. cott. cod. XI. 2. et sub Othone p. 67. *Fragmentum chronici, quod incipit a concilio, quod Alexander III. p. tenuit Romae. Versatur in rebus enarrandis, quae contigerunt temporibus Henrici I. et II. regum Angliae.* Saepissime singulae epistolae Alexandri per diversos codices sparsae deprehenduntur. Biblioth. cott. cod. IV. 8. C. sub Cleopatra p. 139. cod. I. 7. 8. 14. 21. B. sub Faustina p. 150. Bibliothecae Harlej. C. 64. nr. 11. C. 95. nr. 6. 10. C. 215. nr. 1—95. C. 310. nr. 20. C. 323. nr. 18. C. 337. nr. 1. C. 1005. nr. 89 [9]). Biblioth. regia e Parisiens. C. 70. nr. 4. 1596. nr. 2. 1742. 2259. nr. 2. 2957. nr. 1. 3088. nr. 39. 4286. nr. 3. 5513. nr. 11. 7592. nr. 2 [10]). In bibliotheca regia London decretalium collectio deprehenditur, quae ex Alexandri III. epistolis decretalibus maximam partem compilata esse videtur, 10. A. II. 1. *Alexandri III. papae epistolae decretales*: 1. *de statu et jure conjugii, sive contracti sive contrahendi.* 2. *de statu religiosorum, et eorum privilegio.* 3. *de statu clericorum.* 4. *de statu et jure ecclesiarum.* 5. *de casibus appellationum.* 6. *ad informandum judices in diversis casibus quodcumque emergentibus.* In principio codicis adduntur. 2. *Urbani III., papae epistolae* 3. *ad Baldwinum cant. archiep. et* 1. *ad R. H.* 2. Et in fine codicis adduntur 3. *Lucii III., papae epistolae* 3. *decretales: et* 4. *Clementis III. papae epistola de sua electione* [11]). Huc quoque referendus est codex bibliothecae Harlejanae, diplomatibus ac epistolis decretalibus romanorum pontificum refertissimus, ex quo sine dubio multae decretales depromi possent, quae duas priores compilationes spectant. C. 788. *Opus tripartitum cujusdam monachi ecclesiae Christi Cantuariae exhibens universas litteras pontificum romanorum bullatas, aliasque epistolas ac rescripta, un-*

---

9) A catalogue of the Harlejan collection of manuscripts. Purchased by authority of parlament for the use of the publick; and preserved in the British Museum. London, 1759 fol.

10) Catal. codd. mss. Biblioth. reg. T. III. P. III. et IV. Pariis, 1744 fol.

11) A catalogue of the manuscripts of the King's Library by David Casley. Lond. 1734. 4. p. 176.

dique transmissas, *occasione decantatissimae illius litis exortae inter Baldwinum de s. Benedicto cantuar. archiepiscopum*, *successoremque ejus Ubertum Walterum ex una parte*, *prioremque ac conventum ejusdem ecclesiae ex altera*, *quae per annos circiter quindecim*, *temporibus nempe paparum Urbani III. Gregorii VIII. Clementis III. Innocentii denique III. duravit* [12]). Rariores obvii fiunt codices quinque veterum compilationum, quorum quidam glossas veterum interpretum simul exhibent. Parisiis extant quinque codices Bernandi papiensis, quatuor Joannis Wallensis, octo Petri beneventani, quatuor compilationis quartae et unus tantum compilationis quintae (Catal. bibl. reg. T. III. P. III. cod. 3925—3933.), Florentia habet duos codices Bernardi papiensis, unum Joannis Wallensis, duos Petri beneventani et tres compilationis quartae (Bandini Plut. III. cod. 6. Plut. IV. cod. 2. col. 35—37. 39—43. T. IV. catal. mss. lat.). Codices mss. quinque compilationum in catalogis bibliothecarum Angliae sub variis nominibus occurrunt, ut vix discerni possint. Cod. 891. Collegii Cajo-Gonvilens. cant. ap. Bernard. T. I. P. III. p. 113. *Breviarium extravag. magistro Bern. praep. pap. libri* 5. *Innocentii epistolarum decretalium libri* 5. Cod. 892. *Breviar. extr. Bern. pap. praep. cum glossa.* Cod. 257. biblioth. eccles. cathedr. Dunelm. *Decretales antiquae glossatae.* C. c. T. II. P. I. p. 8. cod. 797. eccles. cathedr. wigorn. *Breviarium Bernardi praep. de jure.* T. II. C. VII. 4. 2—5. p. 192. *Bernardi pap. praep. Breviarium* 5. *libror. decretalium cum glossa. Decretalium secundi voluminis libri* 5 *cum glossa. Decretalium Innocentii III. secundum patrum beneventanum compilatorum libri* 5 *cum glossa. Decretalium* 5 *librorum collectioues* 2 *aliae cum glossis.*

Denique de regestis romanorum pontificum monendum est, quod cel. Pertzio teste Honorii III. et Gregorii IX. regesta in scriniis Vaticanis adhuc integra extant [13]); quorum collatio quintae compilationi et Gregorianae collectioni multifariam medelam afferre posset. Nec dubitari potest, quin etiam anteriorum pontificum regesta,

---

12) Gervasius Dorobernensis ejusdem litis meminit et egregia quaedam diplomata huc spectantia inseruit. Cf. Imagines de discordia inter monachos Cant. et Baldewinum archiepiscopum ap. Twysden col. 1303—1336.

13) G. H. Pertz. Italienische Reise. Arch. d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde.

si non integra, tamen magna ex parte Romae adhuc lateant. Quae si typis mandarentur, rei criticae quaestum uberrimum fecundissimumque partum iri confido, omnesque talium rerum periti mihi consentient: unde etiam eorum editionem jam celeberrimi et de re historica plurimum meriti hagiographi antwerpienses vehementer desiderarunt [14].

---

14) « Quarum (epistolarum Honorii III.) registra utinam aliquis vulgaret, sicut jam olim » vulgatum habetur S. Gregorii, et nuper Innocentii III. ut dixi, quod et de aliorum pontificum » registris, quae quidem in camera hactenus asservantur, grande procul dubio est votum omnium » studiosorum historicae veritatis. » Conatus chronolog. ad catalog. pontificum nr. CLXXIX. in Honorio III. p. 357. Thesaurus antiquitatum. Bollandinorum. Venetiis, 1729. T. II. fol.



CAPUT V.

Descriptio codicum mss. gregoriana decretalium collectionis, quos servat bibliotheca regio-academica Vratislaviae.

Sunt quatuor codices mss. membranacei decretalium Gregorii IX., quos servat bibliotheca regio-academica Vratislaviensis, in qua una cum perplurimis aliis praestantissimis, tam impressis, quam manu exaratis libris ex bibliothecis monasteriorum Silesiae pervenerunt, cum haec decreto regio d. XIX. Nov. 1810. extincta essent. Primum, tertium, et quartum bibliotheca ecclesiae collegiatae insignis ad s. Mariam Glogoviae quondam servaverat, secundus in scriniis monasterii ordinis cisterciensis Henrichoviae, villulae in confinibus oppiduli Münsterbergae, inventus fuerat.

I. Codex primus (signatus II. F. 29.) characteribus nitidissimis et elegantissimis ab una manu exaratus continet 349 folia, si ea quoque adnumeres, quae pro more consueto in fronte et in fine codicum plerumque addita sunt, ut adnotationibus adscribendis locus relinqueretur. Codex glossa ordinaria Bernardi parmensis, cujus nomen in quacunque fere columna saepius occurrit, instructus est. Foliorum singulae paginae in duas columnas divisae sunt, quae sicuti singulae lineae, gryphio delineatae sunt. Singulae columnae in ipso textu quadraginta versus exhibent, in margine glossis destinato versuum numerus non aeque perpetuus est, sed pro glossarum prolixitate variat. Sunt columnae, quae nonaginta, imo centum et triginta versus complectuntur: plerumque versus sexaginta inveniuntur. Glossae non minus diligenter, minore tamen charactere exaratae, et accuratissime distinctae sunt, ita ut litterae a. b. c. etc. ad textum decretalium, ubi easdem interlineares litteras conspicere licet, remittant. Rubricae rubro colore exaratae, initiales vero litterae capitulorum variegatae sunt, inter quas prae primis eae, quibuscum prima capitula singulorum librorum incipiunt, ornatiores conspiciuntur. Inscriptiones capitulorum summam diligentiam produnt. Distinctionis signum nullum aliud praeter punctum occurrit. Solummodo si glossa propter spatii angustiam versus excedit, quod tamen raro accidit, litterae postremae vel verbum postremum ultimis verbis in

versu novae glossae subscriptae et a verbis novae glossae, quae lineam incipiunt, signo distinctae sunt. Verborum abbreviationes praeter consuetas nullae fere deprehenduntur. Vacuum spatium, quod inter sese excipientes textus saepius extitit, adnotationibus quibusdam ex commentariis recentiorum interpretum sine delectu conquisitis a recentissima manu expletum est. Hinc codex foedatus deprehenditur. Atramentum satis nigrum cum hinc illinc, sed rarissime, exalbuerit, factum est, ut a seriore manu nonnulla verba nigro atramento restituta sint. Membrana optima est, satis subtilis, albedine conspicua, in forma majoris folii. Librarius nec nomen suum addidit, nec codicis aetatem notavit. Characteres nitidissimi eorumque ductus, qui ductui quadrato fere convenit, nec non ratio lepida aliquoties in pictura variegatarum litterarum initialium adhibita, veluti cum orantes puerili capite avium et rostro instructi depinguntur, originem flandricam prodere videntur. Saeculo decimo tertio exeunte exaratus esse videtur. Complectitur iste praeter decretales etiam constitutiones clementinas cum bulla ad Avenionenses, quae nomen libri septimi decretalium exhibent, duodecim folia implentes. Decretalis *exivi de paradiso* (c. 1. de verb. signif. V. 11.) omissa est, ita tamen, ut verba initialia legantur: ejus loco librarius posuit Joannis XXII. constitutionem *suscepti regiminis* (c. un. extrav. comm. *ne sede vacante.* III. 3.) adjecta adnotatione: « *Ista* (Exivi) *loqit de regl'a frm̄ vn̄ nichil ad nos.* » Joannis constitutionem modo excipiunt verba: explicit septimus liber decretalium completus proxima feria VI. ante festum nat. Dom. anno Domini MCCCXVIII. (fol. 347. col. 3.). In calce codicis ab eadem manu exaratae adjectae sunt duae constitutiones decretales a col. 4. f. 347. usque ad col. 4. 348., una Bonifacii VIII. *super cathedram* (c. 2. extrav. comm. de sepulturis III. 6.), altera Joannis XXII. *exsecrabilis* (c. 4. extrav. comm. de praebendis et dignit. III. 2). Constitutioni Bonifacii, quae subscriptionem exhibet: *Datum Laterani XII. Kl. Marcii pontificatus n̄ri anno dm̄ MCCC.*, verba ab eadem manu adscripta sunt. « Copiam huj' cstitucōis suscpte
» Dn̄s Jōh'es canonicus Glogovēn e plebanus Stī Nicholay ībidē re-
» cepit a dn̄o arnoldo canonico Wratislavien̄ e plebano Stē Marie
» Magdalene ibidem quī eandē cstitucom̄ habet sb bulla dn̄i ppi Bo-
» nifacii octavi que eciā cstitucio pdm̄n hinamī in rpa Wrāt pdicatorē
» ad scam̄ Mariam magdalenā e ad scām Elyzabeth fuit de ûbo ad

» ûbum de mandato vinablis dm̄ Jo dī grā Epī [1]) Wrāt coram fide-
» li pplo in matna lingua expōīta e publicata. » Manus quae hasce constitutiones scripsit, differt ab ea, quam in scriptura decretalium animadvertimus. Glossa deest, unde utraque columna paulo amplior extitit. In rubricis et litteris initialibus pingendis nullum aliud pigmentum nisi rubrum adhibitum est. Litterae ceteroquin bene exaratae atramenti vitio fere rubescunt. Membrana paullisper minus albida et tenuior est, quam ea, quae in decretalibus scribendis adhibita est: forma non differt. Hanc appendicem scripsit librarius, ut ipse indicavit, a. 1318 i. e. anno post publicationem Clementinarum per Joannem XXII. (1317.). Ex verbis constitutioni Bonifacii adscriptis patet, scripturae auctorem esse Silesium glogoviensem, qui foliis vacuis codicis, quem praelatus glogoviensis aut ex Italia, Flandria, aut aliunde redux secum tulerit vel comparaverit, decretales clementinas tunc temporis publicatas inscripsit. Neque tamen noster codex vetustate tantum praestat, sed ob id etiam insignis est, quod constitutiones Innocentii IV. sub competentibus titulis graegorianae collectionis insertas habet. Nimirum Innocentius IV. (1243 † 1254) peritissimus isque acutissimus et subtilissimus sui temporis ICtus, constitutiones in generali concilio lugdunensi a. 1245. promulgatas dubiisque decretalibus interpetandis destinatas sub certis quibusdam rubricis, quae rubricis gregorianae collectionis respondent, redigi curavit, et ad solemnia studia Bononiam et Parisios cum bulla transmiserat, ut libro decretalium Gregorii IX. sub titulis congruis insereretur [2]). Primus omnium, qui constitutiones textui decretalium inseruit, ipse summus pontifex fuit in commentariis suis super librum decretalium. Innocentium Bernardus compostellanus junior, capellanus ejus, secutus est, qui mandante pontifice constitutiones juxta illius glossas, quibus suas adjecit, post capitula congruentium titulorum gregorianorum inseruit [3]). Cum vero indies ab interpreti-

1) Joannes III. Romka (e. 24. April. e. 1292—20. Decbr. 1301.)

2) Sarti T. I. P. I. p. 345. sq.

3) » Hinc est, quod in apparatu decretalium per dominum praefatum composito tanta sit » et talis utilitas, quod sicut nunc causarum experientia manifeste declarat; in romana curia, » ad quam de cunctis mundi partibus negotia deferuntur, vix occurrit quaestio, quae per ipsum » apparatum congrue decidi non possit. Et in eodem opere multa sunt ad sanum intellectum de- » cretalium notata; multorum opiniones fideliter recitatae, multae insuper quaestiones bene deci-

bus constitutiones sub Innocentii ementito nomine in scholis et in foro allegarentur, Innocentius codicem suum constitutionum, et epistolarum decretalium speciali earum addita designatione Bononiam denuo promulgandam litteris ad archidiaconum Assisio V. Idus Sept. a. 1253. datis transmisit prohibens, ne quis in posterum alias constitutiones praeter has nec in foro nec in scholis allegare audeat [4]. Cete-

» sae, quae in aliis apparatibus aut non factae sunt aut male solutae, quae omnia licet utilia de
» levi non possent a quolibet bene intelligi. Idcirco ego magister Bernardus compostellanus ejus-
» dem domini papae capellanus ad laudem Dei ac utilitatem studentium et eorum praecipue,
» qui circa causas versantur, de ipsius domini speciali mandato auxilio mediante divino intendo
» de opere praedicatas quaestiones utiles et earum solutiones per eundem dominum Innocentium
» in causarum decisionibus approbatas decerpere; et omnes decretales prosecuturus per ordinem
» singulatim; aliqua ipsius apparatus utilia prius ac in modum quaestionum reducta. Nonnulla
» insuper, quae de diversorum sapientum dictis in exercitio causarum collegi, non minus anne-
» ctendo et prosequendo decretales omnes per ordinem singulatim. » Prologus Comment. super li-
brum pr. Decretalium Parisii per Berthold. Rembolt. 1516. 4.

4) « *Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio P. archidiacono bononiensi*
» *salutem et apostolicam benedictionem*. Ad explicandos nodos multiplicium quaestionum, quos
» in rebus jugiter contingentibus circa varios positivi juris articulos humanae indaginis nectit
» infirmitas, nonnulla temporibus nostris novarum constitutionum et decretalium epistolarum re-
» media emanarunt, quae praedecessorum nostrorum strenuis sunt subjecta laboribus, per quos
» fuit ad communem omnium et maxime studentium utilitatem vigilantissimis excogitationibus de-
» sudatum. Verum sicut accepimus eisdem constitutionibus et decretalibus quaedam aliae sub no-
» stro confecte nomine ab aliquibus inseruntur quas nostrae approbationis eo non provexit aucto-
» ritas, ut cum aliis quas locum habere censuimus in judiciis et scholis debeant ejusdem juris
» vinculis contineri. Ne igitur per commixtionem hujus opinionis quilibet, umbra speciem sibi
» veritatis usurpans, aliquos in confusionis deducat errorem, constitutionum et decretalium epi-
» stolarum principia, quas tempore nostri pontificatus edidimus, quasque in corpore juris con-
» tineri decrevimus, tibi competentibus assignata titulis duximus transmittenda: mandantes qua-
» tenus ea magistris, scholaribus diligenter exponens ex parte nostra distincte prohibens, ne quis
» alias sub nostro nomine editas vel edendas in judiciis vel in scholis admittat absque manda-
» to sedis apostolicae speciali. Principia vero illarum haec sunt, et ii sunt tituli, quibus compe-
» tere dignoscuntur. Capita de praescriptis. *Cum in multis juris articulis presenti decreto duxi-*
» *mus statuendum*. *Dispendia litium aequitatis compendio*. Capite de electore et electi potesta-
» te. *Statuimus, ut si quis electionem, postulationem, vel provisionem. In electionibus, postu-*
» *lationibus ac scrutiniis*. Capite de supplenda negligentia praelatorum. *Romana ecclesia etc.*
» *Edictum vero per Remensem etc. Grandi non immerito etc.* Capite de officio vicarii. *Romana*
» *ecclesia etc. Cum Remensis archiepiscopus etc.* Capite de officio et potestate judicis delegati.
» *Statuimus, ut Conservatores*, Capite de officio legati. *Officii nostri debitum remediis*, Capi-
» te de officio ordinarii. *Romana ecclesia etc. prohibemus*. Capite de judicis. *Juris esse ambi-*
» *guum non videtur*. Capite de foro competenti. *Romana ecclesia etc. Ne appellationis*. Capite
» de lite non contestata. *Exceptiones peremptoriae*. Capite de restitutione spoliatorum. *Frequens*
» *et assidua nos querela*. Capite de dolo et contumacia. *Actor qui venire*. Capite de eo. qui
» mittitur in possessionem causa rei servandae. *Eum, qui super dignitate, personatu vel benefi-*
» *cio*. Capite de confessis. *Statuimus, ut positiones negativas*. Capite de testibus. *Romana ec-*
» *clesia etc. In appellationis causa. Ad haec, quae in quadam epistola*. Capite de exceptionibus.
» *Pia consideratione statuit*. Capite de sententia, et re judicata. *Cum enim tribunal Judicis*.
» Capite ad apostolicae dignitatis etc. *Sane abbas de Bonifacio abbate etc.* Capite de appellatio-
» nibus. *Cordi nobis est lites minuere legitima suspicionis romana ecclesia etc. Cum suffra-*

rum compilationis graegorianae interpretes coaevi praeter unum Bernardum eam Gregorii IX. sanctionem quamlibro decretalium praemisit, nimis religiose interpretati, Innocentii constitutiones, licet eas passim allegarent, amplissimisque glossis instruerent, inter quos primum locum Hostiensis obtinet, in decretalium textum neutiquam transtulerunt: unde factum est, ut istae innocentianae constitutiones una cum constitutionibus successorum, Alexandri IV., Gregorii X. ac Nicolai III., quae sub congruas rubricas redactae eidemque usui destinatae ad solemnia studia pariter transmissae fuerant, atque similiter extra volumen Gregorii vagabantur, a Bonifacio VIII. in librum sextum reciperentur [5]. Exhibet autem liber sextus praeter innocentianas constitutiones nuper memoratas alias quatuor ejusdem Innocentii [6], de quarum authentia non immerito dubium moveris. Sed tres priores, quarum tertia in ipsis regestis hodiedum deprehenditur sub inscriptione *dilectis filiis magistro et fratribus ordinis praedicatorum s. et ap. benedictionem . . . . Datum apud civitatem Castellanum XV. Kalendas Julii pontificatus nostri anno pri-*

» *ganeorum Remensium*. Capite de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis. *Quia cunctis*. » Capite de rebus ecclesiae non alienandis. *Dum etc. Dictus vero archidiaconus*. Capite de censibus, et procurationibus. *Romana ecclesia etc. Statuimus, ut quilibet archiepiscopus*. Capite » de homicidio. *Pro humana redemptione generis*. Capite de privilegiis. *Volentes libertatem*. Capite de penis. *Romana ecclesia etc. Licet autem Remensis*. Capite de penitentiis, et remissionibus. *Romana ecclesia etc. Questoribus autem*. Capite de sententia excommunicationis. *Cum » medicinalia solet a nonnullis. Statuimus, ut nullus Judicum. Quia periculosum. Romana ecclesia etc*. Ceterum interdici. Dilecto filio decano Aurelianensi etc. Capite de verborum significatione. *Veniens etc.* per illa verba. Dat. Assisii. Quinto idus Sept. pontificatus nostri anno undecimo. » Ap. Sarti T. I. P. II. p. 124. Savioli Vol. III. P. II. nr. DCXC. p. 305. sq. Haec bulla non sine mendis est. Caput vel rubrica *de praescriptis* depravata est in locum *de rescriptis*. Post rubr. *de sentent. et re jud.* sequitur *Cap. Ad apostolicae dignitatis*, quod nequaquam novam rubricam constituit, sed est cap. 2. hujusce rubricae. In capite de appellat. principia trium, et in cap. de sentent. excom. principia duorum priorum capitum coaluerunt. Rubrica de reb. eccles. alienand. vel non penitus excidit, ipsiusque cap. *Dudum* et infr. rubricam de concess. praeb. et eccles. non vac. praemisit; quod tamen imperito scribae bullae imputari debet, cum isthaec menda nec in commentariis pontificis nec apud Hostiensem occurrant. Apud Innocentium non solum cap. *Dudum* et infr. rubricae suae de reb. eccles. alien. vel non (III. 13. cap. 13. f. 384. col. 3 sq. Francof. ad M. 1589. fol.), sed etiam resecatum caput *Quia cunctis* et infr. (c. 28. col. 368. ed Boehmer.) rubricae congruae de conces. praeb. et eccles. non vac. (III. 8. c. 17. f. 379.) pariter insertum deprehenditur.

5) I. 3. c. 2. et 3. I. 6. c. 1. 2. I. 8. c. 1. 2. I. 13. c. 1. I. 14. c. 1. I. 15. c. 1. I. 16. c. 1. II. 1. c. 1. II. 2. c. 1. II. 3. c. 1. II. 5. c. 1. II. 6. c. 1. II. 7. c. 1. II. 9. c. 1. II. 10. c. 2. 3. II. 12. c. 1. II. 14. c. 1—3. II. 15. c. 1—3. III. 7. c. un. III. 9. c. 1. III. 20. c. 1. V. 14. c. 1. V. 7. c. 1. V. 9. c. 1. V. 10. c. 1. V. 11. c. 1—6. V 12 c. 1.

6) II. 15. c. 4. III. 14. c. 1—2. V. 11. c. 7.

mo 7), genuinas innocentianas ipse Joannes Andreae commentatus est 8). Quartam constitutionem (V. 11. c. 7.), quae causam illam celeberrimam inter archiepiscopum rothomagensem ejusque suffraganeos de negotio visitationis ventilatam spectat, nonnulli ut ipse Durandus speculator Alexandro IV. perperam adscribunt 9); sed dubitandum non est, quin Innocentio IV. tribuenda sit, cum in ejus regestis integra extet cum subscriptione: *Datum Anagniae V. Idus Julii pontificatus nostri anno duodecimo* 10) Celeberr. G. Marlot eam ex rotulo archivi metropolitani rhemensis jam pridem per partem divulgaverat 11). Ceterum innocentiani codicis integri in librum sextum translatio impedimento fuit, quominus vulgaretur, do nec J. H. Boehmerus primus eum ex codice regio berolinensi edidit, in quo tamen duae constitutiones occurrunt, quarum altera (c. 32. de regularibus et transeuntibus ad religionem) nec in codice ab ipso pontifice recensito, nec in innocentianis commentariis super librum

---

7) Lib. I. ep. 748. Inter innocentianas bullas ap. Bremond (Bullarium ord. FF. praedicatorum nr. LXXIV. p. 144. T. I. Romae, 1729.) et ap. H. Sbaraleam (Bullarium Franciscauum Bullar. Innocent. nr. XLVIII. p. 242 sq. T. I. Romae, 1759.). Mirari licet, J. H. Boehmerum in falsa inscriptione, quae nostram decretalem in libro sexto Alexandro IV. tribuit, non haesitasse, cum genuinam inscriptionem non solum ex glossa ad h. l., quae integra Joannis Andreae verba refert (corp. j. can. glossatum T. III. col. 516. Lugd. 1671 fol.), sed etiam ex codice constitutionum Innocentii (c. 22. col. 364. Append. III. corp. j. can. T. II.), quem ipse primum edidit, facile restituere potuisset, ut fontem primarium, Bullarium puta, taceam.

8) » Ista vero decretalis (*Non solum* III. 14. c. 2.) non fuerat inter Innocentianas, sicut nec » praecedens, sed extravagabatur, et qui glossaverunt Innocentianas non glossaverunt istam par» tem, tamen eam ponit et exposuit Host. in decretal. *statuimus* s. cod. lit. (III. 31, c. 23.) Novell. » ad h. l. libri sexti III. 14. c. 2. f. 122. ed. Venet. 1612. Decuit sic instare ipsum Innocentium IV., » qui solus duplicater nos ditavit: scilicet apparatu solenni, ut magister, et constitutionibus, » quas ut pontifex edidit in generali concilio lugdunensi, et post: quas nunc in sexto habemus » insertas: primas expressi supra de summa trinitate super rubrica. Joannes Andr. ad Durantis » speculum rubrica: ne sede vacante aliquid innovetur: Lib. IV. P. III. p. 207. In concilio Lugd. » multas constitutiones valde necessarias edidit, ut in sexto patet: *de rescriptis c. 2. de elect.* » *c. 1. de jud. c. 1. de rest. spol. c. 1. de dol. et cont. c. 1. et 2. de app. c. 1. et 2. de hom. c. 1.* » *de sent. exc. c. 1. 2. 3. et 4.* Si has considerabis; cognosces illarum editionem summe neces» sariam fuisse. Exemplum de prima: quid erat per clausulam; quidam alii convenire 40. Extra » concilium autem multas ipsius constitutiones habemus ibidem: nec displiceat, justissime in ex» cusationem et commendationem ipsius, propter id, quod dicam infra. » ad Durantis spec. rubr. de summa trinitate et fide catholica Lib. IV. P. I. p. 75. ed. cit. Francof. 1612 fol.

9) Spec. j. rubrica *de competenti judicis aditione* 8 sequitur Lib. II. P. I. p. 49. cf. Joan. Andreae ad h. I. V. 11. c. 7. f. 163. in sexto.

10) Lib. XII. ep. 20. ap. Sbaraleam l. c. Innocent. Bullar. nr. DLXXI. p. 748—755. T. I.

11) Metropolis Remensis historia Lib. III. c. 84. p. 533—541. T. II. Remis, 1679. fol. cf. Acta conc. Narbon. a. 1430. ap. Martene et Durand Thesaur. anecdot. col. 358.

decretalium inserta est, nec ab Hostiensi glossis instructa [12]), licet in libro sexto decretalium recepta sit, (III. 14. c. 2.): altera vero (c. 6. de supplenda negligentia praelatorum) nullibi, nedum inter ipsius Innocentii extravagantes deprehenditur, et sine dubio prologus est constitutionis *super forma et modo visitandi*, quam Innocentius in notissima lite inter archiepiscopum rhemensem ejusque suffraganeos editam universitati parisiensi transmiserat, ut publicata in judiciis et scholis adhiberetur, quaeque adnotante celeberrimo Hyac. Sbaralea deperdita esse videtur [13]). Rubrica ejusdem const. *romana ecclesia* et infr. *edictum vero per rhemensem etc.* a berolinensi codice abest, et in ejus locum cap. modo allatum (cap. 6.) a codicis auctore substitutum videtur [14]). Sed redeamus ad nostrum codicem Vratislaviensem disquisituri, quaenam Innocentii constitutiones eidem insertae sint. Bulla ad Bononienses deest, quia singulae constitutiones per totum codicem sub suis rubricis singulatim collocatae sunt [15]). Casu evenit, ut librarius constitutiones trium rubricarum *de suplenda negligentia praelatorum*, *de judiciis*, et *de restitutione spoliatorum* titulis congruentibus graegorianae collectionis inserendas omiserit, quas ideo in fine totius gregoriani codicis post ultimum capitulum (c. 11. de regulis juris V. 41.) adjecit exhibitis peculiaribus ipsarum rubricis, quas, ut ratio postulavit, alioquin rejece-

---

12) Hostiensi quidem rubricam *de regularibus* exhibet, sed extravagantem. *Is qui monasterium* (c. I. ejusd. rubricae in 6.) commentatus est, quae pariter in innocentiano codice [illegible]est (fol. CLVII. col. 3. sq. post T. II. Comment. ej. decretal. Gregor. IX. ed. cit. Parisiis, fol. per Joann. pervum Thielmannum Kerver et Berthold Rembolt.) Hostiensis in eo quoque recedit a recensione codicis constitutionum Innocent., quod cap. 2. *de suplenda aeglig. praelat. Grandi non immerito* et infr. et c. 2. et 3. *Ad apostolicae sedis* et infr. *Abbate sane* et infr. *de sentent. et jud.* plane omisit.

13) In Bullario cit. p. 751. not. *a*.

14) Rubrica *de regular. et trans. ad relig.*, quae translata in congruentem rubricam Gregorianae collectionis (III. 31.) rubricas *de censibus*, *et exactionib. et procurat.* (III. 39.) et *de homicid. volunt et cas.* (V. 12.) praecedit, utramque rubricam sequitur.

13(Cum J. H. Boehmerus singula capitula Innocentiani codicis numerata exhibet, ad eum recurrere liceat, excepta capite 6. in cujus locum genuinum cap. *Romana ecclesia* et infr. retulimus. Capitula Innocentiana congruentibus rubricis Gregorianis inserta pariter numeravimus in ordine

15) Cum J. H. Boehmerus singula capitula innocentiani codicis numerata exhibet, ad eum recurrere liceat, excepta capite 6. in cujus locum genuinum cap. *Romana ecclesia* et infr. retulimus. Capitula innocentiana congruentibus rubricis Gregorianis inserta pariter numeravimus in ordine continuo cum capitulis Gregorianis, quod recentissimi editores commentarior. Innocentii IV. fecerunt. C. 1. 8. I. 3. (c. 44—46.) fol. 38. col. 4. f. 39. col. 2. C. 4—3. I. 6. (c. 61. 62.) f. 58.

rat [16]). Rubrica quoque *de regularibus et transeuntibus ad religionem*, quam a codice innocentiano abesse diximus, sub congruenti rubrica gregoriana inserta est. Constitutiones rubricae *de testibus et attestationibus* alio ordine, quam in libro sexto, occurrunt, ita ut c. *romana ecclesia* succedat c. *Ad haec*, *quae in quadam epistola.* Desunt etiam in posteriore constitutione verba *ad haec et infr.*, ita ut statim incipiat cum verbis *praesentium tibi auctoritate* [17]), quod non sine ratione factum est, cum Innocentius in constitutione *ad haec et infr.* integram Gregorii IX. epistolam praemissis hisce tantum verbulis codici suo inseruerit, quae revera in libro sexto inscriptionem Gregorii IX. prae se fert innocentianis hisce verbis similiter rejectis. Verum est quod mireris, librarium glogoviensem c. *praesentium tibi auctoritate* Innocentii IV. inscriptionem distincte exhibuisse, cum nonnunquam ipsius constitutionibus inscriptionem *idem* indiderit, quamvis constitutiones antecedentes vel Gregorii IX. (I. 6. 29. 30. 31. [18]), vel Honorii III. (I. 28. [19]) epigraphem exhibeherent. Ceterum constitutiones singulae, praeter constitutiones quatuor rubricarum *de testibus et attestationibus*, *de sententia*, *et re judicata*, *de homicidio volunturio vel casuali* et postremo *de regularibus et transeuntibus ad religionem* glossis instructae sunt, quarum auctorem Bernardum compostellanum juniorem statuerim. Cum duae posteriores rubricae in duobus mox describendis codicibus, quae integras constitutiones Innocentii sub rubricas redactas et glossas instructas exhibent, pariter glossa careant, hasce rubricas ab interpretibus nullis glossis instructas fuisse putaverim.

---

col. 3. et 4. C. 8. I. 28. (c. 7.) f. 79. col. 2. C. 9. I. 29. (c. 43.) f. 87. col. 2. c. 10. I. 30. (c. 11.) f. 38. col. 3. C. 11. I. 31. (c. 21.) f. 91. col. 4.— f. 92 col. 1. C. 13. II. 2. (c. 21.) f. 110 col. 1. C. 14. II. 5. (c. 2.) f. 111. col. 1. C. 16. II. 14. (c. 11.) f. 124. col. 2. c. 17. II. 13. (c. 5.) f. 125. c. 1 c. 18. II. 18. (c. 4.) fol. 126. col. 2. c. 19. 2. 20. (c. 57.) f. 137. col. 2—4. c. 21. II. 23. (c. 15.) f. 152. col. 2—3. c. 22—24. II. 27. (c. 26—28.) f. 160. col. 1—3. f. 162. c. 25—27. II. 28. (c. 74—76.) f. 173. col. 1 — col. 1. f. 174. c. 28. III. 8. (c. 17.) f. 190. col. 1. — col. 3. f. 192. c. 29. III. 13. (c. 13.) f. 196. col. 1—2. c. 32. III. 31. (c. 24.) f. 217. col. 2—4. C. 30. III. 39. (c. 28.) f. 235. col. 2. — col. 1. f. 236. c. 31. V. 11. (c. 26.) f. 294. col. 4. — col. 1. f. 293. c. 33. V. 31. c. 19.) f. 314. col. — 3. c. 34. V. 37. (c. 14.) f. 319. col. — 1. c. 35. V. 38. (c. 17.) f. 322. col. 2—3. c. 36—41. V. 39. (c. 61—66.) f. 329. col. 4. — col. 2. f. 331. c. 42. V. 40. (c. 34.) f. 335. col. 4. — col. 2. f. 336.

16) f. 336. col. 2. — col. . f. 337.

17(f. 137. col. 2. — 4.

18) f. 58. col. 3.

19) f. 79. col. 2.

II. Alter codex (II. F. 30.) binis columnis ab una manu exaratus folior. 315 non minoris praestantiae est, et praeter libros decretalium constitutiones Innocentii IV., Gregorii X. et unam constitutionem Nicolai III. continet. Libris decretalium glossa ordinaria Bernardi parm. accessit, cujus nomen plene scriptum (sive *b'nardus doctor*, sive *b'nardus doctor dec'talium*, sive *b'nardus doctor dec'talium pfectissimus*, sive *b'nardus doctor doctorum*) in quavis fere columna deprehenditur. Singulae columnae, sicut earum singuli versus, cum textus tum glossae, gryphio delineatae sunt. Glossae eadem venustate, eodemque nigro atramento, paululum tantum minori charactere quam ipse decretales exaratae, litteris a. b. c. etc. quae eisdem litteris interlinearibus decretalium respondent, et verbis initialibus singulorum capitulorum, duobus plerumque, quae glossata pars pariter cum suo initiali verbo excipit, distinguuntur. Verba initialia singulorum capitulorum non in textu solum, sed etiam in glossa ornatioribus litteris initialibus insignita sunt: qua praestantia codex prior caret, qui nudas tantum litteras, nullis verbis initialibus glossatae partis adjectis exhibet. Est et alia differentia utriusque codicis, quod in priore librarius glossas multo minori charactere, quam ipsas decretales conscripsit. Rubricae rubro colore, litterae vero initiales variis coloribus ab una eademque manu variatae sunt. Prae ceteris prima capitula rubricarum litteras initiales venustate picturarum, et auro insignes exhibent. Rubricarum, quem a librario haud diversum statuerim, eruditissimus fuit. Monachum eum ex familia Cistercensium vel Benedictinorum putaveris, quia in picturis ejus generis monachi saepissime conspicitur, qui satis lepide vel e rostris avium dependent, vel ciconiarum collis, quibus senile monachale caput cum hispida barba, summo mento cadente impositum est, instructi sunt, vel dorsis leporum sive vulpium insident: nonnunquam etiam in cauda piscium desinunt, vel in cauda bovium; cucullis sannionum quoque condecorati sunt, aut speciem simiarum prae se ferunt, et ceu funambuli in girlandis rubricarum modo repunt, modo se demittunt. Et tamen pictoris lascivia non est perpetua: pleraeque picturae summa gravitate, omni vel seriori joco remoto exaratae sunt. Litterae capitales singulorum librorum perquam scite et venustissime picturis ornatae sunt, unde etiam avidi cujusdam hominis cupiditate movisse videntur. Tria enim folia, quae lit-

teris capitalibus condecoratae fuerint, ex integerrimo codice nostris demum temporibus, ut videtur, misere et impie evulsa sunt. Abest folium medium inter primum folium, quod sanctionem Gregorii IX. continet, et secundum (nam singula recentissime continue enumerata sunt) et incipit secundum folium verbis: *sumus in Christo. Rursus in libro regum* etc. (c. 2. de summa trinitate et fide catholica). Absunt porro folia quatuor vel sex, quibus inscripti fuerunt octo posteriores tituli libri tertii a cap. 3. de presbytero non baptizato, et dimidius titulus primus libri quarti usque ad cap. 9. de sponsalibus et matrimoniis (desinit c. 3. de presb. n. n. bapt. verbis: *neque de veteribus sacramentis*, et incipit cap. 9. de spons. et matr. verbis: *quia igitur nemini licet uxorem suam.*). Abest insuper folium, quod medium inter folia 309. et 310. extitit, et initium constitutionis Nicolai IV. *cupientes* (c. 16. de elect. et electi potest. c. 6.) habuit: nam fol. 310. incipit his verbis: (quarum electionum confir)*mationes vel infirmationes.* Insuper largiora vacua spatia foliorum, quibus in hoc codice rarius quam in priore additamenta variorum inscripta essent, ob praestantiam membranae saepius excisa sunt, quin tamen textui injuria illata sit. Abbreviaturae praeter consuetas nullae extant, nec occurrunt alia inconsueta signa. Concordant codicis nostri lectiones cum lectionibus, quas prior codex exhibet, cum uterque ex optima textus decretalium recensione prodierit. Membrana totius codicis majoris foliis et praestantissima est, albida, subtilis, et nihilominus firma. Codex medio saeculo decimo quarto in Flandria exaratus esse videtur, uti ex his, quae dixi, et ex aliis signis, quae celeberr. Frid. Adolph. Ebert enumerat, conjicere licet [20].

Restat, ut codicis singulas partes enarremus. Textus decretalium 285 priora folia implet. Sequuntur constitutiones Innocentii IV. sub suis rubricis redactae cum bulla ad Bononienses, qualem codex beroliensis offert, a f. 286. usque ad col. 3. f. 298. Codex constitutionum congruit cum codice beroliensi, excepto cap. 6. *de supplenda negl. prael.*, quod genuinum *romana ecclesia* et infra exibet. Codex noster insertam habet integram rubricam *de regularib. et trans. ad relig.*, eamque in eodem ordine post rubricam *de homicidio cas.*

---

20) Zur Handschriftenkunde Th. 2. der Kunde des Bibliothecars Leipzieg 1825. p. 72. ff. 8.

vel vol. Capitula singularum rubricarum ; exceptis illis duarum rubricarum *de homicidio cas. vel vol. et de regularib. et trans. ad relig.*, glossa satis ampla instructa sunt , quae incipit verbis primae constitutionis. « Cum in multis juris (articulis) infinitas no(ta) q. in (infinitas) » multis juris articulis reprobatur , cum obscuritate ẽ cfusionẽ fre» quent inducat e iõ restrigẽda ẽ s'm equitatis rõnem » et desinit « verbis » . . . si ũo declaratio fcã fuisset p̄ p̄fentib , partib' tunc nec « cẽ hrent ples stare declaratiom. s. c. t. in hiis nisi ostendissent in » judicio c ipãm declationem qr ñ deberet valere. » Auctor glossae sine dubio Bernardus compostellanus junior est , cujus nudum nomen *b'nard* plerumque *b.* singulis glossis saepius adscriptum conspicitur. Constat enim , a Bernardo nostro praeter amplos commentarios super librum decretalium non solum breviarium juris cononici ad modum glossarum [21]) , sed et ipsas glossas super constitutiones Innocentii IV. conscriptas fuisse [22]). Nec Bernardum parmensem , qui tantummodo in librum decretalium commentarios suos, et glossas scripsit , nec Hostiensem , nec demum interpretem , qui sub nomine abbatis antiqui occurrit [23]) , auctorem glossae nostrae statuerim , cum duo posteriores non glossas sed amplissimos commentarios conscripserint. Constitutiones Gregorii X. sub suis rubricis cum bulla ad bononienses , quam etiam codex berolinensis exhibet [24]) , insequentia folia undecim et dimidium occupant (a col. 3. f. 298 — f. 309). In fine constitutionum leguntur verba : *explicit apparatus decretalium novissimarum.* Constitutiones glossa amplissima locupletatae sunt , quae incipit: « In nomine dm amen. Qm̃ natura rerum introductum » ẽ ut plá sint negotia quam vocabula ff de pscriptis úbis l natu» ra et humani juris condictio semp. in infinitum decurrit » etc. etc., finit : . . . » incendiarii enim eccãrum in ipõ jure sunt excommuni» cati, ut in c. tua nos aliis incendiarii sunt excoĩcandi XXIII. q. » ultima pessimam. Gar. » Auctor glossae est Garsias Joannis hispanus. Etenim Garsiam , cujus nomen in fine glossarum saepissime

21) Breviar. excusum invenitur post ipsius commentar. super lib. I. Decret. a f. XC. — f. XCVIII. ed. cit.

22) Sarti T. I. P. I. p. 348.

23) Sarti l. c. p. 386.

24) Boehmerus. Append. IV. col. 371. T. II. corp. j. can.

apparet, scimus glossas in constitutiones Gregorii X. conscripsisse [25]. Et revera inter sex glossatos codd. mss. constitutionum Gregorii X., quos servat biblioth. paris. (C. 3492. nr. 2. C. 3944. nr. 4. C. 3950. nr. 2. C. 3955: nr. 3. C. 4379. nr. 2.) cod. sextus 3949. nr. 3. aperte Garsiae nomen auctoris glossae prae se fert. Ejusdem Garsiae nomen cod. 8390. (biblioth. Jacob.) ap. Bernard. T. I. P. III. p. 167. exhibet. Omnium vero apertissime cod. erlangensis glossam nostram Garsiae vindicat [26]. In fine codicis mutilata constitutio Nicolai III. cum amplissima glossa anonymi, cujus auctorem eundem Garsiam statuerim [27], sex postrema folia complet.

III. Codex tertius (II. F. 31.) majoris folii, 318 folior. binis columnis ab una manu exaratus, integerrimus est, et solummodo librum decretalium glossa ordinaria instructum continet. Columnae textus maximam partem 30 vel 40, rarius 45, columnae vero glossarum 70, saepius 100 versus exhibent. Glossae paulo minore charactere quam decretales, exaratae eadem ratione qua in priore codice ad textum decretalium remittunt, omissis tantum litteris a. b. c. etc. Rubricae rubro colore insignitae, litterae initiales simplices quidem, sed coloribus variatae, et singulari diligentia exaratae sunt, litterae vero capitales quinque librorum minus venuste crasso admodum calamo depictae et deauratae sunt. Neque singularum litterarum eadem venustas, quae est in codicibus anterioribus, nec membranae, ceteroquin integerrimae et praestantissimae, eadem albedo, quippe quae hinc illinc flava et paulisper maculosa est. Codex in Germania exaratus esse videtur, et vix saeculum decimum quartum excedit.

IV. Codex quartus, forma minoris folii (II. F. 32.) omnium recentissimus primis decenniis saeculi decimi quinti in Silesia, fortasse in ipsa Glogovia, scriptus esse videtur. Codex 275. folior. binis columnis valde negligenter conscriptus et diuturno usu contritus, praeter glossatum librum decretalium constitutiones Innocen-

---

25) Sarti T. I. P. I. p. 402.

26) In calce codicis constitut. Gregorii X. glossatar. leguntur verba: « Expliciunt glossae » ordinariae novarum constitutionum domini Gregorii papae decimi, a domino Garsia Juris ci» vilis et canonici professore compositae. Deo gratias. Anno domini MCCLXXXII. » Cf. Chr. G. Koch. Francf. gelehrter Anz. v. J. 1777. nr. XLII. u. XLIII. §. 3. p. 333.

27) Cf. rationes, quas huic conjecturae stabiliendae in analysi quarti codicis afferam.

tii IV., Gregorii X. et Nicolai III., quae singulae suas glossas exhibent complectitur. Textus a duabus manibus est, ita ut secundus librarius textum, quem primus librarius exeunte folio 154 mediis ipsis in litteris interruperat, continuaret. Glossae totius codicis a scriba primae partis hinc illinc majore tantum levitate exaratae esse videntur. Ceteroquin codex omni venustate vel elegantia destitutus est. Membrana lutea, et maculosa, et valde contrita: neque tamen codex impiam manum effugere potuit. Folium medium inter tertium et quartum, quod initium glossae exhibuit, excisum est; sanctio compilationis uti initium textus adest. Folia 238 usque ad 243 cultro misere dilacerata sunt, et octo sequentia folia a medio c. 28. *de sententia excom.* usque ad medium cap. 29. *de verbor. signif.* (desinit f. 243 in verbis . . . *ab ea fuerat absolvendus*; et incip. fol. 244. cum verbis . . . *sicut fuerat consuetum partem colligere memoratam*) penitus excisa. Excisum etiam est medium folium inter f. 274 et 275, quod finem constitutionis Nicolai III. exhibuit (des. verbis . . . *nichil de veteris juris observantia.*).

Textus decretalium priora folia 244 et dimidium occupat. Sequuntur constitutiones Innocentii IV. glossatae cum bulla ad bononienses secundum canonem a nobis supra recensitum a f. 245. col. 3— col. 3. f. 256. Glossa eadem est, quam duo priores codices exhibent, quamque Bernardo compostellano vindicavimus, desinit vero jam in col. 4. f. 225. Abest rubrica *de regularib. et transeuntib. ad religionem.* Rubrica *de homicidio vol. vel cas.* sine glossa est, unde supra conjecimus, istam rubricam forsitan omnino glossatam non fuisse. Cap. 2. rubricae *de testib. et attest.* verba: *ad haec*, *quae* etc. omissa habet, et statim incipit cum verbis: *praesentium tibi auctoritate.* Sequuntur Gregorii X. constitutiones a col. 4. f. 256 — col. 3. f. 266. cum bulla supra memorata ad bononienses glossa eadem, quam secundus codex offert, instructae. Glossa ob ipsius prolixitatem incipit a col. 1. f. 256. et progreditur usque ad col. 4. f. 267. Casu quodam librarius rubricae secundae *de electione et electi potestate* nec inscriptionem nec singula capitula addidit, et statim post primam rubricam posteriora duodecim capitula hujusce (secundae) rubricae adjecit, quamvis continuam glossam ad capitula priora, et quae duodecim sequuntur, una simul inseruerat. Itaque vacuum spatium, quod a col. 3. f. 266. usque ad col. 4. f. 267. extitit, duobus illis re-

*

4) Edit. Benedict. Paris. 1705. T. II. in fol.

5) Mansi emplissima SS. Conciliorum collectio T; XII. p. 257—260.

6) Sufficiat rubricas indicare. Incipiunt capitula excarpsum de libris canonum.

I. Ut praeter scriptures canonicas nihil in ecclesia legatur et quee est scriptura canonica.

II. Ut per singulos ennos sinodus bis fiat.

III. Qualis ad sacerdotium vel sacros ordines venire non potest.

IV. Qualis vel qualiter ad sacerdotium vel saeros ordines venire potest.

V. Ut nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur.

VI. Ne in una eivitate duo sint episcopi et de vicariis episcoporum.

VII. Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu deferre.

VIII. De ordinatis episcopis nec receptis.

IX. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare.

X. De servo si nesciente domino suo fuerit ordinatus.

XI. Quod non liceat clericum in duas civitates ministrare, nec abbates plura monisteria aut cellas habere.

XII. Ne de uno loco ad alium transeat episcopus vel clericus sine jussione episcopi.

XIII. De peregrinis episcopis et clericis.

XIV. De litteris peregrinorum et clericis sine litteris ambulantibus.

XV. Qualis vel pro qualibus culpis secundum canonicas institutiones quisque degradatur de officio sacerdotali vel clero.

XVI. De expulso ab ecclesie et excommunicato vel damnato ab officio suo.

XVII. De ordine ecclesiastico et officio missae.

XVIII. De reliquiis sanctorum et oratoriis villaribus.

XIX. Ne altaria non consecranda nisi lapidea.

XX. De baptismo.

XXI. De confirmatione cum crisma et ut prandia in ecclesia non fiant et die dominico genu non flectant in ecclesia.

XXII. De pasche die dominico et reliquas festivitates.

XXIII. De jejunio et quadregesima vel letanies.

XXIV. Ut festivitates praeclaras nonnisi in civitatibus aut in vicis publice teneant.

XXV. De hoc quae offeruntur ad altara vel quae ad domum sacerdotis vel de oblatione.

XXVI. Ut omnes fideles communicent et missas perexspectent, sin aliud, excommunicentur, et ut nullus cibus ante sacrificium sumatur.

XXVII. De praedicatione.

XXVIII. De hospitibus.

XXIX. De decimis.

XXX. De viduis, puellis et peuperibus.

XXXI. Qualiter res ecclesiee episcopus debeat dispensare vel regere. Et quae super altare daetur, qualiter dividantur, et de parochiis vel oratoriis in episcopi sint potestate et de basilicis in parochiis destructis.

§. 2.

Quamvis collectio de qua loquuti sumus exigui momenti sit, tamen ab ignoto quodam hujus disciplinae studioso in epitomen redacta est. Extat siquidem in bibliotheca parisiensi codex quidam (n. 3859) sub saeculi IX finem aut sub X initium conscriptus, qui canonum collectionem exhibet unius vel alterius ex superius memoratis collectionibus ope adornatam, cui sequens titulus praefixus est: = *Incipit capitulatio breviter collecta de canonibus diversorum conciliorum qui in sequentibus sententiis propriis titulis et loca et nomina innotescunt.* = in triginta rubricas divisa 7) sub quarum singulis plura capitula continentur, quae auctor ex notis jam fontibus in-

---

XXXII. Ut episcopus res quae sacerdos clericis aut servientibus dederit, successor ejus non auferat.
XXXIII. De rebus quae ecclesiis vel sacerdotibus dantur.
XXXIV. De rebus ecclesiae abstractis aut contradictis.
XXXV. De causantibus et judicibus.
XXXVI. Ut clerici non sint conductores et non negligant officium suum, at saeculares curas se abstineant.
XXXVII. Ut non cohabitet clericus cum extraneis mulieribus.
XXXVIII. De relicta sacerdotis.
XXXIX. De clericis usurariis et fidajussoribus, et ebriosis et cantica turpia vel verba otiosa.
XL. De episcopis et ordinibus, et regulis clericorum et vestibus eorum.
XLI. De venatoribus.
XLII. Ut episcopus presbiter diaconus peccantes fideles verberare non debeat.
XLIII. De sortibus et auguriis.
XLIV. Da clericis, monachis, abbatibus, non manentes in suo proposito.
XLV. De monachis.
XLVI. De monasteris.
XLVII. De deo sacratis et monasteriis puellarum.
XLVIII. De raptis.
XLIX. De incestis et de adulteris, et qui uxores suas dimittunt.
L. De falsariis et perjuris et homicidis et captivitatibus.
LI. De discordantibus.
LII. De expositis.
LIII. De libertis.
LIV. De his qui ad ecclesiam confugiunt.
LV. De judaeis et ut non sint christiani participes eorum, nec subjecti, nec servi judaeorum.
LVI. De clericis qui carna abstinent.
LVII. De haereticis et gentilibus.
LVIII. De conjurationibus.
LIX. Ne palla super corpus ponatur et ne ad nuptias divina ministeria praestentur.
LX. De energuminis.
LXI. Da crisma.
LXII. De his qui contra canones faciunt.
LXIII. De episcopis qui suprascriptos canones consenserunt et firmaverunt.
LXIV. De lapsis et poenitentibus.

7) I. Ut per singulos annos synodus bis fiat.
II. Qualis ad sacerdotium vel ad sacros ordines secundum auctoritatem canonicam venira non potest vel per quales culpas quis degradetur ab officio vel clero.
III. Gregorii de pastoribus non recte gradientibus.
VI. De episcopalibus ordinationibus.
V. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari debere.
VI. Ne de uno loco ad alium transeat vel migret episcopus aut presbyter aut diaco-

credibili cum integritate excerpsit, quibusque nonnulla alia ex Dionysii exigui collectione et speciatim ex ejusdem collectionis secunda parte seu ex rom. pontificum litteris decretalibus desumpta sine ulla omnino mutatione atque cum iisdem inscriptionibus quae in dionysiano opere conspiciuntur, addidit. [8])

---

mus seu quicunque clericus.

VII. Quod non uporteat clericum praeter commendatitias suscipi epistolas.

VIII. De damnatis vel eaeommunicatis et expulsis et per quales culpas secundum canonicam institutionem quis degradetur de officio sacerdotali vel clero.

IX. Qualiter res ecclesiae et quae super altare dentur debeat episcopus regere vel dispensare et de rebus quae ecclesiae dantur.

X. De canonibus unius cujusqua concilii.

XI. De honore monachi competente, et ut nullus eorum temptet ecclasiastiee ent saecularia inquictare negotie, nec alienum servum propter sonscientiam domini ejus suscipere, et de clericis et monechis, qui praeter voluntatem sui episcopi ad urbem regiam Coustentinopolitani veniunt, et de monasteriis vel ebbetibus.

XII. De falsariis ot perjuris et homicidis et furtibus.

XIII. De deo sacretis et monasteriis puellarum et de incestis aeu mulieres et de his qui uxoras suas dimittunt et de raptu.

XIV. Tractatus S. Augustini de poenitentie.

XV. In decretalia P. Gelasii c. 20 quod hii, qui se sacris virginibus sociantur et foedera incesta commiscunt, communicare non possunt nisi forto publicam poenitentiam gesserint.

XVI. Quod viduae, ut superius dictum est, non velentur, et si professam continentiam proposito mutato ealcaverint, ipsae rationem deo pro suis intaetibus reddituræ sint, et de virginibus, si deviaverint.

XVII. Do causantibus et eccusantibus, et de judicibus, et de his, qui innocentes accusent, et qualiter clericus saecularia judicia adeat.

XVIII. De usuris et avaritia et de fornicatoribus seu et de poenitentibus.

XIX. De discordantibus et de libertis vel de expositis et de sacrilegis et auguriis.

XX. De judaeorum conviviis, et de confessionibus, seu de eorum mancipiis et de diversis ditionibus inter judaeum et christianum, ut non sint christiani subjecti judaeis.

XXI. De rebus ecclesiae abstractis aut contradictis et ut custodiantur.

XXII. Ut clerici non cint conductores et non negligant officium suum, et non siot contumaces, et ut e saecularibus curis abstineant.

XXIII. Ut nullus clericorum habitet cum extraneis mulieribus.

XXIV. De clericis usurariis et fidejussoribus et ebriosis unda convivia seecularia et cantica turpia et ociose verbs.

XXV. De episcopis et regulis et ordinibus clericorum, et vestibus eorum et de venationibus.

XXVI. Ut per singulos ennos synodus bis fiat et qualis ad sacros ordines venire possunt et non possunt, et ut absolute non ordineotur, et ne uno loco ad elium transeant episcopus vel clericus.

XXVII. De literis peregrinorum, et clericis sine litteris ambulantibus, et de expulsis ab ecclesie, vel damnatis et adulteris.

XXVIII. De reliquiis sanctorum et oretoriis, et villaribus, et de baptismo, et de confirmatione, et de pascha vel de die dominico ot de jejunio quadragesimeo et de festivitatibus praeclaris.

XXIX. De synodo Patricii.

XXX. De apiscopis, qui supra scriptos canones consenserunt et confirmarunt numero 233 per concilia 26.

8) Syricii decretorum c. 5. 14. 15. Rubr. XVIII. c. 17. 18. 19. Innocentii dec. c. 7. 22. 34. Rubr. XVIII. c. 20. 21. 22. Caelestini dec. c. 15. Rubr. XVIII. c. 23. Gelasii dec. c. 12. 19. 23. 27. 28. R. XII. c. 4. R. XV. R. IX. c. 8. R. XXI. c. 21. R. 16. c. 34.

§. 3.

Pluris tamen ceteris facienda videtur alia quaedam collectio, quae in codice parisiensi bibliothecae regiae n. 4280 A. saeculo X exarato habetur atque breviarii cresconiani certo ordine digestam recensionem exhibet, in qua elaboranda patet auctorem ad Martini braccharensis opus respexisse. Collectio haec in duodecim rubricas dividitur, quarum singulae plura vel pauciora capitula continent, quae tamen per totum opus perpetua numerorum serie recensentur; atque ad tercentum quinquaginta quatuor pertingunt. Capitula rubricarum argumentis respondent, quare ex diversis cresconiani operis partibus desumpta et collecta sunt. Incipit vero ipsa collectio a praefatione ex cresconiana exscripta; hanc rubricarum et capitularum indiculus subsequitur, quem demum ipse capitulorum textus excipit. Eodem modo etiam Cresconius opus suum adornaverat, unde factum est, ut non pauci in errorem adducti hujusmodi indiculum « *abbreviatio canonum* » inscriptum a *concordia canonum* separarent, atque opus ab illa distinctum esse putarent. 9) Ceterum no-

9) Ballerinii l. c. P. IV. e. 3. p. 383—387. Primus Pithoeus brevietionem edidit e 1581; dein T. Chifletius in operibus Fulgentii Ferrandi p. 24—54. Divionee 1649. in 4. denuo typis edidit Pithoeus: Codex canonum vetus ecclesiec Romanae. Parisiis 1687. in fol. p. 314—326. Justellus *breviationem* edidit in: Bibliotheca juris canonici T. T. I. p. 456 — 466 et concordiam T. I. edp. p. XXXIII — CXII. Ut utriusque collectionis retionem perspiciamus, sufficiat nostrae collectionis rubricas efferre, quarum cepitibus Cresconii capitula adnotabimus.

R. I. Capitula episcoporum propria c. 1 — 72. Cresc. c. 151. 152. 164. 228. 16. 37. 38. 18. 36. 40 — 42. 142. 145 — 150. 153. 154. 157—160. 162. 169. 192. 209. 218. 244. 245. 256. 259. 260. 267. 270. 279. — 283. 287. 232. 144, 200. 203. 170. 210- 96.

R. II. Item de episcopis, presbyteris, diaconibus propria. c. 73—101. Cresc. c. 5—7. 10. 194. 8. 9. 11. 27. 30. 29. 8. 31. 35. 43—45. 49—52. 110. 143. 248. 254. 300. 177. 251. 246. 193.

R. III. Item de presbyteris propria c. 102—125. Cresc. c. 2. 76. 4. 33. 81. 93. 97. 108. 111. 117. 119. 191. 217. 229. 252. 257. 276.

R. IV. Item de presbyteris et dieconibus propria c. 126 — 137. Cresc. c. 17. 34. 91. 98- 109. 190. 196. 239. 285.

R. V. Item de diaconibus propria e. 138—145. Cresc. c. 95. 120. 82. 92. 94.

R. VI. Item da subdiaconis et clericis inferiorum gradus c. 146. 154. Cresc. c. 171. 172. 175. 173. 168. 169. 167.

R. VII. Item de clericis propria c. 153 — 201. Cresc. c. 13 — 15. 22—25. 225. 19. 20. 60. 61. 77. 197—199. 21. 204. 206. 207. 205. 214 215. 219. 227. 243. 247. 262. 271. 166. 250. 176. 178.

R VIII. Item de Monechis propria e. 202—218.

strae collectionis auctor in capitulis ex cresconiani opere deprompt͡is vix quidquam mutavit; iis vero paucis, quae omisit alia suffecit ex gallicis compilationibus uti videtur desumpta. Praeter canones enim qui ex gallicis conciliis mutuati sunt, saepissime *statuta ecclesiae antiquae* occurrunt: quae testantibus fratribus Balleriniis nonnisi in collectionibus in Gallia confectis inveniuntur. Ex quibus colligere fas est collectionem ipsam, de qua loquimur, in Gallia adornatam fuisse. Citat insuper auctor loca quaedam ex concilio Clementis [10]) quae cum concilii quarti carthaginensis canonibus omnino conveniunt et sub hujus concilii nomine a Gratiano [11]) in decretum recepta sunt.

§. 3.

Alia collectio quae extat in codice parisiensi bibliothecae regiae n. 3859 minoris momenti est. Continet haec 341 capitula [12]) ex collectionibus tum Dionysii exigui tum Pseudo-Isidori deprompta nullo temporum nulloque rerum ordine servato. Auctor a Dionysii collectione exorditur, ex cujus tum prima tum secunda parte loca quaedam desumpsit, quorum seriem cum Gregorii junioris constitutione claudit. Dein a capitulo 155 ad aliam Pseudo-Isidori collectionem gradum faciens quaedam inde excerpta capitula subnectit, nec ta-

---

Cresc. c. 3. 109. 195. 269.

R; IX. Item de virginibus velatis vel non velatis propria c. 219—224. Cresc. c. 101. 238: 286. 240. 241.

R. X. De laicis propria c. 225 — 299. Cresc. 12. 26. 62—67. 71. 72. 74. 75. 78—80. 89. 115. 83—88. 90. 99—102. 104. 106. 107. 112. 113. 122—128. 130. 129. 131. 134. 135. 137—140. 156. 161. 182—184. 188—189. 211. 213. 120. 222—224. 226. 232. 234—236. 263—265. 273—275. 278. 177.

R. XI. Item de mulieribus c. 300—317. Cresc. c. 230. 231. 133. 114. 116. 103. 105. 163. 181. 202. 136. 121. 132. 133.

R. XII. Item de haereticis propria c. 317—353. Cresc. c. 46—48. 53—59. 68—70. 73. 288—299. 253. 165. 183—187. Codex mss. operis Cresconii, qui in vercellensi bibliotheca servatur quaedam particularia habere videtur. G. Andres: Lettera sopra alcuni Codici delle Bibliotache capitolari di Novarra et di Vercelli. Parma 1802. in 8. p. 49.

10) Rubr. I. c. 50—55. C. Carth. IV. c. 34. 84. 25 26. 25.

11) D. 95. c. 9. D. 1. c. 67. De consecrat. D. 90. c. 6. 1. 7. C. 15. q. 7. c. 6. Statuta ecclesiae antiquae fratres Ballerinii primi ediderunt inter documenta juris canonici veteris Nr. 3. p. 654—668. Op. S. Leonis M. T. III. fol. Venetiis 1757. Confer eosdem: Dissert. de antiq. can. coll. O. 2. c. 3. §. 4. p. LXXXVIII—XCI. l. c. Editio Moguntina p. 353—358.

12) In hoc quoquo opusculo indiculus ipsam collectionem praecedit, hac epigraphe: *Incipit capitulatio de diversis conciliis atque sententiis*; Collectio ipsa inscribitur: « *Incipit breviarium collectum de canonibus diversorum conciliorum., ecclesiasticae regulae, canones Apostolorum, capitula de ordinatione presbyterorum, diaconorum vel lectorum.*

men eorum seriem ubique servat. Ceterum aliquot etiam canones ex conciliis Parisiis anno 557 et 615 celebratis, necnon ex concilio turonensi anni 813 desumptos suae collectioni inseruit, quod eam in Gallia fuisse confectam indicare videtur. De collectionis aetate nihil certi definiri potest, codex tamen haud post saeculi IX finem [13]) descriptus videtur, quod sane demonstrat quanti jam tunc Pseudo-Isidori collectio fieret.

§. 4.

Cujus tamen rei nullibi clariora monumenta habentur quam in eo libro qui *collectio Anselmo dedicata* inscribitur, quique eo scilicet tempore quod inter annum 883 et annum 897 intercedit, fuit concinnatus. Haec collectio jam propius ad illam accedit, quae, ut superius diximus, tribus partibus constat, et de qua pro operis nostri ratione paullo post plura dicenda erunt. Quaedam interim de hac ipsa disserere juvabit, praesertim cum docti illi viri qui hactenus illam illustrarunt [14]) ea ipsa ignorarent quae illam a ceteris hujusmodi lucubrationibus quam maxime distinguunt. Fontes quos auctor adivit, ad quatuor reduci possunt: quamquam prae ceteris procul dubio Dionysii et Pseudo-Isidori operibus usus est, cum ea, licet diversa ac peculiari omnino ratione disposita fere integra in suam collectionem receperit. Ubi enim invenerat, quod Dionysius easdem rom. pontificum litteras habebat, quas Isidorus exhibet, ab Isidoro fere discessit ut Dionysii vestigiis omnino insisteret. Quamobrem Syricii, Innocentii, Zosimi, Coelestini, Gelasii et Anastasii decretales omnes ex Dionysio desumpsit, quin vel apicem immutaret, retentis etiam iisdem inscriptionibus et capitulorum divisione. Quod

---

13) Codex manuscriptus sub Godone abbate, qui Walderico successit, ad monasterium bonevallense prope Carnotum pervenit, uti constat ex versibus, qui ante collectionem descripti sunt:

Godo Bonae vallis humilisque monasticus Abbas
Codicis hujus opus sanctorum canonum factum,
Donat habere Petro Marcellinoque beatis
Ejus et ablator poena plectatur acerba,
Cum reprobis pariter baratri retrusus in imo,
Ni prius ablatum digna emendatio reddat.

J. Mabillon: Annales O. S. Benedicti. lib. LXVIII. §. 39. p. 297. sq. Parisiis 1713. fol. T. IV. et Samarthani in Gallia christiana. T. VIII. p. 1237. codicem cognoverunt.

14) Ballerinii l. c. P. 4. c. 10. p. 623—630. Savignius in hist. J. R. Vol. II. p. 274. sq.

vero Bonifacii, Hilarii, Simplicii, Felicis, Simmachi, et Hormisdae litteras attinet, eas ex Pseudo-Isidori collectione mutuatus est, unde conjicere facile possumus, eum germana Dionysii recensione usum fuisse. Capitulorum Adriani nullum vestigium occurrit, et Gregorii magni epistolas denuo ab ipso Isidoro desumpsit. In illa quoque operis sui parte, quae conciliorum canones exhibet, dionysiana collectione prae isidoriana usus est, praesertim in excerpendis graecorum conciliorum canonibus quos raro admodum et in singularibus tantummodo quibusdam capitulis ex isidoriana recensione seu versione hausit. Ceterum in adornandis iis rom. pontificum litteris quas ex isidoriana compilatione desumpsit, Dionysium imitatus fuisse videtur, ipsas vero decretales litteras ita disposuit, ut servato temporum ordine uniuscujusque pontificis decretales omnes, si plures ediderit, (seriem enim a s. Clementis epistolis incipiens perduxit usque ad illas, quas Zaccharias protulit), in plura vel pauciora capitula diviserit: haec vero etsi continuato numerorum ordine recenseantur, diversis tamen collectionis locis pro argumentorum varietate ab invicem separata inserta sunt. Hinc si quis ex g. capitula illa 98, in quae quinque s. Clementis decretales ab auctore nostro divisae sunt, et una simul conjungere, et cum ipsarum decretalium textu conferre vellet, inveniret sane, singulas quaslibet particulas ita sibi succedere, ut secundae, tertiae, quartae et quintae decretalis capitula naturali ordine, et continuata numerorum serie, primae decretalis capitula excipiant. [15] Propria omnino est haec rerum distributio, nec ab alio quolibet superiorum temporum collectore auctor ipsam mutuatus esse videtur. Temporum tamen rationem, tam in iis quae ex Dionysio, quam in iis quae ex Isidoro deprompsit, aeque ac alii collectores habuit, atque passim ex una eademque decretali, [16] vel

15) Omnes fere decretales litteras hoc modo examinandas duxi, atque in omnibus auctorem eundem modum tenuisse inveni. Ne longius sim, a citandis capitulis abstineo.

16) E. gr. P. 8. c. 1—24. continet fragmenta decretalium Clementis c. 20. 21. 22. Alexandri c. 2. 10. Xysti c. 2. Ygini c. 1. Sotheri c. 1. Eutychiani c. 1. 2. Gaji c. 5. Melchiadis c. 1. 2. 3. 16. Damasi c. 2. c. 26—40. Clementis c. 64. 65. Anacleti c. 13. Alexandri c. 6. Coelestini c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11; c. 40—60. Clementis c. 21. 24. 41. 65. 68. 69. 77. 78. 91. Pontiniani c. 5. 7. 8. 10. Entychiani c. 5. Marcellini c. 2. Marcelli c. 3. 4. 5. 6. Eusebii c. 6. 8. 16. Dionysii c. 1. Victoris c. 1. Clementis c. 72. 74 75. 76. Felicis c 7. 16. 17. 19. 20. Ex hisce paucis exemplis, uti mihi videtur, apparet, auctorem parum ordinem curasse.

ex uno eodemque concilio [17]) plura loca continue sibi sequentia inseruit; unde patet, non illi admodum fuisse curae neque ordo neque methodus. Ex patribus aliisque ecclesiasticis scriptoribus nihil ipse in medium profert, neque apud ipsum videre est decretales eorum pontificum, qui Gregorium juniorem et Zachariam subsequuti sunt. Hinc apparet, praeter plurima, quae tum ex Gregorii m. epistolis, tum ex Justiniani collectionibus hauserat, reliqua omnia ex Dionysii et Pseudo-Isidori compilationibus ipsum desumpsisse.

Interim tanta est rerum et copia et varietas, qua haec collectio abundat, ut sequentes canonum collectores aegre admodum latere potuerit. Burchardus sane wormatiensis illam ob hanc causam magni fecisse dicendus est, siquidem opus suum quoad maximam ipsius partem ex illa hausit [18]) ac loca inde desumpta leviter adeo

---

17) De Conciliis idem dicendum est. P. 12. c. 19—25. Concil. Laodic c. 6. 7. 8. 32. 33. 34. c. 27—41. C. Gangrens. c. 2. 3. 5. 6. 10. 11. 12—18. 20. P. 7. e. 11—15. C. African. c. 31. 49. 42. 23. P. 2. c. 185—197. C. Afric. c. 85. 86. 87. 88. 90. 32. 54. 55. 67. 75. 91. 98. 100. P. 3. c. 86—88. C. Afric. c. 97. 98. 99. P. 12. c. 26. universum Concilium Ephesioum una cum Cyrilli epistola exhibet, quae auctor ex Pseudo-Isidori opero desumpsit.

18) Quae ut probemus posteriores sex collectionis libros cum Burchardi opero contulimus, quo in labore codice usi sumus Sorbonico, qui Parisiis extat num. 481. B. E. notatus, de quo vide: P. Coustant: Dissertatio de antiquis canonum collectionibus §. CLXIX et CLXX apud Galland T. I. p. 152. sq. ed. cit. et F. Salmon: De l'etude des conciles et de leurs collections P. 2. c. 1. Paris 1724 in 4. p. 173—178. Burch. L. 1. c. 25. 41. 67. 88. 128. 131. A. P. 10. c. 56. P. 11. c. 2. P. 7. c. 21. P. 11. c. 24. P. 7. c. 98. P. 10. c. 89. B. L. 3. c. 19. 28. 31. 33. A. P. 6. c. 18. P. 10. c. 67. 15. 41. c. 34. A. c. 11. Gregorii ad h. p. e. 60. 67. A. P. 10. c. 87. 102. c. 94. 95. A. P. 12. c. 30. 31. c. 107. 137. 139. 140. 142. 144. 145. 147. 184. 185. 187. 195. 203. A. P. 10. c. 38. 19. 29. 70. 71. 77. 78. 44. 54. 53. 55. 52. 51. 41., c. 209. 210. 211. A. P. 12. c. 22. 25. P. 10. c. 185. B. Lib. 4 c. 2. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 15. 18. 19. 20. 22. 23. A. P. 9. c. 10. 11. 15. 30. 27. 19. 20. 1. 59. 17. 58. 24. 25. c. 29. A. P. 10. c. 92. c. 31. 32. 36. 38. 44. 45. 53. 54. 56. 63. 65. 69. A. P. 10. c. 41. 32. 31. 40. 34. 33. 60. 61. 23. 6. 37. 38., c. 81—85. A. P. 12. c. 56. 58. 61. 63. 60. B. lib. 5. c. 6. 7. A. P. 10. c. 85. 86. B. lib. 6. c. 43. 127. A. P. 16. 118. B. lib. 7. c. 3. 6. A. P. 7. c. 117. 39. B. lib. 8. c. 2. 4. 6. 8. 15. 21. 23. 32. 34. 36. 43. A. P. 6. c. 39. 33. 7. 31. 43. 8. 44. 47. 51. 50. 52. c. 48. 49. A. c. 104. 109. Gregorii ad h. p; c. 69. A. P. 6. c. 57. B. lib. 9. c. 1. 5. A. P. 7. c. 29. 27., c. 10. A. P. 11. c. 35. c. 17. 21. 24. 31. 35. 56. 57. 58. 72. 77. 78. A. P. 7. c. 3. 52. 31. 59. 28. 61. 55. 57. 56. 33. 36. P. 12. c. 24. B. lib. 10. c. 5. A. P. c. 106. c. 2. 3. 4. A. c. 13. 15. 16. Gregorii ad 12. p. B. lib. 11. c. 27. 52. A. P. 10. c. 28. P. 7. c. 94. B. lib. 13. c. 5. 8. 10. 19. A. P. 11. c. 10. 11. 25. 25. B. lib. 15. c. 13. 15. A. P. 7. c. 2. 18. c. 16—21. A. c. 1—6. Gregorii ad h. p; c. 25—29. A. P. 7. c. 7. 8. 6. 10. 5., c. 30 A. c. 7. Gregorii ad h. p; B. lib. 17. c. 1. 30. 31. A. P. 7. c. 58. 104. 105. B. lib. 18. c. 5. 10. 18. 22. 23. A. P. 7. 88. 90. 87. 101. 91. B. lib. 19. c. 27. 57. 66. 123. 126. A. P. 7. c. 119. 86. 99. 96. P. 10. c. 118. B. lib. 20. e. 11. 12. 15. 16. A. P. 8. c. 29. 36. 34. 33. Ex hac comparatione liquet, Burchardum etiam Gregorii M. litteras ex hac collectione, quam littera A. (Anselmo dedicata) distinximus, desumpsisse.

mutavit, ut ea cum iisdem inscriptionibus et summulis exscripserit. In Germania enim tunc temporis praeter jejunum illud Reginonis prumiensis opus nulla erat canonum collectio, quae necessitatibus omnibus praesto esse posset; atque hinc Burchardus ad id excitatus videtur, ut ope scilicet hujus nostrae collectionis, quam, dum in Italia versaretur, invenerat, et maximi momenti esse cognoverat, ampliorem quandam uberioremque compilationem adornaret. Hinc etiam facili negotio explicari poterit: unde commendatissimus ille Burchardi liber, cujus origo tenebris hactenus obvolvebatur, prodierit. Ad hanc porro quae Anselmo inscribitur collectionem, mentem convertat quilibet novam eamque accuratiorem burchardiani operis recensionem adornare velit: ac mirandum profecto est, quod summi etiam viri, Franciscus Salmon, P. Coustantius et fratres Ballerinii penitus ignoraverint, quam arcto vinculo haec uostra collectio ac Burchardi opus inter sese conjungantur. Praeterea non leviter errarunt cum Reginonem ea usum fuisse affirment [19]; nostrae siquidem collectionis auctor, quod superius animadvertimus, in citandis Innocentii decretis Dionysianam recensionem unice sequutus nullum omnino alium ex praecedentibus imitatus est, quod tamen si Reginoni locum a Ballerinis prolatum (lib. I cap. 117) inspicimus, minime verum esset.

Postquam Burchardus ex ea quae ab Anselmo nomen habet collectione, suum opus adornavit, ipsa collectio ita obsolevit, ut nec Anselmus luccensis, nec alius quispiam eorum, qui postea canones collegerunt ad illam accesserint, sed omnia ex Burchardi opere haurienda esse censuerint, non aliam profecto ob causam, nisi quia amplam atque indigestam antecessoris molem ordine ac methodo disposuerit.

§. 6.

Alia canonum collectio, quae Vindobonae in bibliotheca imperiali asservatur, (jus can. n. 99. in 4.) magis multo quam ea, de qua nuper diximus, ad collectionem tripartitam accedit, cum eam jam in

19) *De antiquis canon. coll.* P. IV. c. 11. p. 632. l. c.

tres partes divisam deprehendamus. Prima etenim pars 80 capitula exhibet, quae ex spuria Isidori collectione desumpta sunt, et Rom. pontificum, Clementis scilicet, aliorumque qui cum usque ad Gregorium juniorem sequuntur, decretalium fragmenta juxta temporum successionem disposita exhibent. Hisce addita sunt quaedam Nicolai I decreta ex ejusdem litteris ad Salamonem episcopum constantiensem, et Carolum archiepiscopum coloniensem datis excerpta. [20]) Primae huic parti auctor praefixit ordinem celebrandi concilii ex Pseudo-Isidoro, nec non fragmenta quaedam ex ipsius praenotationibus desumpta, quae ita inscribuntur: *Origo conciliorum generalium et adnotatio synodorum, quarum gesta in hoc* (Pseudo-Isidoriano) *codice continentur*, quam tamen adnotationem auctor noster usque ad concilium vigesimum quartum produxit. (*item lugdunense in qua patres 20 statuerunt quorum maxime item Priscus lugdunensis episcopus extitit.*) [21] et [22]). Rom. pontificum insuper catalogum, quorum series a s. Sylvestro incipiens ad Gregorium juniorem usque pertingit, auctor annexuit, in quo singulorum pontificum nominibus numerum adscripsit, qui loco, quem eorum quilibet in pontificum serie occupat, plane respondet. [23]). Quibus dein concilium triburense an. 795 habitum et nonnulli canones ex synodis graecis et latinis, nec non fragmenta quaedam ex regum Francorum capitularibus decerpta, adjiciuntur, quae licet pauciora ac minoris momenti sint,

20) Apud Mansi T. XV. 454. sq. 434—448 et seq.

21) Tertium lugdunense concilium an. 583 apud (Labat:) Conciliorum Galliae, tam editorum quam ineditorum, collectio temporum ordine digesta ab a. Christi 177. ad a. 1563. Opera et studio Monachorum congregationis S. Mauri. Parisiis 1789. in fol. T. I. p. 1287.

22) Rubr. LXX. in Petitii editione p. 264. T. 1. in Codice Vindobonensi Rubr. LXIII. Confer Gratianum D. 16. c. 11. qui hunc locum in Decretum recepit.

23) Sylvester Papa a Petro XXXIV. congregatis cum consilio Constantini Augusti in urbe Roma CCLXXVII. patribus post nicenam synodum damnavit item Arium et ceteros haereticos et constitutiones plerasque ecclesiae necessarias ordinare studuit. Siricius a Petro XL. scripsit decretalia capitula XV. propter quasdam necessitates Emerio episcopo consulente . . . . Innocentius a Petro XLII. scripsit quasdam epistolas ad episcopos diversarum provinciarum, in quibus continentur *capitula decretalia* LVI. Sosimus P. XLIII. a Petro scripsit epistolam decretalem ad Hesicium Salonitanum episcopum sub *tribus capitulis* praenotatam . . . . Hilarius P. a. Petro XLVIIII. praesentibus episcopis et presbyteris XLV. statuit capitula et synodica VI., in quibus continentur capitula XXII. . . . . Foelix P. a Petro L. praesentibus episcopis et presbyteris LXXXI. capitula canonum constituit XXIIII. pro rebaptizandis in Africa episcopis, presbyteris et diaconibus . . . . Gregorius II. P. a Petro XCI. scripsit capitula XVII. omni ecclesia servanda cum patribus XXXIII. ea quae sub anathematis vinculo allegant. Catalogus iste, in quo adornando auctor tum Pseudo-Isidori tum Dionysii aliorumque operibus usus est, nonnulla habet, quae ipsi propria omnino sunt.

secundam tamen collectionis partem constituunt. Terti a demum pars et uberiorem et ordinatiorem sese praebet. In ea auctor capitula 98 rejecit, quae ex patribus, decretalibus, et canonibus decerpsit, atque apposito hoc titulo: *incipiunt capitula ex canonibus* 88 *patrum*, quin alterum alteri ullo pacto conjungeretur, ita disposuit, ut earum collectionum speciem praeseferat, quae nomine *deflorationis canonum* frequentissime occurrunt. Codex nono adhuc saeculo conscriptus videtur, quique istiusmodi artium peritiores sunt, concilii triburensis recensionem, quam collectio exhibet, eodem tempore quo concilium ipsum celebratum fuit, adornatam esse contendunt.

Ceterum quamvis haec nostra collectio minoris momenti sit, ipsa tamen posteriores canonum compilatores usi esse videntur. Quod si codex qui illam exhibet revera nono adhuc saeculo exaratus est, Regino primus illam adiisset: siquidem circa annum 906 suum opus conscripsit. Apud ipsum enim fere omnia tertiae partis capitula reperiuntur [24]; eadem cum nostro codice est rerum series, iidem tituli. Si vero quis codicis aetatem impugnaret, hanc nostram collectionem ex Reginonis compilatione desumptam esse dicere oporteret.

§. 7.

Hactenus plerasque ex antiquis canonum compilationibus illustravimus. Ad eam nunc manum admovemus de qua prae ceteris nobis agendum est, cumque ad illam omnes quaestiones, quas nobis proposuimus referantur, paulo accuratius describenda esse videtur.

Haec igitur collectio, quod superius adnotavimus, in tres partes tota dividitur, quarum prima rom. pontificum litteras, altera conciliorum canones, tertia denique loca ex ss. Patrum aliorumque ecclesiasticorum scriptorum operibus, nec non ex rom. et francorum juris collectionibus decerpta complectitur. Auctor aliorum compilatorum morem sequutus praefatiunculam [25] collectioni suae prae-

---

24) Sequentia nostrae collectionis capitula apud Reginonem inveniuntur. C. 3—5. 2. 8. 9. 10. 11. 13. 14. Reg. lib. 2. c. 6—9. 49. 50. 61. 68. 92. 63., c. 18—30. Reg. lib. 2. c. 167—170. 174. 176. 178. 182. 183. 185. 188. 189. 192., c. 31 32. R. L. 2. 196., c. 36—32. Reg. L. 2. c. 111. 112. 117. 118. 176. 282.

25) Quoniam quorumdam Romanorum decretalia Pontificum synodalibus tempore praestant conventibus, non incongrue in nostrae deflorationis opusculo primas sibi vindicant partes. A beati si-

posuit, in qua tum operis finem explicat, tum fontium, ex quibus hausit, naturam indigitat.

Ad conficiendam primam et secundam operis partem, nulla alia quam Pseudo-Isidori collectione usus est, gallicamque ad hoc ipsius recensionem adhibuit. Plurima tamen occurrunt, quae ipsius propria

---

quidem Petri apostòlorum principis praesulatu usque ad Constantini imperatoris serenissimi tempora, seu propter raritatem episcoporum, sive etiam propter rabiem persecutorum, aut nulla aut certe vix ulla creduntur celebrata concilia pontificum. Huc accedit quod canones Apostolorum nicaenis et plerisque aliis inferioris habentur auctoritatis, cum utpote a nonnullis illorum esse legantur. Unde quod liberius atque ut dixerim commodius agi poterat, Apostolici viri consortes fidei litteris informabant, insinuantes videlicet quid appetere, quid cavere, quid tenere, quid postremo rejicere deberant. Verum cum christianitatis religio, favente pio principe Constantino longe lateque per orbem propagari coepisset, simul etiam episcoporum coeperunt libere celebrari conventus. Qui tamen cum a praesulibus sanctae hactenus per quatuor orbis climata celebrari non desinant ecclesiae, ille tamen qui in Nicaea civitate Bithyniae a S. Sylvestro convocatus et a CCCXVIII. episcopis legitur celebratus, summae auctoritatis palmam tenere perhibetur, licet in ordine prior non habeatur. Sed inter haec notandum, quod cum a pontificatu Petri Apostolorum principis usque ad presulatum Sylvestri XXX. et duo connumerentur pontifices, semotis Lino et Cleto, quod illi scilicet superstite adhuc Petro Apostolo episcopatu functi sunt, nemo tamen eorum suis decretalibus aliqua sancire omiserit. *Chrisogono* dumtaxat excepto, qui XXVIII. a Petro computatur Apostolo. Rursus eum a S. Sylvestro usque ad beatum Gregorium aeque XXXII. supputantur praesules, omnes similiter praeter *Mercurium* solum, qui LXII. praesulatu post Petrum Apostolum functus est, *edidisse* leguntur. Verum his ita consideremus quae sit ejus nominis quod est decretale significantia. Igitur decretum, quod a decerno verbo derivatur, ex seque aliud nomen procreat, videlicet decretale, cujus plurale est decretalia, intelligitur institutum, sive constitutio. Unde et decretalia instituta sive constitutiones possunt intelligi. Sed jam tandem eorumdem decretalium necessarias paginae imprimamus sententias. *Explicit prologus. Incipiunt capitula.* In hac quidem forma habetur collectio in codice ms vaticano, in quatuor regiae bibliothecae parisiensis codicibus (nr. 3858. 3858 A. 3858 B. 4282.). In codice berolinensi (ms. lat. nr. 104 fol.) Ivonis prologus huic prologo praemittitur, quem dein hac adjecta nota descriptum exhibet: « Explicit prologus primus. Item prologus sequentis operis. » Codex ms. cum *ordine celebrandi concilii* incipit, qui in omnibus cum illo convenit, quem Burchardus Wormat. in fine Concilii Saligunstadensis descripserat, quique a nostri codicis librario perfectiori forma, quam a Burchardo exhibetur. Illum enim nota illa *admonitio ad Sacerdotes* subsequitur, quam S. Anselmus lucensis Leoni tribuit, et hac epigraphe in suam collectionem recepit: » *incipit sermo quem S. Leo Papa composuit in synodo dicendum* ». Ord. Romanus apud Melch. Hittorp: De divinis catholicae ecclesiae officiis in mysteriis, varii vetustorum aliquot ecclesiae patrum ac scriptorum ecclesiasticorum libri. Parisiis 1610. in fol. p. 174. sq., cum quo hic noster maximam similitudinem habet, eandem admonitionem exhibet. Cf. J. Mabillon Musaei Italici T. II. p. 373—397. Parisiis 1724. 4. Ed. Martene: de antiquis ecclesiae ritibus lib. III. c. 1. p. 867. sq. Antwerpiae 1736. in fol. T. II. Burchardinum fragmentum in omnes conciliorum collectiones receptum fuit: Labbe et Cossart. T. IX. p. 848—833. Colati T. XI. p. 1133—1138. Hardouin, T. VI. P. 1. p. 829—834. Mansi T. IX. p. 400—406. Hartzhemius Concil. Germaniae T. III. p. 9—16. Nulla tamen re Codex berolinensis magis distinguitur, quam titolo sibi omnino proprio et peculiari, de quo mox plura dicemus, quique sic se habet: Liber monasterii beatae virginis Mariae in lacu in quo continentur modus de observantia synodi. *Item liber canonum Ivonis de ordine Regularium beati Augustini carnotensis episcopi ex sententiis summorum Pontificum et generalium conciliorum atque sanctorum patrum in unum collectus, distinctus in decem libris.* In codice Parisiensi nr. 3885. A. a librario versus qui sequuntur descripti sunt:

sunt, suumque opus ab aliis hujusmodi superiorum aetatum secernunt. Quemadmodum in prima parte rom. pontificum seriem, quam Pseudo-Isidorus cum Gregorio juniore claudit, usque ad Urbanum II († a. 1099) perduxit; dein *exceptiones s. Sylvestri* statim Melchiadis decretalibus, quin quidquam interserat, subjunxit, eum tamen Pseudo-Isidorus conciliorum canones ipsis intromiserit. Duos insuper romanos pontifices nominat, Chrysogonum nempe et Mercurium, quos omnino ignoramus, et quorum nec ipse Blanchinius [26]) doctus ille et in rerum antiquarum studio indefessus, qui vitas pontificum ab Anastasio conscriptas edidit, ullum in historia vestigium invenire potuit. In adscribendis singulorum pontificum nominibus numerum locumve, quem in pontificum serie quisque tenet, sedulo indicat [27]), qua in re illum collectorem imitatus esse videtur, cujus codicem m. s. diximus in bibliotheca Vindobonensi adservari. Pontificum decretales non perturbato ordine ex Pseudo-Isidoriana collectione desumptae, et in capitula divisae sunt. Haec invicem capitula continuata numerorum serie ita sese excipiunt, ut ultimae decretalis capitula capitulis primae naturali ordine subnectantur. Passim quoque auctor adnotavit, ubi ab altera decretali ad alteram progreditur. [28]) Hanc dividendi rationem in disponendis cujusque pontificis litteris ita ipse sectatus est, ut omnium ejusdem litterarum capitula

---

Laeta cohors fidelium dei precare filium
Ut nos sua clementia ducat ad coeli gaudia,
Nobis laetitia sit super omnia et bonis copia.
Cum dei gratia, per quem solemnia
Sine tristitia sint in ecclesia.
. . . .
Deus propitius esto mihi Willelmo peccatori.
Ecclesiae quaecunque nocent, quaecunque molestant,
Egregie decreta docent simulque manifestant.
Eximii scriptor operis laudandus in isto.
Abbinii Willelmi eris pro judice Christo.
Bona geres tunc pace fruens, cum praemia regni
Jam referes praemissa lucens in luce perenni.

Codex bibliothecae Vindobonensis (Cod. Teolog. nr. 355. in fol.) mancus est, et cum Partis III. tit. 22. incipit.

26) Romae 1731—1735. 4. voll. in fol. T. 1. p. 30 et 90.

27) Anacletus P. *tertius a Petro*, etc.

28) Clemens in prima epistola. c. 11. Cl. in secunda epistola sua. c. 20. Cl. in tertia epistola. c. 32. Cl. in quarta epistola, etc. Capitula, quae a primo usque ad undecimum sese subsequuntur, omnes ex prima decretali desumpta sunt, quod saepius hisce verbis indicatur: *Item de eadem epistola.*

separatim numerentur, et tum ab anteriorum tum a posteriorum pontificum litterarum capitulis, penitus distincta sint.

In adnotanda secunda parte, eandem methodum servavit auctor; singula enim concilia eodem ordine suae collectioni inseruit, quo illa Pseudo-Isidorus disposuerat, et singulorum canones ita numeris distinxit, ut cujusque concilii canones propria numerorum serie censeantur, neque cum sequentis concilii canonibus conjungantur. Graeca concilia a concilio nicaeno I, latina a carthaginensi I exorditur. Illorum seriem cum concilio chalcedonensi, harum vero, cum secundo hispalensi claudit. Titulos seu summulas a Pseudo-Isidoro appositas, necnon numeros, quibus ipse conciliorum canones distinxerat, communiter retinuit, graeca tamen concilia eadem fere ratione disposuit qua in prima parte rom. pontificum decretales disposuerat. Chalcedonensi concilio plures canones ex synodo Quini sexta seu Trullana, quae Constantinopoli an. 692 habita fuit, subjunxit, quibus loca quaedam ex venerabili Bedae et aliorum ecclesiasticorum scriptorum libris, necnon ex ejusdem concilii actis desumpta praefixit. Ceterum canonum versio in multis ab illa discrepat, quae in conciliorum collectionibus habetur [29]), magisque ad Graecorum exempla accedit [30]). Concilium dein secundum nicaenum an. 787. habitum, et synodus octava annis 869 et 870 celebrata annexa sunt, quibus iterum fragmenta quaedam ex ipsorum actis decerpta praemittuntur. Cuilibet denique canonum seriei, tum eorum qui ex latinis, tum eorum qui ex graecis conciliis decerpti sunt, capitula nonnulla ex ss. Patrum et aliorum scriptorum operibus deprompta, addita sunt.

---

29) Mansi T. XI. p. 939—988.

30) Exempli gratia eorum canonum versionem hic apponimus, qui neque in Ivonis neque in Gratiani opera transierunt. C. 8. (can. 20.) *Non licere episcopo in civitate, quae ad eum non pertinet, praedicare.* Non liceat episcopo in altera, quae ad eum non pertinet, civitate publice praedicare. Si quis vero inventus fuerit hoc faciens, ab episcopio cesset, quae vero presbyteri sunt, faciat. C. 9. (can. 21.) *De episcopis*. Qui pro culpis suis inrecupabiliter depositi sunt et in locum laicorum redacti, si sponte sua convertantur ad dominum et peccato renuntiant pro quo depositi sunt, at omnino se alienant ab eo, clericalem tonsuram non perdant. Si vero peccato adhaeserint quemadmodum laici comas dimittant, quia mundanam conversationem coelesti vitae proposuerunt. C. 11. (can. 26.) *De presbyteris non legalibus nuptiis detentis.* Presbyterum nuptiis non legalibus detentum cathedram quidem habere sed ab officio abstinere praecipimus. Sufficiat ei hujusmodi indulgentia, quia benedicere aliis eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. *Benedictio enim sanctificationis traditio est.* Qui vero hanc non habet propter delictum.

Tertia collectionis pars, quae sola canonum collectionis speciem refert, loca exhibet ex patribus, scriptoribus ecclesiasticis, Romanorum et Francorum legum compilationibus excerpta, et in 29 rubricas disposita, quarum dein singulae plura capitula nunquam perturbato numerorum ordine distincta dividuntur. Quibus tamen capitulis alia tum decretalium tum canonum fragmenta admixta sunt.

Hujus collectionis auctorem non minus quam tempus, quo confecta fuit, ignoramus. Attamen cum rom. pontificum seriem non citra Urbanum II perducat, nec posteriorum conciliorum canones exhibeat, merito illam hujus pontificis tempore elaboratam fuisse credimus. Tanto enim tamque admirabili in colligendis monumentis ardore auctor suum opus absolvit, ut certe si quae posteriora habuisset aut cognovisset documenta, illa ipse inseruisset.

Cum nos in hujusce nostri opusculi decursu saepissime ad hanc collectionem accedere debeamus, necessarium ducimus perspicuam quandam ipsius speciem exhibere, ne quoties illam proferimus, non satis lectores nos inteligant. Hinc in nota omnium collectionis argumentorum indicem apponimus, in quo retenta trium partium divisione, cujusque pontificis decretales, et singulorum conciliorum canones in totidem titulos distribuentes eundem omnino temporis ordinem sequuti sumus, quem auctor in sua collectione observaverat. Quod vero ad appendices illos duos spectat, qui, uti diximus conciliorum tum graecorum tum latinorum canonibus adjiciuntur, primum hac nota distinximus, scilicet, pars secunda appendix a. Alterum vero hac alia: pars secunda appendix b. ipsosque simul cum aliis titulis numeravimus. 31)

---

ignorantiae, quomodo aliis tradet? Neque enim publice neque private benedicat, neque corpus domini dispenset aliis, neque alio modo ministret, sed sufficiat ei quod praesidet (ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ) et imploret a domino, ut dimittatur ei iniquitas ignorantiae suae. Manifestum autem quod ei hujusmodi non legitimae nuptiae solventur et nullatenus vir accessum habebit ad eam, propter quam sacro ministerio privatus est.

31) Pars I. T. 1. Decreta Clementis c. 23. T. 2. D. Anacleti c. 25. T. 3. Evaristi c. 6. T. 4. Alexandri c, 8. T. 5. Sixti c. 5. T. 6. Telesphori c. 5. T, 7. Hygini c. 3. T. 8, Pii c. 5. T. 9. Anitii c. 7. T. 10. Soteri c. un. T. 11. Eleutherii c. 4. T, 12. Victoris c 4. T, 13. Zepherini c. 3. T. 14. Calixti c. 14. T. 15. Urbani c. 5. T. 16. Pontiani c. un. T. 17. Anteri c. un. T. 18. Fabiani c. 12. T. 19. Cornelii c. 3. T. 20. Lucii c. 3. T. 21. Stephani c. 7. T. 22. Siati c. 2. T. 23. Dionysii c. 2. T. 24. Felicis c. 7. T. 25. Eutychiani c. un. T. 26. Gaji c. 2. T. 27. Chrysogoni c. un. Chrysogoni Papae decreta, qui XXVIII. a Petro apostolo sortitus est cathedram, nusquam reperi nisi quod ad quandam virginem exhortatorias ad sufferendum martyrium

Videndum nunc est, an et quosnam antecessores nostrae collectionis auctor sequutus sit. Ad primam quidem et secundam par-

---

scripsit litteras Mediolanum. Verum cur hoc acciderit, utrum scilicet cita morte praeventus sit vel aliud quid ei contigerit, non satis elucet. T. 28. Marcellini c. 2. T. 29. Marcelli c. un. T. 30. Eusebii c. 4. T. 31. Melchiadis c. 7. T. 32. Julii c. 7. T. 33. Felicis c. 5. T. 34. Liberi c. un. T. 35. Damasi c. 4. T. 36. Syricii c. 11. T. 37. Anastasii c. un. T. 38. Innocentii c. 27. T. 39. Zosimi c. 2. T. 40. Bonifacii c. un. T. 41. Coelestini c. 6. T. 42. Sixti c. 4. T. 43. Leonis c. 51. T. 44. Hylarii c. 2, T. 45. Simplicii c. 2. T. 46. Gelasii c. 58. T. 47. Anastasii c. 2. T. 48. Symachi c. 20. T. 49. Ormisdae c. 2, T. 50. Felicis c. 2. T. 51. Silverii c. un. T. 52. Vigilii c. 2. T. 53. Johannes III. c, 2. T. 54. Pelagii c. 30. T. 55. Gregorii c. 112. T. 56. Gregorii II. c. 8. T. 57, Gregorii III. c. 8. T. 58. S. Bonifacii M. c. 2. T. 59. Zachariae c. 2. T. 60. Leonis IV. c. 23. T. 61. Gregorii IV. c. 2. T. 62. Nicholai c. 74. T. 63. Joannis VIII. c. 8. T. 64. Stephani V. c. 9. T. 65. Leonis IX. c. 2. T. 66. Alexandri II. c. 7. T. 67. Urbani II. c. 3. P. II. T. 1. Conc. Nicaen. integrum. T. 2. C. Ancyr. c. 14. T. 3. C. Neocaesar. c. 9. T. 4. C. Gangrensa integrum. T. 5. C. Sardic. c. 13. T. 6, C. Antioch. c. 18. T. 7. C. Laod. c. 29. T. 8. C. Constant. c. 4. T. 9. C. Ephesin. c. un. T. 10. C. Chalced. c. 26. T. 11. synodi quinisextae c. 17. T. 12. C. Nicaen. II. c. 14. T. 13. O. Synodi VIII. c. 31. T. 14. Ap.a. c. 16, T. 15. C. Carth. I. c. 3, T. 16, C. Carth. II. c. 5. T. 17. C. Carth. III. c. 30. T. 18. C. Carth. IV. c. 102. T. 19. C. Carth. V. c. 14. T. 20. C. Carth. VI. c. un. T. 21. C. Carth. VII. c. 5. T. 22. C. Milevit. c. 11. T. 23. C. Arelat. I. c. 4. T. 24. C. Arel. II. c. 8. T. 25. C. Arel. III. c. 2. T. 26. C. Araus. c. 11. T. 27. C. Vasen. c. 5. T. 28. C. Agath. c. 68. T. 29. C. Aurel. c. 27. T. 30. C. Elibert. c. 16. T. 31. C. Tarracon. c. 9. T. 32. C. Gerund. c. 5. T. 33, C. Caesaraug. c. 2. T. 34. C. Heleroensi (Herd.) c. 11. T. 35. C. Tolet. I. c. 9. T. 36. C. Tolet. III. c. 12. T. 37—43. C. Tolat. IV. c. 30., VII. c. 5., VIII. c. 2., IX. c. 6., X. c. 3., XI. c. 6., XII. c. 3. T. 44. Divers. conc. c. 7. T. 45. et T. 46. C. Brac. I. c. 2. II. c. 9. T. 47. Capitula de concilio Martini P. c. 84. T. 48. C. Brac. III. c. 3. T. 49. C. Hisp. II. c. 6. T. 50. Ap.h. c. 39. P. III. T. 1. De fide et sacramento fidei, de baptismo c. 23. T. 2. De sacramentis ecclesiasticis c. 27. T. 3. De rebus ecclesiasticis et de earumdem reverentia et observatione c. 34. T. 4. De observatione dierum c. 2. T. 5. De jejunio c. 5. T. 6. De consuetudinibus ecclesiasticis c. 18. T. 7. De consuetudine c. 17. T. 8. De primatu Romanae ecclesiae c. 9. T. 9. De episcopis c. 23. T. 10. De clericis et eorum causis c. 53. T. 11. De monachis c. 14. T. 12. De sanctimonialibus c. 8. T. 13. De monachis et sanctimonialibus c. 7. T. 14. De virginibus c. 9. T. 15. De conjugiis c. 106. T. 16. De incesta copulatione c. 32. T. 17. De septem gradibus consanguinitatis c. un. T. 18. De nocturna illusione c. 4. T. 19. De incestu concubitu c. 4. T. 20. De homicidiis licitis et illicitis c. 57. T. 21. De incantatione daemonumque superstitione c. 21. T. 22. De mendaciis et perjuriis c. 33. T. 23. De injuriosis et flagitiosis c. 3. T. 24. De usurariis c. 6. T. 25. De venatoribus c. 5. T. 26. De truncatoribus membrorum c. 9. T. 27. De excommunicatis c. 24. T. 28. De poenitentia c. 18. T. 29. De causis laicorum c. 284.—T. 17. c. un. celebrem Isidori locum ex Pauli sententiis desumptum exhibet, qui ex Burchardi decreto lib. III. c. 28. in nostram collectionem transiit. Tabulae, quae consanguinitatis gradus exhibet in codice Berolinensi versus, quos hic submittimus, adscripti sunt:

Haec consanguinitatis paulatim volvitur in se,
Donec ed extremos permeat usque gradus.
His quia tunc metis cognatio deficit omnis,
Conjugium licitum est et renovare thorum.
Quod vero sexto ramo concluditur ordo,
Sex mundi aetates significare vides.
Ut status ipsa hominis numero completur eodem
Iccirco generis ordo nitet similis.

In duobus codicibus manuscriptis parisiensibus hic titulus desideratur.

tem quod attinet, dubium videri poterit utrumne in illis ardornandis alios priores collectores imitatus fuerit, necne. Modus enim quo Pseudo-Isidori collectionem excerpsit, ipsi proprius ac peculiaris est. Ab auctore autem illius collectionis, quae Anselmo dedicata est, quam maxime discrepat. Ipse enim nunquam a Pseudo-Isidoro recedit, decretalium fragmenta eodem plane ordine quem in Pseudo-Isidori collectione servant profert et ipse, eaque nec ab invicem separat, nec diversis collectionis suae locis interserit, multo tamen pauciora capitula, eaque selecta ex ipso deprompsit, dum ille totum ferme Pseudo-Isidori opus indiscriminatim nulloque habitu delectu in suam compilationem congessit.

Ceterum negari minime potest, maximam similitudinem nostram collectionem inter atque illam aliam intercedere, quae in codice vindobonensi habetur, de qua nuper loquuti sumus. Prima siquidem nostrae collectionis pars, eadem plane ac in vindobonensi, licet uberiori forma, disposita est:, utrinque capitula omnia ex Pseudo-Isidoro unice desumpta sunt, et pontificibus singulis, adscripta est nota, quae significat quantum quisque in pontificum serie a beato Petro distet. Capitula denique fere omnia [32]) quae in vindobonensi codice reperiuntur, plus minusve quandoque immutata [33]) cum iisdem omnino titulis, et in eadem forma atque in eodem ordine in nostram collectionen transierunt.

Neque mirum videri debet quod auctor collectionis, quae sane amplissima est, parvam illam ac jejunam vindobonensem sequutus sit: quandoquidem ingentia etiam opera a minimis normam atque incrementum non raro accipiant. Secundam partem quod spectat non alio duce neque magistro indiguit auctor, cum a Pseudo-Isidoro jam omnia parata essent. Ad adornandam demum tertiam operis sui partem, unum Burchardi wormatiensis decretum in promptu habuit [34]) re-

---

32) C. 3. 14. 18. 27. 38. 39. 40. 42. Ctp. P. I. T. 1. c. 22. T. 2. c. 19. T. 3. c. 3. T. 5. c. 1. T. 12. c. 1. et 3. T. 13. c. 3. C. 47. 51. 52. 56. 57. 59. 63. Ctp. P. I. T. 15. c. 1. 2. T. 17. c. 2. 3. T. 21. c. 3. T. 22. c. 2. T. 29. c. un. T. 51. c. 2.

33) C. 4. 5. 10. 11. 12. 13. 13. 16. 17. Ctp. P. I. T. 1. c. 20. 21. T. 2. c. 5. 9. 10. 11. 13. 23. 24., C. 28—32. 25. 37. 41. 54. 55. 58. Ctp. P. I. T. 6. c. 1. 3. 4. 6. T. 7. c. 1. T. 8. c. 1. T. 9. c. 3. 4. T. 10. c. un. T. 13. c. 2. T. 18. c. 8. T. 21. c. 1. T. 26. c. 2.

34) En quaedam exempla: P. III. T. 1. c. 12—16. Burch. L. 4. c. 13. 16. 50. 51., T. 2. c. 2—6. B. L. 5. c. 13. 16. 20. 21 47. T. 3. c. 9—12. 27. 28. 30. 31. B. L. 3. c. 9—12. 142.

ceptis aliis fere omnibus. Attamen quum hinc messem colligeret eadem voluit uti libertate, qua Burchardus quum suorum antecessorum compilationes meteret.

---

146. 159. 160. T. 6. c. 1—3. B. L. 3. c. 126—128. T. 10. c. 7—9. 12—16. B. L. 2. c. 181. 182. 184. 185—187. 191. 192. T. 12. c. 1—8. B. L. 8. c. 10. 19. 22. 23. 37. 54. 58. T. 13. c. 1—5. B. L. 8. c. 65. 68. 86. 96. 98. T. 15. c. 63—68. 70—78. B. L. 9. c. 3. 4. 46. 46. 47. 51. 54. 59. 60. 61. 65. 66. 74. 95. 81. 82. T. 16. c. 9—13. 19—29. B. L. 7. c. 2. 3. 10. 15. 15. 17. L. 17. c. 9. 12. 13. 22—24. 33. 34. 45. 46. 49. T. 20. c. 53—55. B. L. 6. c. 21. 22. 42. T. 28. c. 7—10. 16—18. B. L. 18. c. 14. 16. 20. 21. L. 19. c. 11. 12. 15. T. 29. c. 1. 3—17. B. L. 13. c. 8—11. 22. 29. 30. 34—37. 40—44.



CAPUT II.

Quid sit discriminis inter collectionem tripartitam ac Ivonis opera.

Quin diutius in referendis aliorum opinionibus [1]) circa Ivonis opera, iisque approbandis vel refutandis immoremur, ad hanc nostram collectionem nosmet convertamus, eamque cum Ivonis operibus comparemus, ut hinc pateat Ivonem panormiae solummodo auctorem dici posse, eamque nostrae collectionis ope exstruxisse; decretum vero non Ivoni, sed alii cuidam, qui multo post vixerit tribuendum esse.

Panormiam germanum esse Ivonis opus omnes fere viri sapientes fatentur, ii etiam, qui illam ante decretum elucubratam fuisse, ac proinde nullo modo decreti summam esse contendunt. Omnes omnino codices mss. tam antiqui quam recentiores, qui panormiam exhibent, quorum innumeros in bibliothecis Galliae praesertim inspicere mihi licuit, Ivonis nomen praeseferunt, iisque praeit notus illius prologus. Plurimi itidem iique optimi, nullam Leonis IV. decreto de eligendo pontifice antiquiorem decretalem litteram exhibent: appendix vero de canone, qui libri et quo tempore sint legendi in ecclesia, praeterea concilii Lateranensis II. sub Innocentio II. celebrati, canones in plurimis desiderantur. Docti vero ferme omnes in hoc consentiunt, quod mempe postremi tardius panormiae superadditi fuerint. Nec minus certum esse videtur, alium quoque de legendis libris canonem huc insuper accessisse, tum quia nullius auctoritatis est, utpote qui ex rituali quodam libro desumptus, tum quia idem titulus in alio etiam ejusdem collectionis loco invenitur. [2])

---

1) Hae sententiae habentur in Cas. Oudini Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis T. II. p. 873—876. Lips. 1722. fol. Histoire litéraire de France T. 10. p. 102. ff. Ballerinii l. c. P. IV. c. 16.

2) Utor editione, quae Lovanii anno 1557. in octav. facta est. In capitula divisa est, qua de causa, etsi minus recte haec divisio facta sit, a correctoribus romanis, necnon ab Antonio Augustino et a Baluzio et aliis adhibita fuit. Ceterum brandianam editionem nulla prorsus facta mutatione refert.

§. 1.

Ubi Ivonis panormiam accurate cum collectione tripartita quis conferat attenteque consideret quam intime hae duae compilationes inter sese conjungantur, facili negotio comprehendet panormiam totam illinc quodammodo emersisse, ex ipsius scilicet vasta atque indigesta mole elaboratam et in quendam ordinem fuisse redactam. In singulis itidem partibus et rubricis maxima dignoscitur inter utramque collectionem similitudo, quae praesertim in tertia illius collectionis parte apparet. Ex hac enim non singula quaedam capitula, sed integras rubricas desumpsit, 3) ac paucissimis tantummodo exceptis capitulis, sine ulla ordinis vel formae immutatione in suam collectionem recepit. Romanas vero leges ex una collectione tripartita transtulit. 4)

---

3) Ut pateat, quam intime hae duae collectiones connexae sint ex singulis Panormiae partibus praecipua capitula adnotabo, quae Ivo ex tripartita et non ex alia quadam collectione hauserat. Singulis vero Panormiae capitulis, tripartitae capitula adscripsi. Ivo Pan. P. I. c. 28. 31. 65. 87. 95. 109. 111. 121. 122. Coll. t. p. P. III. T. 1. c. 5. 1. 23. 7. 9. 10. 11. 15. 16. c. 144. 150. 153. 156. Coll. t. p. P. III. T. 2. c. 2. 5. 6. Ivo Pan. P. II. c. 18. 20. 21. 36. 63. 78. 80. 81. Coll. t. p. P. III. T. 3. c. 9. 11. 12. 33. 26. 5. 4. c. 117. 118. 119. 126. 127. 141—144. 158. 159. Coll. t. p. P. III. T. 6. c. 5. 7. 4. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 1. 2. c. 120. 161—168. Coll. t. p. P. III. T. 7. c. 11. 1. 2. 3. 4. 8. 5. 9. 6. c. 181. 184. 194. Coll. t. p. P. III. T. 5. c. 3. 4. 2. Ivo Pan. P. III. c. 5. 6. 7. 51. Coll. t. p. P. III. T. 9. c. 2. 3. 42. c. 41. 132. 175. 176. 177. 178. Coll. t. p. T. 10. c. 1. 35. 1. 2. 3. 4. c. 179. 180. Coll. t. p. P. III. T. 11. c. 5. 6. c. 187. 188. 205, 206. 209. Coll. t. p. P. III. T. 12. c. 1. 4. 6. 8. Ivo Pan. P. IV. c. 7. 8. 117. Coll. t. p. P. III. T. 7. 8. T. 9. c. 53. Ivo Pan. P. V. c. 1. 2. 9. 3. 108. Coll. t. p. P. III. T. 10. c. 7. 9. 12. T. 9. c. 50. 23. c. 79. 83. 84. 85. 87. 88. 124. 125. 126. Coll. t. p. P. III. T. 27. c. 1. 2. 3. 4. 17. 18. 13. 15. 16. Ivo Pan. P. VI. c. 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 16. 27. 28. 29. 31. 34. 45. 53. 57. 60. 62. 64. 65. 66. 70. 71. 74. 75. 79. 80. 85. 91. 103. 104. 105. 107. 108. 109. 110. 113. 117. 118. Coll. t. p. P. III. T. 15. c. 1. 64. 46. 63. 36. 7. 8. 9. 5. 20. 29. 2. 3. 15. 43. 94. 16. 4. 5. 34. 35. 11. 24. 32. 98. 99. 100. 101. 102. 107. 108. 104. 11. 13. 14. 55. 57. 58. 60. 61. 62. 79. 68. 81. 85. 94. 95. 17. 21. 22. 42. 48. 69. 70. c. 122–128. Coll. t. p. P. III. T. 1. c. 20. 21. 22. 17. 18. 19. Ivo Pan. P. VII. c. 4. 9. 10. 12. 17. 32. 33. 36. 37. 41. 42 47. 52. Coll. t. p. P. III. T. 15. c. 83. 84. 74. 75. 73. 91. 92. 93. 88. 89. 77. 87. 53., 33.; c. 53. 65. 66. 67. 73. 80. 83. 84—88. Coll. t. p. P. III. 16. c. 1. 23. 24. 27. 5. 12. 13. 15. 8. 16. 17. 18. c. 89. T. 17. c. unicum. Ivo Pan. P. VIII. c. 1. 2. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 22. 25. 26. 34. 35. 38. 39. 40. 44. 48—54. 56—59. 60. Coll. t. p. P. III. T. 20. c. 1. 2. 4. 5. 6. 14. 16. 17. 18. 21. 22. 23. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 36. 38. 39—45. 46—49. 51; c. 65. 66. 68. 73. 74. 79. 80. 81. Coll. t. p. P. III. T. 21. c. 14. 15. 16. 10. 11. 9. 8 7., c. 83—93. 94. 96. 103. 109. 111. 112. 117. 118. 119. 122. 123. 124. 128—131. Coll. t. p. P. III. T: 22. c. 2—11. 13 14. 18. 20. 23. 22. 21. 31. 15. 32. 17. 1. 24—28.

4) Ivo Pan. P. IV. c. 127—130. Coll. t. p. P. III. T. 10. c. 6. 7. 8. 9. Ivo Pan. P. V. c. 14—22. Coll. t. p P. III. T. 29. c. 171. 239. 131. 113. 99. 132. 138., c. 24—45. 47—75. 76.

Hinc etiam probari potest, Ivonem ex prima parte, quae decretales complectitur, multa ad suum opus adornandum desumpsisse. [5]) Secundam vero partem quod spectat, licet illam non minus quam collectionis tripartitae auctor ex Pseudo-Isidori opere mutuare potuerit, apertissime tamen patet, etiam in hac parte Ivonem ab antecessore suo non deflexisse. Ab illo enim concilii quini sexti, necnon nicaeni II. et oecumenici VIII. canones exscripsit, qui in Pseudo-Isidori opere desunt, et in collectione tripartita primo inveniuntur; dein ex earundem synodorum actis, quae in collectione tripartita synodis ipsis praefixa sunt, fragmenta quaedam, demum et capitula illa, quae uti diximus, appendicis loco tum graecis, tum latinis conciliis adjecta sunt, in panormiam recepit quibus omnibus nostram sententiam esse extra omnem dubitationis aleam positam, nemo est qui non videat.

At enim ex ejusdem Ivonis litteris non minus quam ex panormia constat collectionem tripartitam ipsi cognitam fuisse, eademque ipsum usus esse. Adnotavimus ea tantummodo loca [6]), quae in panormiam recepta non sunt, quae proinde evincunt ipsum in illis perscribendis collectionem tripartitam prae oculis habuisse. Si prae-

---

Coll. t. p. P. III. T. 29 c. 257. 95. 96. 19. 75. 97. 137. 138. 114. 266. 277. 276. 174. 153. 238. 183. 263. c. 23. 252. 242. 29. 42. 48. 49. 43. 44. 45. 53. 66. 68. 69. 117. 118. 121. 126. 128. 129. 177—179. 152. 202. 223. 224; 231. 270—274. Coll. t. p. P. III. T. 25. c. 5. Ivo Pan. P. VI. c. 1. 7. 11—15. 46. 48. 70—73. 110. 113. Coll. t. p. P. III. T. 3. c. 1. 36. 20. 29. 115. T. 29. c. 95. 116. T. 15. c 104. 105., T. 29. c. 74. 100., T. 15. c. 42. 48.

5) Ivo Pan. P. I. c. 18. 22. Coll. t. p. P. I. T. 43. c. 44. T. 55. c. 71. J. Pan. P. II. c. 170. 174. 177. Coll. t. p. P. I. T. 55. c. 50. T. 6. c. 1. T. 58. c. 3. J. Pan. P. III. c. 13. 43. 94. 55. 164. 165. 189. 145. 146. Coll. t. p. P. I. T. 43. c. 36. T. 58. c. 11. 21. T. 46. c. 31. 26. 27. 14. T. 55. c. 56 77. J. Pan. P. IV. c. 1. 4. 8. 10. 22. 25. 26. 29. 74. 75. 76. 100. 112. 113. 118. 136. Coll. t. p. P. 1. T. 30. c. 8. T. 2. c. 20. T. 62. c. 4. T. 2. c. 15. 16. 17. T. 9. c. 3. 4. 5. 6. T. 62. c. 74. T. 18. c. 11. 12. T. 25. c. un. T. 32. c. 2. T. 31. c. 1. T. 12. c. 2. T. 4. c. 2. T. 11. c. 1. J. Pan. V. c. 12. 13. 106. 134. 135. Coll. t. p. P. I. T. 62. c. 60. 61. 34. 65. 66. J. Pan. P. VII. c. 14. 15. 68. Coll. t. p. P. I. T. 62. c. 24. 54. T. 55. c. 111. Ex ipsis vero verbis, quibus decretalium fragmenta incipiunt, apparet, eas sine ulla mutatione de verbo ad verbum ex tripartita deprompta esse. E. gr. J. Pan. P. IV. c. 118. « *Alexander P. V. a Petro in suorum primo decretalium,* » etc.

6) Ep. 47. Coll. t. p. P. I. T. 46. c. 2. ep. 60. C. t. p. I. 39. c. 2. I. 46. c. 35. III. 3. c. 26. ep. 61. C. t. p. I. 64. c. 5. I. 62. c. 74. ep. 99. C. t. p. III. 15. c. 20. 2. 3. ep. 119. C. t. p. III. 15. c. 95. ep. 133. C. t. p. III. 29. c. 115. ep. 147. C. t. p. III. 15. c. 36. ep. 184. C. t. p. III. 3. c. 25. III. 7. c. 3. 4. 5. ep. 212. C. t. p. III. 29. c. 218. ep. 213. C. t p. I. 1. c. 23. ep. 222. C. t. p. III. 6. c. 5. ep. 241. C. t. p. I. 32. c. 1. ep. 242. C. t. p. III. 16. c. 42. Utor editione, quae de Ivonis operibus anno 1647. Parisiis in II. T. in fol. adornata est; decretum primo tomo complectitur.

termissis iis, quae hactenus ad nostram sententiam comprobandam adduximus, aliquis adhuc contendere velit, Ivonem in sua condenda panormia minime collectionem illam fuisse sequutum, immo tum, quum opus suum adornavit, ipsi penitus ignotam fuisse, id necessario tribuere debebit, tripartitam scilicet collectionem ex panormia desumptam esse: quod quamquam absurdum omnino sit affirmare, tamen simul probaret, collectionem pariter ex decreto, quod Ivoni vulgo tribuitur, desumptam esse, quandoquidem eodem omnino nexu, quem panormiam inter et collectionem tripartitam existere demonstravimus, cum hoc decreto conjungatur.

Veruntamen diutius in hac re immorare operae pretium minime ducimus, cum jam satis nostram corroboraverimus sententiam, Ivonem scilicet panormiam effinxisse ad exemplar et ex monumentis collectionis tripartitae.

Tanta interim erat collectionis illius moles, ut Ivonis liber, cum ipsa comparatus, in multis mancus appareret, et minime sufficeret ad omnem ecclesiasticam quaestionem dirimendam. Multa sane Ivo ex sui antecessoris collectione reliquerat, quae colligenda fuissent, diversasque suae collectionis rubricas pluribus capitulis ampliare adjectisque aliis novis rubricis, augere potuisset, quin ob nimiam atque inordinatam colligendi cupiditatem reprehendendus fuisset. Quod tamen Ivo neglexerat, alii fecerunt. Duo enim canonum collectores exstiterunt, qui Ivonis panormiam ex collectione tripartita, iteratis curis ampliarunt, et eodem fere tempore aut saltem post paullo, novas canonum collectiones adornarunt, quin tamen alter ex alterius opere quidquam assumeret. Primi nomen omnino latet, alter vero aut consulto Ivonis nomen sibi arrogavit, aut quod magis vero simile est, librariorum ignorantia editorumque errore sub tali nomine ad posteros pervenit.

Opus utrumque nunc diligentius illustrandum est.

§. 2.

Codex vindobonensis (Jus Can. num. 91. in 4.) collectionem exhibet, quae novam Ivonis panormiae recensionem, in decem partes divisam complectitur, quam divisionem ideo auctor amplexus fuisse videtur, ut in suo opere ardornando propius ad decalogum ac-

cederet, atque ita sui temporis indolem suorumque civium consilium sectaretur. Ceterum panormiam, integram ipsius divisionem in libros et capitula imitatus, eadem ferme servata forma in suam collectionem recepit, ita tamen, ut ipsius capitula propria et peculiari quadam ratione ac ordine disponeret. Capitula enim singula non dividit numeris nec unum post aliud inserit, sed plura, quae de iisdem rebus agunt, conjungit, ac ad unum veluti caput quod titulos seu rubricas imitatur, ita reducit, ut a primo capitulo cetera adjectis uno vel pluribus punctis distinguat, prouti plus minusve a principio distant. Ut vero decem essent partes, tertiam panormiae partem in duas divisit, queis decimam addidit, in qua de poenitentia agitur, cujus documenta, cum ab Ivone penitus esset omissa, tum ex collectione tripartita, (III. 28.) tum ex Burchardi wormatiensis decreto desumpsit. Collectio vero tripartita ita illi quodammodo sese praebuit quemadmodum sese ipsius antecessori [7] praebuerat.

Duplicem praefationem operi suo praeposuit, quarum alteram ipse conscripsit quae totius operis rationem exponit, alteram ex Ivonis panormia usurpavit, ut ipsa - utar auctoris verbis - totius sacrarii porta sit atque dux, quo dirigente quilibet ipsius arcana lustrare possit. Hinc Ivonis prologum suae etiam propriae praefationi anteposuit [8],

---

7) Pars IX. c. 6. pr. §. 1—2. c. 7. pr. §. 1—2. c. 8. pr. §. 1—2. c. 9. pr. §. 1—7. c. 10. pr. §. 1—5. c. 11. pr. §. 1—4. descriptum ex Ivonis Pan. P. VIII. c. 6—33. etc. c. 22 pr. §. 1—7. et c. 23. pr. §. 1—9. ex Coll. t. p. P. III. T. 22. c. 1—18., etc.

8) Voluntati vestrae, reverendissime pater, ut valui parui et sententias sanctorum patrum, multarum bibliothecis ecclesiarum diligenti curiositate perlustratis, ex gestis conciliorum et decretis Pontificum Romanorum, tractatibus quoque virorum illustrium et orthodoxorum carptim collegi et eandem collectionem ordinata compositione in unius voluminis corpus redegi, ut cui forte omnia illa, ex quibus haec collecta sunt, difficile fuerit habere, vel legere quod sibi judicaverit commodum, hic possit facilius invenire. Cui enim collectioni post descriptionem nominum et temporum Romanorum Pontificum tractatum viri venerabilis domini I. carnotensis episcopi, quem de consonantia canonum luculento admodum sermone dictavit, diligens lector lucernae vice inveniat, legat, et intelligat et sic penetralia subsequentis opusculi et abdida quaeque inoffenso pede percurrat. Nam et totam ejusdem opusculi contextionem ita studui disponere, ut praefationis loco ei per omnia videatur congruere. Ut autem idem libellus sacrae decalogo legis etiam numero partium conveniret, totius voluminis summam in decem partes distinxi, et omnem earumdem continentiam partium competenti brevitate comprehensam tractatui praefati viri subjunxi, ut quid in qua parte quaeri debeat facilius appareat. Praeterea singularum capitibus distinctionum proprios titulos ex ordine annotare curavi, ut non oporteat lectorem causae alicujus sententiae totum volumen percurrere, sed tantum suo negotio capitulum cum praefixo numero notare et ei subjectas sententias continuata lectione indagare. In quibus ne item et de eodem frequentius in-

quam dein partium index subsequitur, unde, melius quam ex prolixa descriptione videri potest, qua ratione antecessoris libro usus sit.

---

terpositam difficultatem quaerenti et fastidium pareret legenti odiosa plerisque prolixitate vitata, tali eas brevitate contraxi, ut non singulis capitulis singulos titulos adscriberem, sed singulis titulis plura capitula saepe adjicerem et eosdem titulos crebro etiam per membra subdistinguerem, ipsarumque numerum subdistinctionum affixorum numero punctorum et in titulis et in titulatis capitulis denotarem. Quod autem sententias aliquas absonas et nostris temporibus minus aptas plerumque interposui, non ut *secundum eas vel ipse judicarem vel aliis judicandum insinuarem* feci, ut quod diversi diversa senserint ostendendum et eorum quid sequendum sit prudentis lectoris judicio committendum putavi. Obsecro itaque per misericordiam dei ut hanc maxime laboribus meis vicissitudinem rependatis, uti apud eum qui tollit peccata mundi pro meis dignemini intervenire peccatis.

Prima pars continet de fide; de quibusdam haeresibus; de baptismo, de ministerio baptizandorum; de confectione chrismatis et erogatione; de confirmatione; de sacramento corporis et sanguinis domini; de eucharistiae oblatione et perceptione; de sacrorum vasorum veneratione.

Secunda pars continet de constitutione ecclesiae; de oblationibus fidelium; de dedicatione ecclesiarum; de sepultura; de consecratione altarium et quomodo ecclesiae a presbyteris possideantur; de decimis; de legitima possessione; de confugientibus ad ecclesiam; de sacrilegio; de libertis et rebus ecclesiae et eorum alienatione; de scripturis et conciliis authenticis et apocryphis; de consuetudinibus; de jejunio et eleemosynis.

Tertia pars continet de electione et consecratione Papae et episcoporum; de probatione et ordinatione; de quibusdam diversis ex causis ordinandis vel non ordinandis; de mutatione ordinandorum, de ordinatis non reordinandis; de continentia ordinatorum; de symoniacis; de haereticis; de lapsis in sacris ordinibus; de clericis homicidis et usurariis; de servis ignoranter ordinatis; de clericis vitiosis; de abbatibus et monachis; de virginibus et viduis velatis et abbatissis.

Quarta pars continet de regula beati Augustini et ejus observatione; de archiepiscopis et episcopis ordinandis; de expulsis; de ignotis; de discordibus, quid in ecclesiis quid per parochias agant; de ministris eorum, quomodo principibus concordent et malos cohibeant; de rebus; de sobrietate; de paupertate; de libertate; de testibus episcoporum; de defunctis episcopis; de rebus episcopalibus et ecclesiasticis; de presbyteris et clericis ubi et quomodo vivant vel alios doceant; de possessionibus eorundem.

Quinta pars continet de primatu et dignitate romanae ecclesiae, de conciliis convocandis; de provincia constituenda; de potestate primatum et metropolitanorum; de negotiis clericorum ubi tractentur; de spoliatis reinvestiendis; de accusatione, quo ordine, a quibus personis et adversus quos debeat vel non debeat fieri; de testibus, qui et quomodo et quot et in quo negotio testificari debeant vel non; de induciis quando et quamdiu datae sunt; de subterfugientibus quamdiu et qua ratione expectentur; de judicibus quales esse debeant et quando judicium proferant; de appellatione quando et quomodo fiat et de male appellantibus; de electis judicibus; de damnatis episcopis et clericis diffinitis.

Sexta pars continet qualiter purgentur clerici infamia tantum accusati; de causis et negotiis laicorum; de potestate ligandi et solvendi; de vocatione excommunicandorum; de excommunicatione; de absolutione; de illis qui excommunicatis fidelitate aut sacramento astricti sunt; de haereticis post mortem excommunicandis et quod sit communicandum non nominatim excommunicatis; de illicita et injusta ac praecipiti excommunicatione.

Septima pars continet de nuptiis quo tempore et inter quas personas et qua de causa debeant fieri; de tribus quae perfectum reddunt conjugium; de perfecto et imperfecto conjugio; de concubinis; de conjugibus, quorum alter sine altero continentiam vovit vel religionis habitum sumsit; de uxoribus quae viris captis aliis nupserunt; quod sit conjugium inter personas ejusdem religionis, hoc est inter gentiles er inter judaeos; quibus de causis non sit solvendum

Praeter ea, quae ex duabus collectionibus de quibus diximus, decerpsit, alia quaedam documenta adjunxit, quod quum praestaret, nullius antecessoris exemplum sequutus est. Huc pertinent canones quamplurimi ex concilio patavino anni 1100, tolosano anni 1119, bellovacensi, anni 1120, lateranensi II sub Calixto II, et denique ex synodo nanetensi anni 1127. desumpti, nec non plurimae Ivonis, Pasqualis II Callixti II litterae. In calce partis quartae notae illi Acaccii litterae formatae, duas alias adjecit, quas ipse auctor conscripsisse videtur, et quarum altera Ivoni inscribitur. Ambae annum 1130. inscriptum habent.

Quamquam nec hujus collectionis auctor, neque tempus, quo fuit confecta, nota sint, utrumque tamen non improbabili ratione conjicere posse confidimus. Et quidem ad collectionis aetatem quod pertinet facilius rem conficiemus, cum ex documentis recentioribus adjectis, et maxime ex litteris illis duabus quae annum praeferunt 1130, jure deducimus, collectionem ipsam aut hoc ipso aut saltem subsequenti anno confectam esse. Non alia argumentatione ex litteris formatis quae anno 906 fuerunt exaratae, et quas Regino pruiensis in suum decretum lib. 1. c. 448 et 449 recepit, tempus quo illud elucubravit a doctis viris eruitur. Ex iisdem rationibus quae

---

conjugium; quae conjunctio non facit conjugium; de separatione conjugii non ob causam fornicationis.

Octava pars continet de conjugio nisi ob fornicationem non solvendo; de fornicatione cum sororibus et consanguineis et ne quis quam prius adulteravit uxorem ducat; de interfectoribus conjugum suarum; de adulterio; de Lothario et Thietberga; de fornicatione spirituali; de reconciliatione conjugum; de sacramentis accusationis separationis et reconciliationis; de subjectione ab uxoribus viris exhibenda; quare et qui conjungi prohibeantur vel jubeantur; de consanguinitate et ejus numeratione et observatione et probatione, accusatione, computatione vel inquisitione; de gradibus ejus recto et transverso ordine dispositis.

Nona pars continet de homicidiis; de his, qui se ipsos, episcopos vel alios ecclesiasticos occiderint; de parricidis et conjugum ac poenitentom interfectoribus; de homicidiis sponte vel non sponte vel consilio factis; de eo, qui mulierem praegnantem percusserit et abortierit; de quibusdam homicidiis, quae sine peccato fiant; de incantationibus et divinationibus et diverso genere magicae artis; de natura daemonum; de sortibus, de observatione dierum et mensium; de diversis octo generibus mendacii; de juramentis observandis vel non inlegitimis; de exactione juramenti et fallacia; de juramentis quibusdam et de comitibus jurisjurandi; de omni genere mendacii.

Decima pars continet de poenitentia et poenitentibus et de discretione inter eos habenda; quomodo clerici poeniteant et de confessione peccatorum et de satisfactione ac reconciliatione; de majoribus culpis et minoribus, et de poenitentibus in extremis; et de emendatione omnium criminum et redemtione jejuniorum.

nostrae collectionis aetatem indicant, ipsius quoque auctorem inveniri posse credimus.

Hildebertus turonensis episcopns prius cennomanensis, dein ab anno 1130 archiepiscopus turonensis, qui anno 1134 mortuus est, in quadam epistola, quam anno 1118 vel 1119 ad Guilbertum episcopum limericensem in Hibernia dedit 9) id narrat, se nempe in conficienda canonum collectione occupatum esse, eam quidem nondum absolvisse, absolutam vero statim ad ipsum transmissurum esse. In alia ex ipsius epistolis reperitur praefatio 10) quam huic suae collectioni praeponere molicbatur, quae tamen nec est absoluta, nec aliud est, quam pars ex Ivonis prologo decerpta. Haec si cum nostrae collectionis virtutibus conferantur, non sine causa affirmari poterit, Hildebertum ipsius fuisse auctorem. Et re quidem vera praefatio qnam in nostra collectione ab ipso auctore claboratam invenimus, omnibus iis respondet, quae Guilbertus limericensis episcopus postulaverat, cui practerea ipsa inscribitur. Apertum etiam ex ipsius principio, immo ex praefatione universa est, eam ab homine ecclesiastica dignitate praefulgente ad alium ejusdem conditionis hominem esse scriptam. Canones insuper concilii nanetensis, quod anno 1127, mense novembris, praeside Hildeberto, habitum fuit, eundem collectionis, in quam recepti sunt, auctorem esse arguunt. Quibus si adjicimus, quod inter Hildeberti litteras, Ivonis prologus in panormiam, inveniatur, recte conficere possumus, eundem suae collectioni praefigere ipsum voluisse. Quod cum in collectione nostra factum conspicimus, Hildeberto eam merito tribuimus.

Hinc etiam dignosci facile potest, unde factum sit, quod librarius, qui codicem exscripsit, veri auctoris nomen oblivisci potuerit, cum Ivonis nonnisi prologum respiceret, sic secundam quoque praefationem ab ipso conscriptam putaret. Hinc praeterea apertum

9) Exceptiones autem decretorum, quas in unum volumen ordinare disposuimus, ad suum finem nondum perductae sunt. Opus enim hoc liberum curis pectus desiderat, cujus nos episcopus immunes fecit. Horum tamen jam explevimus partem atque ad id peragendum quod restat episcopum deponemus. Peractum vestras veniet in manus, nec opus erit ut pro eo deferendo vester legatus ad nos usque fatigetur. Officii nostri erit, vobis illud per nostrum destinari. Lib. II. ep. 27. p. 124. op. ed. J. Beaugendre. Parisiis 1708. in fol.

10) « S. Hildeberti Tur. Arch., in suas regularum ecclesiasticarum exceptiones de multiplici divinorum perceptorum genere. » Lib. II. et. 161. l. c.

est, cur librarius, qui codicem berolinensem, in quo collectio tripartita reperitur, [11]) conscripsit, etiam hanc collectionem Ivoni tribuerit, non aliam certe ob caussam nisi quia in illo codice ad collectionis initium itidem Ivonis prologus habebatur. Quod vero idem librarius affirmet, Ivonem opus suum in decem partes distribuisse quodque codici Ivonis nomen inscripserit, cum tamen nonnisi illam collectionem tripartitam exhibeat, mirum videri minime debet, si mature prependimus, quod vel librarius ipse, vel ille, cujus jussu codicem exaravit, facillime scire potuit, quandam existere canonum collectionem in decem partes divisam, quae vel ob magnam similitudinem, quam habet cum Ivonis panormia, vel ob id solum, quod ipsi Ivonis prologus praefixus sit, Ivoni quoque vulgo attributa est.

Merito proinde, ac sine ulla dubitatione collectionem de qua loquimur Hildeberto tribuimus, qui pro magno, quo flagrabat conservandae ecclesiasticae diciplinae desiderio, minime nova illa documenta negligere potuit, quae ipsius disciplinae mutatas aut ampliatas regulas exhibebant, quaeque a praecedentibus collectoribus nec habebantur nec haberi poterant, cum prius opera sua elaborarent, quam illa in lucem ederentur. Nec tamen hujusmodi documenta in suam collectionem recipiendo ab antecessorum suorum consuetudine recessit, cum omnes quaecunque nova et suis temporibus accomoda reperiebant, suis collectionibus certatim insererent. Qua de causa nec collectiones, quae vulgo caesaraugustana et tarraconensis nominantur, nec illam quae ab Anselmo luccensi auctore est repetenda, Hildeberto tribuere possumus, uti ab aliquibus factum esse novimus, cum omnes hae collectiones nullas Urbani II epistolis recentiores complectantur. Viri quidam doctissimi ex congregatione benedictinorum sancti Mauri in Gallia, [12]) qui praeclare admodum subtiliterque opinio-

---

11) Conf. Cap. I. nota 25. hujus dissert.

12) Malgré toutes les recherches, et les discussions que nous avons pû faire, il est très-difficile de decider avec certitude ce qu'il faut penser de la collection des Canons faite par Hildebert. Celle qui porte le nom d'Yves de Chartres, ne peut être celle de l'évêque du Mans; cela est evident. S'il étoit auteur de celle de la Tarragone, ou de celle de Sarragose, comme Antoine Augustin et après lui M. Dujat le conjecturent, seroit-il possible qu'on ne trouvât que dans les bibliothéques d'Espagnes l'ouvrage d'un évêque de France. Nous ne nous arrêtons pas à faire voir qu'il ne peut être auteur de celle qui porte le nom d'Anselme de Luques, ni à réfuter ceux qui la lui ont attribuée ...... Enfin tout ce que nous pouvons dire avec certitude sur ce sujet, c'est qu'Hildebert avoit entrepris de faire une collection de Canons. Qu'il avoit

nes varias excutere studuerunt, quae de Hildeberti canonum collectione circumferuntur, hic vero errores notarunt, quibus istiusmodi opiniones innituntur, ast cum sibi sufficere arbitrarentur, si vera esse ostenderent, quae Hildebertus de sua canonum collectione narrat, nihil omnino certi attulerunt, unde haec quaestio penitus dirimi posset.

§. 3.

Quod ad alterum compilatorem pertinet, qui panormiam denuo elucubrando auctor fuit illius decreti, quod ut evincere post paullo contendemus, Ivoni falso tribuitur, breviores esse poterimus, cum hoc unum agere debeamus, ut clare demonstremus, qua ratione fuerit hoc opus confectum.

Auctor opus suum septendecim in partes distribuit, quarum rubricas in notis apponimus, [13]) ut illud facilius cum praecedentibus

---

exécuté en partie son dessin mais que les occupations attachées à l'épiscopat lui firent entrerompre son travail jusqu'en 1118. Alors il resolut de le reprendre ; mais nous ignorons s'il y a mis la dernière main ; et en cas qu'il ait achevé cette collection, nous ne savons si elle existe, ou si elle est perdue, du moins nous est-elle inconnue. Histoire littéraire de France T. XI p. 409 et in genere p. 406—410, Inutile esset monere, Hildebertum minime collectionis tripartitae auctorem esse, cum cum jam Ivo, qui a. 1115. mortuus est, adhibuisset, et Hildebertus anno 1118 vel 1119 suum opus elaborasset.

13) P. 1. De fide et sacramento fidei, id est, baptismata, et ministerio baptizandorum et baptizatorum; consignandorum et consignatorom; et de observatione singulorum. Et quid conferat baptisma, quid confirmatio.

P. 2. De sacramento corporis et sanguinis domini; et de perceptione et observatione; de missa et aliorum sacramentorum sanctitate.

P. 3. De ecclesia et de rebus ecclesiasticis et earumdem reverentia et observatione.

P. 4. De observandis festivitatibus et jejuniis legitimis; de scripturis canonicis et consuetudinibus et celebratione concilii.

P. 5. De primatu Romanae ecclesiae et jure primatum et metropolitanorum atque episcoporum, a de ordinatione eorum; et de sublimitate episcopali.

P. 6. De clericorum conversatione et ordinatione, et correctione et causis.

P. 7. De monachorum et monacharum singularitate at quieta; et de revocatione et poenitentia, eorum qui continentiae propositum transgrediuntur.

P. 8. De legitimis conjugiis; de virginibus et viduis non velatis; de raptoribus earum et de eorum separatione. De concubinis et transgressiona conjugii, deque poenitentia singulorum.

P. 9. De incesta copulatione et fornicatione diversi generis; et in qua linea fideles conjungi et separari debeant; et de correctione et poenitentia singulorum.

P. 10. De homicidiis spontaneis et non spontaneis; de parricidiis, et fratricidiis; et de occisiona legitimarum uxorum et seniorum et clericorum; et quod non omnis hominem occidens homicida sit; et de eorum poenitentia.

collectionibus, ac praesertim cum collectione trium partium conferre possimus. Quantum ex ipso opere conjicere fas est, duo prae oculis auctor habuisse videtur. Generatim quidem ab Ivone nunquam sibi recedendum; quamquam vero formam quam Ivo in instruenda panormia adhibuit imitatus fuerit, tamen in pluribus ab illa discessit, iis maxime in locis, ubi uberior collectionis tripartitae materia hunc agendi modum exigebat. Ivo siquidem, quod superius etiam diximus, multa ex illa collectione excerpere omiserat, quae ad opus suum ampliandum magisque perficiendum excerpere potuisset atque etiam debuisset. Hinc in alia illa collectione, quam Hildeberto tribuimus, Ivonis opus ex collectione tripartita ampliatum magisque elaboratum fuisse ostendimus. Decreti vero auctor, quem Pseudo-Ivonem nominamus, cum uti paullo post videbimus, ab Ivone minime confecta sit, singulas panormiae partes in duas divisit, et decimam septimam quae praeter quaedam loca ex Augustini operibus decerpta, tota ex Burchardi wormatiensis decreto desumpta est, adiecit. Hinc quoque factum esse puto, quod haec ultima decreti pars in quodam codice parisiensi penitus desit, et merito ab ejusdem decreti epitomatoribus omnino omissa sit, cum neque panormiae neque trium partium collectionis ratio et methodus ejusmodi partem exigeret. Quod vero ipsas partium rubricas attinet, Pseudo-Ivo, collectionem tripartitam prae Ivonis panormia sequutus est. Prima quidem et secunda pars ex panormia certe depromptae sunt, sequentes vero a tertia ad decimam sextam, quamquam in illis disponendis auctor ad Ivonem respexerit, tamen ut plurimum collectionem tripartitam imitatus est, quae particulares rubricas magis distinctas exhibebat. Plures igitur tertiae partis hujusce collectionis rubricas in unam contraxit, prout ipsius operis ratio postulabat. Hinc

---

P. 11. De incantatoribus; de auguriis, de divinis; et sortilegis; de sortiariis; et variis illusionibus diaboli et de singulorum poenitentia.

P. 12. De mendacio et perjurio; de accusatoribus; de judicibus; de defensoribus et falsis testibus, et de singulorum poenitentia.

P. 13. De raptoribus, de furibus, de usurariis et de foeneratoribus; de venatoribus; de maledicis et contentiosis; de commessationibus et ebrietatibus; de furiosis; de Judaeis et eorum correctione.

P. 14. De excommunicatione justa vel injusta, et quibus de causis et quo ordine facienda sit.

P. 15. De poenitentia sanorum et infirmorum; et qua commutatione leniri possit poenitentia.

P. 16. De officiis laicorum et causis eorum.

P. 17. Continens speculativas sanctorum patrum sententias de fide, spe et charitate.

tertia decreti pars, tertiam collectionis rubricam; quarta, rubricam quartam, quintam, sextam et septimam; quinta, rubricam octavam et nonam; sexta, rubricam decimam; septima, rubricas undecimam, duodecimam, decimam tertiam et decimam quartam; octava, decimam quintam; nona, decimam sextam, septimam, octavam et nonam; decima, vigesimam; undecima, vigesimam primam; duodecima, vigesimam secundam; decima tertia, vigesimam tertiam, quartam, quintam et sextam; decima quarta denique, decima quinta et decima sexta, rubricas vigesimam septimam, octavam et nonam, quae ultima est in collectione trium partium complectuntur.

Non solum vero in suo opere instruendo Pseudo-Ivo, Ivonem germanum sequutus est, sed etiam materiam ipsam ex iisdem fontibus, ex quibus Ivo illam hauserat, desumpsit, adjiciendo ea quae Ivo jam ad loca ex aliis deprompta adjecerat. Hinc Burchardi decretum [14]) et collectionem tripartitam [15]), quibus Ivo speciatim usus erat,

---

14) Quae ut clarius appareant synopticam hic tabulam subjungimus, in qua ex singulis Pseudo-Ivonis decreti partibus ea capitula adnotavimus, quae eadem conservata serie ex Burchardi decreto desumpta sunt. Reliqua, quae sparsim ex eo hausit auctor omittimus. Eodem modo notabimus capitula ea, quae Pseudo-Ivo ex collectione tripartita et ex panormia deprompsit. P. 1. c. 197—217. 218—250. 251. 252. 253—295. Burch. I. 4. c. 2—22. 24—56. 58. 57. 59—101. P. 2. c. 11—62. 77. 117—123. 124—141. B. L. 5. c. 1—53. L. 3. c. 69. L. 2. c. 50. 52. 54. 70. 71. 92. 93. L. 3. c. 70. 72. 76. 78. 79. 96—108. P. 3. c. 3—17. 19—23. 25. 26—53. 54—63. 65—70. 71. 72. 73—84. L. L. 3. c. 1—15. 16—20. 62. 21—49. 51—61. 63—68. 81. 80. 82. 83—94; c. 85—95. 107—114. 193—212. 213. 214. 216—226 227—243. 244—249 250—255. 256—266. 267—269. 270—281. 282. 283. 284. B. L. 3. c. 109—119. 190—197. 129—147. 151. 152. 153—164. 166—182. 184—189. 198—203. 205—216. 222—227. 225. 226. 230. 238. 240. 239. 223. 224. 241. P. 4. c. 12—22. 24—48. 49—60. 61—70. B L. 2. c. 75—78. 81. 82. 88. 83. 84. 87. B. L. 13. c. 1—15. 17—28. B. L. 3. c. 217. 218. 222 220. 221. 224—228. P. 5. c. 1. 46. 57—77. 135—153. 154—176. 181—234. 242. 250—280. 289—344. B. L. 1. c. 1—42. 44—62. 64. 65. 67. 68. 75—90. 95—111. 114—131. 113—135. 232. 136—142. 144—151, 153. 156—191. 193—198. 200—219. 221. 223—226. 228—232. P. 6. c. 21—41. 64. 125—310. B. L. 2. c. 1—13. 15—18. 23. 19—21. 22. 24—49. 55—69. 72—74. 79. 80. 94—113. 115—120. 122. 124—138. 140—149. 150. 179—196. 151—177. 197. 235. 198—201. 238. 202—204. 237. 205—226. 234. 228—233. 236. 239. P. 7. c. 28—34. 36—119. B. L. 8. c. 4—7. 9—11. 15—20. 22—28. 30—39. 40—101. P. 8. c. 139—218. B. L. 9. c. 1-48. 51. 53-82. P. 9. c. 29, 39—104. B. L. 7. c. 3. 2. 4—10. 12—27. L. 17. c. 1—3. 8. 9. 12—16. 19—37. 45—54. P. 10. c. 130—176. B. L. 6. c. 1—39. 41—43. 45—49. P. 11. c. 30—57. B. L. 10. c. 1—4. 6—10. 12—22. 24—26. 28—50. P. 12. c 58—75. 77—88. B c. 1—19. 21. 22. 25—29. L. 11. c. 64—65. 68. 69. P. 13. c. 2. 3. 36—40. 41—51. 52—67. 69—85. B. L. 11. c. 53. 54. 26—30. 55—65. L. 10. c. 51—63. 65—67. L. 14. c. 1—17. P. 14. c. 74—114. 115—126. B. L. 11. c. 1—6. 10—24. 31—51. 67—78. P. 15. c. 2. 5. 6. 7. 3. 9. 22. 26—205. B. L. 18. c. 13. 10. 35. 38. 40. 23. 12. 1—9. 11. 14—22. 28—34. 36—37. 39. 41. 44—70. 72—82. 84—126. 129—149. 153—159. canones concilii Salegunstad. in fine libri XX. B. L. 11. c. 9—25. P. 16. c. 2—45. B. 15. c. 1—44. P. 17. c. 12—120. Burch. L. 20. c. 1—110.

15) P. 1. c. 156—162. 170. 171. 177. 178. 191. 203. 211. 244. 245. 304. 305. 307. 135

denuo adiit, et plura etiam excerpsit; atque hisce collectionibus panormiam quoque addidit, qua non solum tanquam fonte, [16]) sed etiam tanquam norma [17]) usus est. Capitula vero ex tripartita desumpta, et ab Ivone in unum conjuncta, aut mutata, Pseudo-Ivo eandem cum Ivone retinens formam, recepit. Ceterum tam inepte hisce operibus usus est auctor, ut ipsum omni talia disponendi atque ordinandi dexteritate caruisse, nec aliud fecisse dicas, quam in quandam inordinatam indigestamque molem congerere, quaecunque in tribus illis collectionibus reperiebantur. Incredibile dictu est, quam permixta omnia sint, quam inordinate digesta, ac nullo locorum habito delectu hac illac veluti disseminata. Qnidquid apud suos antecessores invenerat, omnia, neque exceptis quisquiliis in snam collectionem assumpsit, tamque anxie in illis colligendis insndavit, ut eadem documenta, ne seriem in quam ab antecessoribus suis capitula singula

—137. Ctp. III. 1. c. 1—22; P. 2. c. 25. 26. 30. 31. 56. 81. 85. 93. 94—113. Ctp. III. 2. c. 2—27; P. 3. c. 11—14. 113. 122. 123. 133—134. 175. 177—180. 183. 189.193. 194. 208. 211. 215. 222. 223. 273. 282. Ctp. III. 3. c. 9—24. P. 4. c. 1. 14. 23. 24. 33. 45. 53. 68—74. 151. 168—171. 177. 178. 183. 184. 188. 200—208. 213. 215. 216. 227. 234—238. Ctp. III. 4. c. 1—2. III. 5. c. 1.—5. III. 6. c. 1—18. III. 7. c. 1—17. III. 8. c. 1. P. 5. c. 20. 23—24. 48. 50—52. 8. 81. 123. 347. 65. 61. 72. 280—286. 314. 332 333. 343. 355. 359—361. 369—371. 378. Ctp. III. 8. c. 2—9. III. 9. c. 1—23. P. 6. c. 383—406. 410—412. 415—419. 427. 428. 431. Ctp. III. 10. c. 18—50. P. 7. c. 2—4. 7. 8. 22. 32. 150. 155—157. Ctp. III. 11. c. 1—14. P. 7. c. 137—142. Ctp. III. 14. c. 1—9; P. 8. c. 1—27. 30. 32. 34. 35. 38—41. 44. 45. 51—54. 56. 65. 71. 72. 73. 79. 87. 88. 93. 111. 133. 134. 136. 220. 228. 231. 234. 237. 238-240. 251. 253. 254. 255. 263. 269. 270. 271. 272. 273. 279. 291. 294. 311. Ctp. III. 15. c. 1-62. 79-103. 105—109. P. 1. c. 1—4. 7. 17. 18. 33. 105—108. Ctp. III. 16. c. 1—8. 29—33. P. 9. c. 111. —113. 123. 116. 117. 126. 127. Ctp. III. 18. c. 1—4. III. 19. c. 1—4. P. 10. c. 1. 4. 7. 10. 11. 12. 18. 20. 27. 32. 34. 50. 54. 56—64. 78—80. 97—98. 101. 103—108. 110—120. 124—126. Ctp. III. 20. c. 1—52. P. 11. c. 10. 13. 15—22. 29. 67. 68. 70. 71. 84. 96—98. Ctp. III. 21. c. 1-12. 14-20. P. 12. c. 17. 22. 23. 26. 29. 35. 36. 39. 42—44. 46. 47. 64. 75. 76. 80. Ctp. III. 22. c. 1—33. P. 13. c. 2-4. 16-19. 26. 28. 31-35. 40. 42. 68. 88. 90-93. 106. Ctp. III. 23. c. 1—3 III. 24. c. 1—6. III. 25. c. 1—5. III. 26. c. 1-9. P. 14. c. 5—14. 25. 43. 44. 47. 48. 50. 92. 65. 114. 124. Ctp. III. 27. c. 1—24. P. 15. c. 21—25. Ctp. III. 28. c. 1—6. P. 16. c. 56—63. 71. 72. 74—79. 85—110; 113—167. 172—226. 229—298. 300—320. 324—362. Ctp. III. 29. c. 18—282. Eodem modo quantum fieri potuit primam et secundam collectionis tripartitae partem excerpsit Pseudo Ivo. De que re hic nihil dicemus ne nimium spatium insumamus.

16) Quaedam solummodo capitula hic adnotere sufficiat. P. 1. c. 26. 27. 49. 50. 58. 59. 64. 65. 76. 77. 87. 90. 94. 95. 97. 99. 100. 102. 103. 104. 108. 109. 129-131., 140-144. 146. 147. 309. 310. 184. 185. I. Pan. P. 1. c. 8-11. 16. 17. 23. 24. 35. 36. 40-51. 59-61. 66-70. 92. 93. 104. 105. 111. 112. P. 4. c. 89—91. 105—106. 168—174. 196. 179—181. 184. 25—28. I. Pan. P. 2. c. 95. 96. 97. 123. 124. 141—153. 174—177. P. 5. c. 122. 123. P. 6. c. 12—19. P. 7. c. 145 —146. I. Pen. P. 3. c. 8. 9. 33—40. 199—200. P. 14. c. 18—20. I. Pen. P. 5. 130—132. P. 9. c. 5. 6. 19—21. 27. 28. I. Pen. P. 8 c. 54. 55. 57—59. 61. 62. etc.

17) P. 8. c. 26. I. Pan. P. c. 53. Ctp. III. 15. c. 24—26. P. 8. c. 136. 269. I. Pan. P. 6. c. 80. 55. Ctp. III. 15. c. 60. 61. 62; c. 98. 99. etc.

erant digesta, interrumperet, bis et ter [18]) in suam collectionem receperit, prout in duabus vel tribus collectionibus, quas ad manus habebat, ea invenerat. Quae quidem loca, pro maxima parte ex Burchardi decreto desumpta, etsi tum a collectionis tripartitae auctore, tum ab Ivone in panormia paululum immutata essent, tamen Pseudo-Ivo, qui hanc immutationem nec animadvertit quidem, eadem servata forma, quam apud illos habebant, collectioni inseruit.

Cum ita igitur decretum fuisse confectum ostendimus, simul nos etiam probasse confidimus, Ivonem nullo modo ipsius auctorem dici posse. Quo enim pacto fieri potuisset, ut summi ingenii atque eruditionis vir, qualem Ivonem fuisse historia testatur, opus suum tantis curis tantaque perspicuitate tum ex Burchardi et Anselmi luccensis operibus, tum ex collectione tripartita elaboratum atque omni ex parte connexum et mirifico ordine et methodo elucubratum, penitus destrueret, aliudque denuo ex hoc suo proprio atque ex eorundem antecessorum suorum operibus compilaret, in quo incredibilis

18) En quaedam exempla: P. 11. c. 11. p. 13. c. 66; P. 12. c. 85. p. 6. c. 346; P. 11. 32. p. 11. c. 95; P. 8. c. 68. p. 16. c. 193. P. 13. c. 6. p. 16. c. 358; P. 14. c. 100. p. 14. c. 37; P. 10. c. 144. p. 10. c. 25; P. 6. c. 380. p. 15. c. 20; P. 16. c. 256. c. 271; P. 8. c. 314. p. 10. c. 181; P. 13. c. 48. p. 16. c. 102; P. 1. c. 252. p. 6. c. 99; P. 3. c. 135. p. 6. c. 105; P. 5. c. 366. p. 13. c. 30; P. 14. c. 23. p. 14. c. 102; P. 3. c. 149. p. 13. c. 1; P. 4. c. 194. p. 16. c. 184; P. 6. c. 52. p. 6. c. 187; P. 13. c. 88. p. 16. c. 193; P. 8. c. 305. p. 16. c. 121; P. 6. c 54. p. 15. c. 63; P. 16 c. 226. p. 16. c. 315; P. 3. c. 154. p. 3. c. 247; P. 8. c. 62. p. 16. c. 183; P. 2. c. 111. p. 4. c. 2; P. 8. c. 22. p. 16. c. 183; P. 8. c. 206. p. 8. c. 264; P. 8. c. 9. p. 8. c. 235; P. 8. c. 124. p. 8. c. 333.; P. 13. c. 101. p. 1. c. 285. P. 2. c. 69. p. 6. c. 45; P. 1. c. 135. p. 9. c. 34; P. 8. c. 70. p. 16. c. 193; P. 3. c. 116. p. 16. c. 69; P. 1. c. 257. p. 1. c. 297. P. 3. c. 115. p. 16. c. 68; P. 6. c. 114. p. 17. c. 93; P. 8. c. 273. p. 14. c. 72; P. 5. c. 236. p. 14. c. 72; P. 8. c. 60. p. 16. c. 151; P. 7. c. 10. p. 8. c. 16; P. 1. c. 182. p. 11. c. 86; P. 3. c. 117. p. 6. c. 370; P. 5. c. 100. p. 14. c. 72; P. 1. c. 114. p. 2. c. 91; P. 6. c. 23. p. 6. c. 47; P. 5. c. 4. p. 5, c. 244; P. 5 c. 293. p. 6. c. 238; P. 6. c. 194. p. 6. c. 94; P. 2. c. 109. p. 5. c. 48; P. 3. c. 130. p. 6. c. 248; P. 1. c. 183. p. 3. c. 110; P. 16. c. 54. p. 16. c. 177; P. 8. c. 14. p. 8. c. 132; P. 3. c. 131. p. 3. c. 175; P. 3. c. 118. p. 16. c. 71; P. 6. c. 426. p. 16. c. 206; P. 3. c. 150. p. 4. c. 185; P. 3. c. 125. p. 14. c. 93; P. 1. c. 65. p. 7. c. 101. p. 8. c. 324; P. 8. c. 280. p. 15. c. 14 et 23; P. 3. c. 190. p. 6. c. 423; P. 16. c. 322 et 229; P. 13. c. 14. p. 6. 369; P. 11. c. 14. p. 16. c. 176; P. 8. c. 112. p. 16. c. 162; P. 16. c. 150. p. 6. c. 427.; P. 10. c. 147. p. 16. c. 80; P. 13. c. 4. p. 15. c. 25; P. 16. c. 79. et c. 173; P. 3. c. 124. p. 14. c. 92; P. 1. c. 134. p. 11. c. 17; P. 4. c. 230. p. 6. c. 115; P. 3. c. 191. p. 6. c. 424; P. 8. c. 71. p. 16. c. 185; P. 12. c. 96. p. 13. c. 65. P. 18. c. 21. p. 16. c. 182. P. 6. c. 368. p. 15. c. 18; P. 9. c. 2. 3. p. 16. 166 122; P. 16. c. 227. et c. 321. P. 2. c. 63. p. 6. c. 88; P. 8. c. 109. p. 16. c. 159; P. 8. c. 57. p. 16. c. 128; P. 16. c. 63 et c. 144; P. 3. c. 265. p. 2. c. 72; P. 2. c. 90. P. 6. c. 110; P. 4. c. 159. p. 30. c. 40; P. 1. c. 137. p. 9. c. 35; P. 6. c. 36. p. 15. c. 70; P. 8. c. 32. p. 16. c. 189; P. 8. c. 331. p. 10. c. 183; P. 5. c. 258. p. 16. c. 309. etc.

perturbatio omnisque ordinis defectus conspicitur, nec aliam ob caussam nisi ut indigesta quaedam ac minime elaborata rerum moles congereretur, compilatum fuisse videtur? Non ita facile profecto quisquam hoc sibi persuadeat, ac difficilius etiam Ivonem ita egisse quisquam demonstrandum susciperet.

Jam vero sententiam clarissimi Savignii quod spectat, qui Ivonem ipsum post confectam panormiam, decretum elaborasse, atque ad hoc perficiendum praesertim trium partium collectionis inventione, quam antea ignorarat, adductum fuisse affirmat, in eo quidem, quod decretum ex hac collectione depromptum fatetur, nihil est cur ab ipso dissentiamus, in eo vero quod Ivonem ejusdem auctorem agnoscit, hoc uno argumento ipsius errorem evincimus, quod nempe jam panormia ad collectionis tripartitae normam disposita, et ex ipsa desumpta fuerit.

Quod vero hactenus Ivo decreti auctor habitus fuerit, id ex errore evenisse videtur. Ejusdem siquidem auctor, quum uti vidimus, non adeo multum in ordinandis suae collectionis documentis valeret, ut ex tribus ordinatis ac certa ratione digestis compilationibus, nonnisi informem molem collegerit, ne praefari quidem operi suo illiusque rationem exponere ausus est. Hinc optimum simulque brevissimum duxit, operi Ivonis prologum praeponere. Qua in sententia maxime affirmor, postquam codices duos, vindobonensem unum, alterum londinensem sedulo dispexi, quorum uterque decretum septemdecim in partes divisum exhibent. In hisce codicibus nullibi decretum Ivoni tribuitur, in utroque tamen ipsius prologus invenitur, atque ita appositus, ut omnino pateat, tunc temporis decreti auctorem minime tam ignotum fuisse quam hodiedum illum esse videmus. Hoc utriusque codicis exordium: *Incipit prologus domini Ivonis Carnotensis episcopi ante collectionem ecclesiasticarum regularum de convenientia et dispensatione eorundem.* « quo in titulo librarius per hoc verbum « *ante* » satis indicat, se Ivonem tamquam hujus decreti auctorem minime existimasse.

Ivonis insuper nomen neque in principio neque in fine singularum partium, et quod magis mirandum est, nec in fine quidem totius operis, quo tamen in loco librarii anctoris nomen ascribere soliti erant, apparet. In alio vero codice parisiensi in bibliotheca regia sub num. 3874, qui idem decretum, relicta tamen decima se-

ptima parte, exhibet, decretum et panormia tanquam unum idemque opus habentur, ita enim inscriptus est codex: „ *Panormia Ivonis Carn. episcopi collecta de libris authenticis decretorum, canonum, legum romanarum, et de libris orthodoxorum patrum* „. Minime igitur dubitandum esse puto, hanc solam ob caussam decretum Ivoni attributum fuisse, quod ipsi Ivonis prologus praeierit. Quibus si accedat, decretum panormiae non solum simillimum esse, sed etiam hujus similitudinis argumentum nonnisi ex collectione tripartita, quae per longum tempus ignota fuit, erui posse, facillime id evenisse intelliges, ut nempe decretum tamquam panormiae recensio haberetur. Sola proinde trium partium collectio, quae decreti originem omnino explicat, simul etiam manifeste probat, Ivonem minime illius auctorem esse. Quod si quis hinc negare contenderet, quod Ivo in epistola de *suis canonum collectionibus* 19), et non de unica, panormia scilicet, loquatur, facillime refutari poterit ex eo quod Ivo ipse ubi de Burchardi wormatiensis opere loquitur, plurali etiam nomine utitur. 20)

Ceterum hujus decreti auctor eam in sua compilatione curam adhibuit, ut quandoquidem nullum recentius adjecit documentum, tempus in quo illud confecerat minime manifestarit. Contentus ea materia, quam antecessores in suas collectiones receperant, nihil suae collectioni inseruit, quod Urbani II tempora excederet. Ipsum vero paullo post mortem Ivonis opus suum effinxisse ex eo maxime ostenditur, quod jam aetate Ivoni proxima quaedam ejusdem epitome existeret, de qua mox plura dicturi sumus.

Priusquam ad tertium hujusce nostri opusculi caput accedamus, operae pretium erit, pauca huc adjicere per quae tenebrae dispellantur queis ea obvolvuntur, quae de summa decretorum Ivonis ad nos pervenerunt. Nemini non in hac re satisfacere nos posse confidimus, cum quod sane mirandum est, quaelibet ex iis colle-

19) *Colectiones canonum*, quas a me postulastis, et opuscula mea, quae his addi voluistis, transmisi vobis. Epist. 262. ad Pontium abbatem cluniacensem. O. T. II. 112. sq. ed. cit.

20) In *collectionibus autem Burchardi* Worm. Ep. ita scriptum reperitur, etc. Epist. 80. p. 40. Ex omnibus, qui Ivoni coaevi sunt, nemo est, qui majori claritate illum *unius* solummodo operis canonici auctorem dicat, quam Sygebertus: Ivo Carn. eps. composuit *insigne volumen canonum*. De script. eccl. c. 167. p. 113. I. A. Fabricius in bibliotheca ecclesiastica Hamburgi 1718. fol.

ctionibus, de quibus loquuti sumus, suum epitomatorem inveniret. Tantus enim saeculo duodecimo ineunte juris scientiam excolendi ardor homines invasit quodammodo, ut dum ad promovenda litterarum studia paullatim tunc temporis reviviscentia quam maxime conferret, apud omnes eorum operum, qui alicujus momenti erant, epitomen habendi desiderium provocaret atque sugereret.

§. 4.

Codex londinensis in bibliotheca cottoniana repositus atque notatus *Cleopatra* CVIII, excerptum collectionis tripartitae exhibet, cujus hoc proprium est, quod ipsius auctor licet ex integro eam ex collectione tripartita deprompscrit, tamen ab ejusdem ordine recesserit et denuo ad divisionem a Pseudo-Isidoro observatam redierit. Hinc interrupta epistolarum decretalium serie post Melchiadae litteras, 21) conciliorum canones subjecit, quorum series a concilii nicaeni canonibus incipit, et cum synodi hispalensis II explicit; dein iterum decretales RR. PP. usque ad Gregorium M. adscripsit, quibus demum excerpta ex tertia collectionis tripartitae parte desumpta adjecit. 22) In hoc operis loco quaedam nova documenta inseruit, quae tamen iis quae in collectione tripartita continentur minime recentiores sunt.

---

Relatum est nobis qualiter in taurinensi synodo causas tuae dioecesis persecutus fueris, et licet arelatensi episcopo antequam legatus tuus venisset, propter reverentiam s. Trophimi jus et pontificium super tres provincias habere scripserimus, tamen si ita est, ut scripta tua nobis missa continent, interim usque dum lucidius causa ventiletur, potestatem antiquam tibi manere permittimus et ut in taurinensi gravissimorum episcoporum synodo pacis consilio decretum est, viciniores tibi intra provinciam civitates vindices, donec plenius rei ordinem caritas apostolica prosequatur. Lazarum episcopum indebite criminatorem fratris ordinatum scias nostro judicio esse damnandum.

II.

Gelasius Joanni spoletano episcopo.

Olibula religiosa foemina flebili nobis petitione suggessit se a sororibus fuisse nudatam, quae parentum substantiam solas sibi contempta ejus solitudine divisere, maritorum suorum suffultae praesidio; et quia interest officii tui, ut hujusmodi personas, quae in proposito devotae mentis integritate perdurant, congrua defensione tuearis, frater karissime, quidquid in supradictae foeminae negotio petatur impende, ne patiaris eam a suis sororibus aut ab earum conjugibus aliqua oppressione laborare, ut recepta de parentum substantia portione debita deo possit quieta mente servire.

III.

Gelasius P. Joanni illustri.

De sacra tibi communione rescripsimus, ut si tua sublimitas sicut te facere pro tua id salute conveniens est, fidem catholicam desiderat custodire, eutychianae pestis vel eidem communicantium aut eorum qui talium student nomina recitare non ambigas foedera declinanda, sed ubicunque professionem communionemque repereris, ab his contagiis expeditus nullum cum perfidis eorumque complicibus velis miscere consortium.

VI.

Pelagius P. Gaudentio episcopo wulterano s).

Admonemus ut eos, qui nefandis ausibus christiani populi filios ad sectandam suam haeresin

s) Cf. Dist. 4. c. 82. de consecrat.

viciare non desinunt, legitima severitate per publicos eorundem locorum judices facias, in quantum valueris, per te percelli, ut eo saltem metu ab hujusmodi scelere conquiescant.

V.

Pelagius P. Subaudo episcopo aureliano.

Admirati sumus, quod illius seeerdotes regionis totius sanctissimee retro consuetudinis obliti, et custoditam semper eum apostolica aede unitetem rumoribus coeperint atque fallaciis assentire, nec recordari voluerint, quanta inter se pace unito spiritu galliarum episcopi atque apostolicae sedis permanserint successores. Sed nec illud attendentes omnimodis quanti semper periculi fuerit a beati Petri quocuqnam sede fuisse divisum. Admonemus autem fraternitatem vestram et per vos illic deo propiciante universam provinciem, ut se catholicae restituent unitati, ut apostolicae sedi donato sibi universo orbe contraire non audeant. Quamvis enim ad vos in ipsis statim ordinationis nostrae principiis fidem meam propria manu subscriptam direxerim, in qua nihil me contre quatuor venerabiles synodos vel fecisse vel facienti consensisse signavi, paratus sum secundum apostoli sententiam omni posecenti me rationem reddere et scandalorum causas auferre, si auditam veritatem sequi qui consuluerit non detractet. Quis autem nobis de eo quod illic fieri comperimus redditurus est rationem, vel in quibus cenonibus invenitur, ut uno eodem die laicus homo et clericus et acolitus et subdiaconus et diaconus et presbyter et episcopus fiat, qui ante unam horam non dicam domui suae laicus sed uxori etiam suae forsitan conjunctus extiterat? Hortor autem atque moneo, ut si qua sunt talia, emendare studeatis.

VI.

Pelagius P. Prisco episcopo capuano.

Evenit modo, ut scelus a te factum eudiremus. Quid enim gravius ab aliquo committi potuit, quam quod tu fecisti, ut refugientem mulierem ad ecclesiam Dei et clamentem, quia ad propositum suum, unde infeliciter discesserat, reverti vellet, tu eam in manus ajus tradidisti, qui et nobis hic de ipsa pejuravit et qui non reveritus est judicium Dei, ut illam, quae Deo consecrate fuerat, suae luxuriae desideret servire. Et quamvis alia, quae de te freqnenter dicta sunt, pertulerimus, illud ferre nulletenus possumus; et idcirco ex opere filium uostrum *Menantium* dieconum sedis nostrae statim illuc compulimus, ut nisi recollecta et ecclesiae reddite vel ad nos directa fuerit, non dicam a sacerdotio, sed ab ipsa etiam te comunione suspendat. Festina ergo, quomodo nosti, et quibus nosti modis, ut scelus tuum et tam greve facinus emendes, quod donec facies, ab officio te tuo jubemus esse remotum.

VII.

Pelagius P. Joanni comiti 1).

Benedicimus misericordiam Dei, qui necesserio tempore sicut vere providus pastor vestram excellentiem rei publicae voluit praeesse negotiis, per quam non tantum laicorum hominum comprimerentur excessus, verum etiam dividentium se ab ecclesia sacerdotum colligerentur scismata.

1) Cf. c. 25. q. 2. c. 16.

VIII.

Pelagius P. Joanni magistro militum.

Paterno vos salutantes affectu petimus, ut si praedictae catholicae paci intenditis, *Paulinum* forosimproniensem episcopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe est ut se vestram vivacitatem illic devotione posita glorietur et sic comprimi a vobis nec detineri posse suam superbiam jactet. Nolite ergo multam et in vestris prorumpentem injuriis contumaciam vagari permittare. Sed praefatum pseudoepiscopum vestrorum hominum solicitudine detentum ad nos, sicut dictum est, dirigere festinate, quatiuus vestrae excellentiae labore locis illis, de quibus talis pestis evulsa fuerit, pax catholicae ecclesiae reformetur et debitam superba vox a canonibus possit sustinere vindictam. Nihil autem de labore hominum vestrorum, qui eum vel tenere vel adducere potuerint, cogitetis, quia quamvis vestrae mercedis alter fructus sit, quem reddi vobis a domino postulamus, tamen is per quem ad nos deductus fuerit, dignam pro labore suo recipiet Deo propitiante mercedem.

IX.

Pelagius P. Valeriano patricio.

Omnino admonemus filium vestrum patricium Joannem, ne illis, vel si voluerint, communicet, qui ab universali ecclesia et ab apostolicis sedibus separati sunt. Illud autem est, quod et a vobis et ab illo poscimus et nunc iterum postulamus, ut et istum *Paulinum* pseudo-episcopum, et illum *mediolanensem episcopum* ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis, et ut iste, qui episcopus nullatenus esse potest, quia contra omnem canonicam consuetudinem factus est, alios ultra non perdat, et ille qui contra morem antiquum eum ordinare praesumpsit, debitae canonibus vindictae subjaceat.

X.

Pelagius P. Citticio episcopo constantinopolitano.

Vir illustris Theotistus verbo dixit: fraternitatem tuam aliqua sanctuaria a nobis beati Petri apostoli magnopere postulare. Prout possibile fuit desiderio tuo nos satisfecisse signamus. Direximus siquidem tibi per praedictum illustrem virum limaturam de catenis beati Petri, ut a te jam ubi volueris inclusae debita veneratione serventur. Sed et tunicam unam in interiori parte sepulcri beati Petri apostoli posuimus per continuum triduum ibi etiam fecimus permanere, at ad te pariter direximus, ut sive etiam pro reliquiis vel pro benedictione habere volueris, habeas, nihilominus potestatem habiturus pariter et memoriam nominis nostri ad intercedendum semper pro nobis ad dominum

XI.

Leo episcopus s. s. d. omnibus sanctae ecclesiae filiis tam praesentibus quam futuris.

Gratias agentes Deo et domino Jesu Christo, qui mediocritatem nostram nullis meritis fultam ad apostolicae tamen sedis culmen evexit et synodalibus decretis de corpore sacrae christia-

nitatis, cui ipse caput est, aliqua inconvenientia et etiam nocentia emputare concessit, per hanc nostrae praeceptionis paginam innotescimus eorum alique, quae gessimus *in synodo maguntina*, in qua nobis consedit prudentissima filii nostri *Henricii II. romanorum imperatoris majestas*, multorumque fratrum et coepiscoporum nostrorum nec non abbatum reverenda sanctitas, bonestorum clericorum atque laicorum religiosorum praesente non parva multitudine. Damnata enim symoniaca haeresi eaque radicitus extirpata, cum de divinis officiis at sacris ordinibus diversa emergerentur negotia, ecce quidam *Bertaldus* nomine coram se protulit seque archiepiscopum Vesonticae esse clamavit, eaque de re querimoniam se velle facere, quia multis jam annis esset consecratus nec receptus, inimo alius sedem suam invasione possideret. Quo dicto rogans sibi clam causidicum fratrem nostrum *coloniensem archiepiscopum Lermoennum* laudante synodo nobisque annuentibus assecutus est. Qui sumens causam ejus dicendam a *rege Burgondionum Rodulfo* exorsus est, cui idem *Bertaldus* famulabatur indebitamque subjectionem impendebet, cum forte contigit, Hectorem archiepiscopum vesonticensem a corporis vinculis absolvi ejus cathedram remanere vacuam. *Bonefacio* vero regis idem *Bertaldus* dictante causidico suo professus est, investituram se ejusdem erchiepiscopatus accepisse, eoque rege praecipiente a suffraganeis episcopis consecratum fuisse et in sede episcopali sedisse et etiam ordinationes fecisse, sed contradicente sibi episcopatum quodam comite *Willelmo*, postea expulsum e Walterio entecessore Hugonis ejusdem sedis archiepiscopi, qui etiam nostrae synodo intererat, contra quem de sua sede clamabat. Dicebat etiam quod post expulsionem suam a romano pontifice pallium cum privilegio acceperit ac suscepti honoris confirmationem; cui quaerimoniae ipsum Hugonem archiepiscopum jussimus respondere, qui etiam nostra indulgentia *Bramensem archiepiscopum Albertum* in suum suscepit causidicum. Quo dictante taliter objecta coepit repellere, quod eidem Bertaldo sedem, quam requirebat, nec ipse abstulerit, nec antecessor suus, quia nunquam in sedem ascendisset, nunquam ibi quicquam episcopaliter egisset, pro eo quod nec clerus nec populus eum elegerit, nec ab eis receptus est, sed omni contradictione repulsus, quia magnam pecuniam, ut episcopus fieret, regi dedisset, et quia contra jus loci fecisset, qui semper electionem sui episcopi ipse babuisset. Se vero in eadem ecclesia cum officio cantoris fungeretur, mortuo antecessore suo, memoravit a clero et populo electum et etiam invite abstractum et cum jam in episcopatu XVIII annum duceret, nunquam se amplius quicquam calumniae ab eodem Bertaldo perpassum in alique synodo, cum jam multis interfuisset, sed nec etiam aliquis super hac re verbum alicubi contra se fuisse prolatum, cum quiete pastorale officium sumpsisset et quiete tunc usque administrasset. Requisitus est autem a synodo ipse Bertaldus, si quid proposuisset evidentibus testimoniis probare potuisset, quod scilicet in sede sederit ibique ordinationes fecerit, super hoc etiam quod electus esset a filiis ecclesiae, quod canones praecipiunt fieri debere. Quid plura? Consilium petiit, concessimus. Reversus, quae proposuit, cum probare non possat, interrogavimus a sancta synodo quid super hoc decerni debuisset. Itaque pari consensu et communi consulto prolatis sanctorum canonum sententiis decrevit sancta synodus, eundem Bertaldum e filiis ecclesiae non electum, non receptum, non pro pastore habitum, sed semper repudiatum, semper repulsum invitis dari non potuisse, nec debuisse ideoque perpetua taciturnitate ab hujusmodi quaerimonia debere cessare, Hugonem vero archiepiscopum a clero et populo expetitum, electum, sedem tanto tempore tranquilla possidentem, nulla unquam calumnia ab eodem Bertaldo inquietandum perpetua pace debere eundem episcopatum possidere, quia illa pastor esset, qui per hostium intraret, qui vero aliunde fur et latro. Quam sententiam justam et canonice prolatam nostra et apostolica auctoritas roboravit, laudante dulcissimo filio nostro pronomineto Augusto, cunctoque, qui aderat, clero et populo. Placuit etiam universae synodo nostro apostolico tutamine eundem Hugonem archiepiscopum muniri debere, imposito nostrae auctoritatis anathemate, ne unquam deinceps liceret Bertaldo aliquam calumniam in-

ferre tam ipsi archiepiscopo, tam etiam ejus vesonticensi ecclesiae; quod et fecimus, proprio ore sinodo respondente fiat fiat. Quapropter dignum duximus tam ad hujus rei memoriam futuro tempore habendam, quam ed exemplum posteris dandum omnia sicut promissa sunt, scribenda esse. Quibus ita terminatis una cum episcopali officio etiem archiepiscopelia insignia eidem Hugoni archiepiscopo per hanc peginam concedimus et confirmamus, crucem videlicet et pallium et quicquid entecessores ejus ab antecessoribus nostris constat promeruisse, ut qui pollet meritorum laudabili dignitate, tam in virtute scientiae quam in morum honestete, polleat etiam ornamentorum pulchretudine in omni archiepiscopali culminis plenitudine, semperque memine in exteriore decore interiorem decorem procurare, ut forma facti dominici gregis exemplum boni operis de se praebeat suis, virtutem pontificatus simul cum nomine habens, pontem se faciens et pro se populum Dei ad eum transmittens. Hanc vero paginam, ut omne quod legitur certius habeatur, propriae manus subscriptione et ipsi corroboravimus et augusta manu coepiscorumque nostrorum, qui ibi effuerant, propriis subscriptionibus confirmari jussimus ed laudem Dei et domini nostri Jesu Christi.

Henricus Dei gratia secundus romanorum imperator Augustus,

Johannes Portuensis episcopus.
Hic duo romeni.
Bardo magontinensis archiep.
Burchardus alvestedensis eps.
Albertus spragensis eps.
Ruod padebrunnens. eps.
Sibico spirens. eps.
Gebeardus astetens. eps.
Arnulfus wormeciens. eps.
Adalbero wiziburgens. eps.
Theodericus constannens. eps.
Herimannus de castello felicitatis eps.
Herimennus coloniens. erchiep.
Benno trajectens. eps.
Bruno mindens. eps.
Albericus osenbrungens. eps.
Robertus munigardavordensis eps.
Tetuinus leodiens. eps.
Hugo crisopolitanus archieps.
Theodericus hisileens. eps.
Hebreardus trevirens. erchieps.
Adalbero metens. eps.
Hecscelo strasburgens. eps.
Henricus augustens. eps.
Ascelinus bavenbergens. eps.
Stephanus antiquae urbis eps.
Ascelinus eldmensens. eps.
Balduinus salseburgens. archieps.
Gebeardus ratisponens. eps.
Nixo frisigiens. eps.
Duo episcopi leuticicorum.
Theodericus verdunens. eps.
Hunfredus magdeburgens. eps.
Bruno smannens. eps.
Uunaldus meresburgens. eps.
Tancoardus brandenebergensis eps.
Ebbo nuenburgens. eps.
Albertus bremens. archieps.
Walo iburgens. denorum eps.
Tetuinus concordiens. eps. de Aquileje.

Datum XIV. kal. Novemb. per manus Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii sanctae apostolicae sedis enno Domini Leonis papae primo indictione tertia.

XII.

Decretum Stephani P. V.

Quascunque romana ecclesia, cui auctore Deo praesidemus, a plurimis patitur violentias pontifice obeunte, quae ob hoc inferuntur quia absque imperiali notitia et suorum legatorum praesentia pontificis fit consecratio, nec non canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt nuntii, qui scandale vetent fieri, volumus, ut cum instituendus est pontifex, conve-

nientibus episcopis et universo clero eligatur ex praesente senatu et populo, qui ordinandus est et sic electus ab omnibus praesentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui juramenta vel promissiones aliquas nova adiuventione audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur et imperialis honorificentia minuatur.

XIII.

Nicholaus episcopus servus s. d. fratri Lanfranco salutem et apostolicam benedictionem.

Satis desideratam vestram, carissima frater, libenter viderem praesentiam et in ecclesiasticis nostris curis libenter vestris recrearer consiliis, quem in romanis et apostolicis servitiis satis opportunum audivimus. Sed quia tam facile nunc forsan fieri non potest, volumus ipsam vestram stationem nobis et romanae matri ecclesiae esse fructuosam, ut ex fructu vestrae stationis cognoscatur et fructus desiderabilis adventus. Hos igitur nostrae dilectionis filios imperatorios capellanos et nostros dialectica et rhetorica arte caritati vestrae mittimus edocendos. Ut sicut te Deo gratias singularem in hoc bivio audivimus, sic istos singulares tecum quam cito poteris Romae vel forte eum apud vos cito venero videamus. Si vero divina, ut audivimus, pagina ab hujusmodi studio vos retinet, ex parte sancti Petri et nostra vobis praecipimus, et ex vera obedientia illos edocendos vobis mandamus, quos adhuc vestrae dilectioni mittimus, et vestrae caritati in omnibus subveniendos relinquimus. Comitem autem vestrum, amicum nostrum quem vestris audivimus satis Deo gratias adquiescere consiliis, ita custodiatis, ut hic et in Christo valere possit. Confido enim bene de illo, cujus consilium et conversatione vobiscum audio. In clero autem et fero illo populo si potestis fructificare, ut de talento vobis commisso mercamini tandem audire: Euge serve bone, amen.

XIV.

Alexander episcopus s. s. d. Lanfranco utriusque sapientiae gratia repleto s. et a. b.

Gratias omnipotenti Deo referimus, qui post eruditionem mundanae sapientiae ad illius te transtulit sapientiae studium, quae vera est et de qua scriptum est: beatus homo, qui invenit sapientiam et affluit prudentia. Merito enim illi multiplices gratiae agendae sunt, cujus spiritus sic te utriusque disciplinae fonte replevit, ut in uno fere omnibus sis excellentia dissimilis, at in altero virtutum merito laudabilis. Hujus itaque gratiae venerabilis fama circumquaque diffusa, quia ab omnibus fere mundi partibus ad tuae fluenta eloquentiae multos allexit, quendam nostrum fratruelem, quem paternis ut nosmetipsos diligimus affectibus, ad ejusdem tuae eloquentiae dulcedinem nimium gliscentem dirigere cupimus, qui tamen Deo gratias grammaticae artis peritia bene instructus dialecticae omnino non est alienus. De quo si ad votum nostrum pro scire et valere tuo te habueris, scias ibidem procul dubio nos tibi utriusque remunerationis merito pie et liberaliter recompensaturos. Quid autem ex hoc confidere possimus, notificare studeas quantocyus

XV.

Urbanus episcopus s. s. d. Lanfranco sanctae cantuariorum ecclesiae reverendissimo archiepiscopo s. et ap. b.

Non latere credimus prudentiam tuam, karissime pater, quot procellis, quot tempestatibus ex longo jam tempore patitur navis Patri jactata seu negligento illo seu potius dormiante ad ipsam fere submersionem perducta sit. Pervenisse etiam ad aures religionis tuae non dubitamus, quod expetente nos atque cogente universa catholicorum duntaxat ecclesia, praecedeute quoque gemina dominorum praedecessorum nostrorum Gregorii atque Vitallii inevitabili praeceptione, temporis etiam necessitate permaxima constringante, ad summum romanae sedis sacerdotium indigni omnino et prorsus tanto officio impares quo nescio de judicio provecti sumus. Quod videlicet quomodo et qualiter gestum sit, si non forsitan plane addicisti, dilectissimus filius noster Rogerus cardinalis ecclesiae nostrae subdiaconus ordine toto referre valebit. Nunc itaque, quoniam sanctae romanae ecclesiae matris videlicet tuae unum te hoc tempore de primoribus filium nobilissimum et verissimum scimus, ad ejus servitium, ad ejus defensionem, ad ejus denique debitam obedientiam fraternitatem tuam litteris praesentibus invitamus, et ut ei in tantis necessitatibus tantisque periculis et consilii et auxilii tui dexteram porrigas, enixius flagitamus. Religio siquidem prudentia et fides egregia tua ubique terrarum Dei gratia famosa et celebris est. Ecclesia vero, cui praesides, quam specialius esse romanae debeat ecclesiae obediens ac devota, per quam scilicet catholicae fidei rudimenta suscipiens a servitute est demoniaca liberata, non est incognitum. Studeat igitur ac satagat prudentia tua pro scire pro posse romanae ecclesiae modis omnibus subvenire, studeat nostras ecclesias locorum scilicet diversitate distantes, catholicorum morum unitate connectere, et si quid in partibus illis apostolicae sedi contrarium, si quid forte ejus auctoritati repugnans inveneris secundum datam tibi divinitus sapientiam redargue, fortiter reprime, sagaciter cura corrigere. Regem etiam ipsum nostrum karissimum filium, auctorabilis fraternitas tua conveniat, hortetur et moneat, ut et ipse quoque pro modo suo pro officio suo multis periculis et maximis necessitatibus laborantem matrem suam romanam ecclesiam consilio et solatio suo adjuvare et honorare studeat. Et quoniam, ut scriptura loquitur, amicus in necessitate probatur, et item: non cognoscitur in bonis amicus, nec celatur in malis inimicus, necessitatis hoc tempus minime negligendum ducat, sed si quam fidem, si quam romanae ecclesiae amicitiam debet, nunc cum opportunum quam maxime est, liberalis et devotus ostendat. Pecuniam porro, quam de regno eodem beatus Petrus consuetudinaliter solebat accipere, per hunc supradictum filium nostrum Rogerum sive per alium suum fidelem legatum una cum eo vel usque Cluniacum quantocius potuerit transmittat, ut et gratiam ejusdem beati Petri adipisci valeat, et nos super augmentatione et exaltatione regni sui promptos semper et paratos inveniat. Praeterea orationibus sanctitatis tuae nos devotissime committentes, praesentium latorem Rogerum tibi plurimum commendamus, ut et ei in servitio beati Petri et adjutorium in omnibus, quibus indiguerit, tribuas exoramus. Data apud Terracinam quarta Idus Aprilis.

XVI.

Innocentius s. s. d. venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum teutonicum constitutis s. et a. b.

Tunc pax et karitas vice se mutua complectuntur et manet indissolubilis in alterua dilectio-

ne sinceritas, si juxta divinae dispensationis ordinem et ecclesiae gradus distinctos minores majoribus reverentiam exhibeant et inferioribus diligentiam potiores impendant. Verum ecclesiasticus ordo confunditur, si minores illicita sua temeritate praesumant vel praesidentes non concessa sub remissione impunitatis attemptant. Compago namque humani corporis et divini collegii conservatur incolumis, si pastores super gregem invigilent, et magis appetant pascere, quam damnare in clero et subditi potius humiliter obedire, quam a subjectione procaciter resilire. Ne igitur pars alterutra dispensationis ordinationem pervertat, beatus Petrus apostolorum princeps est in capite ecclesiae a domino constitutus, ut per se et per successores suos fratres confirmet, errata corrigat, et jura sua unicuique tribuat. Inde etiam generali lege ecclesiae promulgatum, ut majores causae ad examinationem sedis apostolicae devolvantur, et oppressi omnes intrepide ad eam appellent. Privilegium enim sibi in hoc appellandi sancta romana reservavit ecclesia. Quam sit namque necessarius appellandi usus, nemo est qui nesciat, quippe cum *judicantium iniquitatem et imperitiam corrigat*. Appellatione autem interposita omnia in statu suo permaneant et tamdiu nihil erit innovandum quamdiu de appellatione ab eo, ad quem provocatum, fuerit pronunciatum. Ceterum quod in laicis culpabile videtur, in clericis criminosum. At vero juxta *imperiales sanctiones*, si judices ordinarii provocationes estimaverint respuendas, XXX pondo auri multantur et assessores et officiales eorum totidem nisi publice restiterint, et actis evidentibus contradixerint. Quanta igitur animadversione sit plectendus judex ecclesiasticus, qui doctrinam matris suae sanctae romanae ecclesiae abjicit et privilegium beati Petri infringere nititur, parem se faciens Jesu Christo, et super apostolorum sedem ascendens, vigor justitiae in promtu habens ulcisci omnem inobedientiam non ignorat. Exhortamur igitur fraternitatem vestram in domino, ut quemadmodum dignitatem vestram desideratis illibatam a sede apostolica custodiri, ita erga subditos mites sitis, et praerogativam audientiae in nullo imminuere aut infringere de caetero attemptetis. Alioquin de tanti excessus inpunitate non judicabimur apud dominum negligentes, tepidi sive rei. Ex officio siquidem apostolatus injuncta est nobis a Deo necessitas, ut majoribus honorifice providentes, minora salubriter sine laesione curemus. Data Pisis III. kal. Junii.

XVII.

Eugenius episcopus s. s. d. venerabilibus fratribus Henrico moraviensi, Ottoni pragensi episcopis, dilectis in Christo filiis Wladizlao duci et universo clero et populo per Boemiam et Moraviam constitutis s. et a. b.

Apostolicae sedis administratio, cui domino disponente deservimus indigni, tam vicinis quam longe positis nos efficit debitores. Quod praedecessor noster felicis memoriae papa Innocentius intelligens et de vobis paterna sollicitudine curam gerens dilectum filium nostrum Guidonem diaconum cardinalem ad partes illas direxit, et ea quae *de incontinentiis clericorum et sacerdotum* et aliis enormitatibus in generali concilio promulgavit, per eum vobis annuntiavit et firmiter observanda praecepit. In quibus quia vos fratres episcopi et tu dilecte in Cristo fili W. sicut ipso referente didicimus, ei viriliter astitistis, gratiam habemus et devotionem vestram in domino collaudamus. Sed quoniam non incepisse tantum sed perfecisse virtutis est, universitatem vestram rogamus exhortamur in domino, atque in peccatorum vestrorum remissionem injungimus, ut vos, quibus in terra illa potestas a Deo commissa est, quae a praefato cardinali jam dicti praedecessoris nostri auctoritate tam de *clericorum incontinentia* et aliis enormitatibus ibidem vestro consilio et auxilio faciatis. Contemtores vero juxta discretionem vobis a Deo concessam, et sanctorum patrum statuta debita animadversione coerceatis. De fidelitate quoque et devotione, quam

erga beatum Petrum et nos ipsos geritis, et de frequenti visitatione per dilectum filium nostrum Danielem pragensem praepositum, quem vobis fidelem at vestri honoris amatorem esse cognovimus, praedecessoribus nostris et nobis transmissa, dilectioni vestrae grates referimus. Datum Biterbi IIII Non. Jun.

XVIII

Eugenius episcopus s. s. d. dilecto in Christo filio W. illustri Boemorum duci s. et a. b.

Si juxta sacrae scripturae testimonium particeps mercedis existit, qui bonorum operum adjutorem se praebet, ampliori dignus es merito, qui non tantum adjutor sed etiam actor existis. Ideoque gratum nobis est, quia sicut venerabili fratri nostro Henrico moraviensi episcopo et dilectis filiis nostris Guidoni diacono cardinali et Danieli pragensi praeposito referentibus accepimus, ecclesias et ecclesiasticas personas et maxime religiosas diligis et honoras, atque religionem et caetera, quae ad honorem Dei spectare noscuntur, in terra tibi a Deo commissa niteris propagare. Enormitates vero illius populi, quae peccatis exigentibus plurimum exercuerunt, at praecipue *clericorum incontinentiam*, quae Deo abominabiles sunt, non solum de capella tua verum etiam de tota terra illa exstirpare viriliter elaboras. Cum enim ipsi clerici templum Dei, vasa domini, sacrarium Spiritus sancti esse debeant, indignum valde est, eos cubilibus at impudicitiis deservire. In hoc quoque devotionem tuam in domino collaudamus, quia cum gens illa *prava et antiqua consuetudine nimiae potationi et ebrietati* dedita sit, ipse sobrietatem vitio illi contrariam diligis, atque tam istis quam aliis enormitatibus, tanquam catholicus princeps at Deum timens, virilis animi constantia contradicis. Quia igitur non incipienti tantum sed perseveranti corona promittitur, nobilitatem tuam rogamus at exhortamur in domino atque in peccatorum remissionem injungimus, quatenus in bono proposito firmiter perseveres, ut et in praesenti parante domino feliciter vivas, et in futuro sempiternae retributionis fructum percipias. Dilectam vero filiam nostram Gertruden ducissam uxorem tuam salutamus at benedicimus, et ut in dilectione Dei et amore religionis juxta bonum initium perseveret in domino commonemus. Ad ultimum vero praefatum moraviensem episcopum et D. praepositum, prudentes siquidem et discretos viros, qui personas vestras at vestrum honorem sincero affectu diligunt, tuae et ipsius nobilitati attentius commendamus, et de visitatione vestra praedecessoribus nostris et nobis frequenter exhibita dilectioni vestrae grates referimus. Nos quidem personas vestras vera in domino caritate diligimus, et in quibus secundum dominum possimus honorare et exaudire volumus. Dat. Biterbi IIII. Non. Junii.

XIX.

Eugenius episcopus s. s. d. venerabili fratri Henrico moraviensi episcopo s. et a. b.

Tribulationibus et angustiis, quas ab infidelibus illis te jam diu passum esse cognoscimus, paterno affectu compatimur, quamvis nos permittente domino multis tribulationibus fatigemur. Verum tamen non ignorat tua discretio, quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo Jesu, expedit hujus saeculi tribulationes sustinere. Ipse etenim dominus noster Jesus Christus non ad mundi gaudia, sed ad passiones at mortem etiam pro nobis tolerandam a Patre missus est. Ipsum itaque caput nostrum imitari debemus, quia si pro ipso persecutiones patimur, certi de promisso ejus beati erimus. Confortare igitur, carissime in Christo frater, et viriliter age, quia Salvator

noster suos usque in finem non derelinquet, et nos, in quibus secundum Deum possimus, opem et consilium tibi impendere parati sumus. Theobaldum fratrem dilecti filii nostri W. illustris Boemorum ducis, qui personam tuam et illos, qui tecum erant, invasit cum quibusdam sociis suis recepimus, at accepto ab eo juramento, ut de tanto excessu juxta mandatum nostrum satisfaceret, absolvi facimus. Post absolutionem vero ei praecepimus, ut clericum vel monachum de cetero non capiat, nec capienti assensum praebeat. Deinde autem condigna sibi injuncta poenitentia ipsum ad tuam discretionem remisimus, ut secundum quod davotionem at compunctionem ipsius cognovimus, cum eo misericorditer agas. Monuimus etiam ipsum at studiose rogamus, ut tam devotus et humilam se ipsum tibi exhibeat, ut de tanta offensa a domino et a te indulgentiam mereatur. Wradizleum vero pro hac eadem offensa excommunicatum, quum valida infirmitate detentus ad nostram praesentiam, sicut accepimus, venire non potest, discretioni tuae committimus, ipsumque absolvendi et condignam ei penitantiam injungendi tibi concedimus facultatem. Praeterea beati Gregorii de inobedientibus mandatis sedis apostolicae sententiam prosequentes, tres praesumtuosos sacerdotes videlicet Bolamilum, Ballum, Serih, qui, prout nobis significatum est, in terre Conradi a nobis excommunicati, nostra auctoritate a divinis officiis interdicti, divina officia celebrare praesumunt, ab officio omnino deponimus et beneficium ecclesiasticum eis interdicimus. Ad haec, quum religiosis ac discretis personis opus habemus, per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus quam citius tibi opportunum fuerit, praesentiam tuam nobis exhibeas, at tunc de negotio, quod per dilectum filium nostrum D. Pragensem praepositum nobis significasti, tibi plenius respondere curabimus. Dat. Biterbi VIII. kal. Junii.

XX.

Eugenius episcopus s. s. d. venerabili fratri Ocni pragensi episcopo et dilecto in Christo filio W. illustri Boemorum duci s. et a. b.

A sede apostolica statutum est, ut si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathemati subjaceat, at nullus episcoporum illum praesumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui repraesentetur, et ejus mandatum suscipiat. Pervenit ad nos, quod quidam parochiani venerabilis fratris nostri Martini moraviensis episcopi diabolico instinctu, dum ad sanctam romanam veniret ecclesiam, personam suam ausu sacrilego invaserunt, at bona sua auferre nullatenus timuerunt. Unde nos, quorum praecipue interest, tantum sacrilegium at tam gravem excessum impunitum non praetermittere, eosdem sacrilegos videlicet Conradum, Wradizlaum, Depaldum, Micul, Jurata, Domazlaum, Slavebor, Ugonem, Cuno, Roduik, Bogdan in praeterita solemnitate Pentecostes astante populi multitudine excommunicationis vinculo innodavimus, et ab omnium fidelium consortio sequastravimus. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus atque praecipimus, quatenus tu frater episcope eandem excommunicationem publice denunties, et facias observari. Tu vero, fili W. dux, juxta potentiam tibi a Deo collatam eos coerceas, donec praefato fratri nostro de tam gravi injuria satisfaciant, et ipsi juxta mandatum et consilium ipsius pro se et pro aliis ad nostram praesentiam veniant, sicut in supradicto decreto continetur, de tam gravi sacrilegio mandatum nostrum suscipiant. Dat. Biterbi non. Jun.

XXI.

Lucius episcopus s. s. d. venerabili fratri Olomucensi episcopo s. et a. b.

Fraternitatis tuae literas debita benignitate suscepimus, et quae in eis continebantur, diligenter attendimus. Unde quemadmodum per alia tibi scripta mandavimus, mandamus, ut quam citius poteris praesentiam tuam nobis exhibeas; etenim tam de his, quae nobis significasti, quam de aliis, de quibus tecum loqui volumus, per te veritate plenius cognita, quod statuendum fuerit, auctore domino statuemus. Dat. Romae XIII. kl. Sept.

XXII.

Eugenius episcopus s. s. d. venerabili fratri Moraviensi episcopo s. et a. b.

Qui de fratrum suorum caritate confidit, ei mandare, quae agenda fuerint, non recusat. Qnia igitur do persona tua valde confidimus, per praesentia tibi scripta mandamus, quatenus dilecto filio nostro G. diacono cardinali, prudenti siquidem et honesto viro, cui in Poloniae partitibus vices nostras commisimus, in his, quae sibi agenda incumbat tam in Polonia quam in terra illa, quae noviter luce christiana fidei est perfusa, tanquam apostolicae sedis vicario diligenter assistas, ipsique opem et consilium studeas exhibere, ut dum per discretionis tuae solatium vel favorem subsidium fuerit assecutus, (quanto circa romanam ecclesiam caritatis vinculo sis astrictus manifestes), et ille Deo grata et hominibus fructuosa per ipsius misteriam operetur. Dat. Parmae Idib. Sept.

XXIII.

Gregorius Dei gratia Sabinensis episcopus et in urbe domini papae vicarius, Hubaldus Ostiensis, Julius Praenestinensis, Berno Portuensis, Walterus Albanensis, episcopi; Hubertus tituli s. Crucis, Asti t. s. Priscae, Johannes tt. ss. Joannis et Pauli, Henricus tt. ss. Nerei et Achillei, Ildebrandus basilicae 12 apostolorum, Joanes t. s. Anastasiae, Bonus s. Chrysogoni, Albinus t. s. Laurentii in Lucina, Wilhelmus t. s. Petri ad vincula, presbyteri cardinales; Oddo s. Gregorii ad velum aureum, Rodulfus s. Luciae in septo solis, Jacobus s. Mariae in Cosmedin, Oddo s. Nicolai in carcere tulliano, Ardericus s. Theodori, Bosso ss. Cosmae et Damiani, Cencius s. Adriani, Petrus s. Eustachii, Raymundus s. Mariae in via lata, Joannes s. Mariae in porticu, Milo s. Mariae in Aquino, diaconi cardinales; venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et universis ecclesiae filiis, ad quos litterae istae pervenerint, spiritu consilii et fortitudinis abundare.

Moerore simul et pudore confundimur et lacrimas vix possumus continere, quod antiqnus ille coluber tortuosus, qui sicut ait Job absorbet fluvium et non miratur, quosdam de fratribus nostris ita turpiter, sicut jam audistis, absorbuit, et habens fiduciam quod Jordanis influeret in os ejus, nos etiam juxta vocem dominicam expetiit ad cribrandum. Deo autem gratias agimus, qui promissionem suam, que usque in finem saeculi se dixit cum discipulis permansurum, in nobis nunc misericorditer adimplevit, et ita nos reddidit in unitatis ecclesiasticae defensione constantes ut non gladius, non angustia, non fames, non nuditas ab ee nos valeat separare; sciëntes utique quod tribulatio patientiam operatur ,patientia vero opus perfectum. Sane auditum

credimus apud vos, et tam literis domini nostri quam fama discurrente vulgatum, qualiter patre nostro Adriano viam universae carnis ingresso, ut alia, quae praecesserant, transeamus, in ecclesiam beati Petri convenimus, et ibi diutius de pastoris substitutione tractantes, post denominationem plurium personarum in hoc tandem omnes exceptis Octaviano, Johanne s. Martini et Guidone cremensi, Deo inspirante convenimus, ut omissis denominationibus aliorum, dominum nostrum eligere, electum confirmare, confirmatum consecrare in virtute St. Spiritus deberemus. Nec videbatur idoneum, ut pro dissensione praedictorum virorum, qui, non quae Jesu Christi sed quae sua erant, abjecto pudore ac sacerdotali modestia postposita, requirebant, apostolica sedes, unde omnibus ecclesiis in sua necessitate consulitur, sine rectore deberet diutius remanere. Unde facta et confirmata per omnes electione, priori diaconorum, cui hoc ex officii suo incumbit, injungitur, ut una cum fratre nostro Ildebrando basilicae duodecim apostolorum presbytero cardinali, accersitum dominum nostrum chlamyde pontificali operire festinet; his autem juxta omnium voluntatem capientibus dominum nostrum et pontificali cum chlamyde induantibus, ipse vero sicut bonus discretusque conviva, qui ultimum in coena locum occupat, invitantis patrisfamilias judicio provehendus, imponendo se honori subtrahere laborante, praefatus Octavianus occurrit, et conceptum sermonem tenere non volens, ex parte imperatoris inhibuit, ne fratrum petitionibus inclinaret assensum, et plures comminationes intentatas, nobis nihil tale timentibus, et praesumptionem monstruosam mirantibus, de capite domini nostri et manibus praedictorum fratrum mantum arripuit, et secum asportare voluit. Quod dum nobilis quidam senatorum, qui praesens erat aspiceret, de manibus illius excussit, et in praedictorum fratrum reddidit potestatem, quibus ad operiendum dominum nostrum una nobiscum instantibus, Octavianus mantum suum et clericum acclamavit, et illo occurrente vocanti, et mantum, quod occulte portaverat, extrahente; ipse extracto pileo, demisso capite, cum praedicti cardinales complices ejus in partem aliam discessissent, a clerico suo sibi fecit imponi, quod ambabus manibus ipse arripiens, et collo misero circum volvens, capicio dependente ad terram, fimbris autem dependentibus circa collum, dum quidam ex nobis in eum insurgerent, et tali chlamyde vellent exuere, ipse ambabus manibus circa collum et humerum affiugens Te Deum laudamus, ut potuit, exclamavit. Unde concurrentibus his, qui ad favorem ipsius in angulis latitabant, aperte sunt subito fores ecclesiae, et cuncti consanguinei et amici ejus extractis gladiis non secus in ecclesiam irruerunt, quam cum turba illa judaica ad capiendum dominum, Juda praecedente, concurrit, ad inscriptionem autem illius monstri aliis risum aliis fletum habentibus, accedens Guido cremensis chlamydam super eum aptavit. Porro nos, sicut eramus exanimes a facie tribulantium, in munitionem sancti Petri redivinus, et ibi cum multis lacrymis in omni obsecratione ac divini attestatione judicii, dominum nostrum ad nostrae traximus petitionis assensum. Octavianus autem, assistentibus ei continuo imperialibus nonciis, et ut verbis eorum utamur, vivam guerram nobis et his, qui nobiscum erant interminantibus, plurimis etiam senatoribus, quos pecunia collata deceperat, ejus nequitiam fulcientibus, per consanguineos suos, per senatores pactione corruptos, per partem plebeculae errore deceptam, diebus pluribus nos obsedit, et interim per literas, quas paratas habebat, per legatos imperatoris, per Guidonem cremensem, per fratres et amicos suos ad consecrationem suam cunctos nostrae provinciae episcopos accersivit. Illi autem uno animo factum ejus abominantes, nec minis potuerunt ad hoc nec blanditiis emolliri, sed omnes, excepto ferentinate, qui scholastica ei fuerat societate devinctus, et dimidii castri promissione deceptus, intrepidi responderunt: obedire oportet Deo magis quam hominibus. Tunc ipse vi dens omnes episcopos suam praesentiam abhorrere, ut omittamus qualiter ob detentionem nostram per duos dies senatoribus constituerit ducentas libras, qualiter etiam convocatis amicis parato convivio defecerint ei ad consecrationem epi-

scopi, et de omnibus quos prius familiares habuerat, vix unum tunc ad suae petitionis consensum potuerit inclinare, nocte profugit ab urbe. Nos vero conclamante populo de custodia, in qua eramus, educti, pulsantibus tintinnabulis, concurrentibus de tota urbe viris ac mulieribus et nobis unanimiter applaudentibus, cum copioso nobilium romanorum, et militum peditumque conductu, de urbe fuimus egressi, et Nympham sani per Dei gratiam devenimus. Ubi dominus noster praesentibus vicinis episcopis abbatibus et clericis urbis, qui ad hoc cum omni desiderio concurrebant, juxta formam ecclesiasticam solemniter Deo gratias munus consecrationis accepit. Quo facto praedictos schismaticos ad sinum ecclesiae redire monuimus, octo dierum eis terminum praefigentes, infra quam, si redire forte contempserint, a corpore se scirent ecclesiae praecidendos. Illis autem in sua contumacia persistentibus, excommunicationis eos vinculo innodavimus, subjicientes postmodum eidem sententiae Ymerum quondam Tusculanum episcopum, qui cum sensisset primo nobiscum, in sectam eorum alienata mente concessit. Inter haec autem, cum praefatus schismaticus, multis urbibus multisque oppidis circumvagatis tertium episcopum ad consecrationem suam invenire non posset, duos episcopos, qui a sedibus suis expulsi, per Marchiam exulabant, per suos nuncios convocavit, et ab eis quinto decimo die post consecrationem domini nostri maledictionem per benedictionem suscepit. Sane in his omnibus Otto palatinus comes et alii imperatoris nuncii ei non deerant, sed quoscunque poterant, proceres, milites et rusticos ad servitium ejus minis precibusque trahebant, et quia non multo post imperatoris literas, ut modis omnibus ei assisterent, receperunt, tanto amplius de die in diem, manum suam in romanam coeperunt ecclesiam aggravare, quanto magis id placere domino suo certius cognoverunt. Deo vero ecclesiam suam misericorditer protegente, sagittae parmidonum (parricidarum) factae sunt plagae eorum, et licet et episcopos a sedibus suis ejecerint, licet omnibus ad nos venientibus laqueos insidiasque tetenderint, licet per diversas partes orbis mendacia exquisita transmiserint, defecerunt tamen Deo gratias scrutantes scrutationes, et veritatem occultare minime potuerunt, eadem veritate per suum organum asserente, quod facilius est favillas ore comprimere, quam luculenti operis secretum tenere. Unde intuens imperator, quod incassum laborem suum expenderet, sub obumbratione judicii suum cepit animum occultare, et ut more aucupis dulci sibilo ad consensum suum aliquos posset attrahere, convocationem episcoporum de quinque regnis, et exspectationem et executionem sententiae simulavit. Misit igitur ad dominum nostrum duos episcopos, scripsit ei una nobiscum tanquam cancellariis, cum jam pridem Octavianus sicut pontifici romano scripsisset, et praecepit nobis ut sententiam super causa ecclesiae recepturi, ad praesentiam ipsius accedere deberemus. Quid faceremus ad hoc, hinc captanda tanti principis gratia nos videbatur urgere, hinc violata libertas ecclesiae ac metuendum exemplum omnibus ecclesiis retrahebat. Elegimus tamen incidere in manus hominis quam Dei viventis, et responsum nostrum ita duximus temperandum, ut nec libertas laederetur ecclesiae, nec ipse per culpam nostram in suo remaneret errore. Dictum est etiam, et verum fuit, quod quidquid dissensionis per Octavianum emerserat de ipsius habuerat favore progressum. Unde cum ad praesentiam ejus de fratribus nostris destinare vellemus, qui super facto ita eum instruerent, ut per ignorantiam facti in sinistram partem declinare non posset, et tunc si forte penes eum, aut ecclesiam Dei de facto nostro ulla dubitatio remaneret, quod tamen enucleato facto impossibile videbatur, libenter Romam juxta canonicam normam de diversis partibus orbis personas ecclesiasticas vocaremus, ad eorum consilium si circa factum nostrum corrigendum aliquid videretur pro impio animo correcturi. Noluerunt, qui missi fuerant, responsum nostrum accipere, sed sicut edocti venerant, municipia et obsides petierunt, per quae de servanda sententia recursus fieret imperator, et cum nos ad hoc praecipitare non possent, recedentes a nobis nulla reverentia domino nostro exhibita, praefati schismatici praesentiam adie-

runt et prosternentes se ad pedes ipsius, imperiales ai literss obtulerunt, in quibus eum romanum pontificem nominabant, et in praecipitatiooem suae sententiae favorem suum et soxilium promittebant. Nos autem, licet tam manifeste jam praecipitasset ipse sententiam, ne tamen alicujus videremus arrogantiae arguendi, tres de fratribus nostris per diversa maris terraeqne pericule Januam misimus, ut ad imperatorem, si securitetem habare possent, euntes coram eo et omnibus, qui adessent, causam aperirent ecclesiee, etque ad vism rectam cum Dei adjntorio revocarent. Dum vero securitatem habere non possent, excutientes pnlverem de pedibus suis non invento filio pacis ad partes alias migraverunt, et ne prorsus abessent, qui veritatem ei et causae meritum aperirent, et ne post tempus ioiquitati ejus excusetionis locus aliquis remanerat, affuit Papiae, et obsistere voluit praecipitise ejus venerabilis freter Wilhelmus sancti Petri ad vincula presbyter cardinalis. Illa autem in modum aspidis surdaa et obdurantis eures suas noluit intelligere, ut bene ageret, sed ut ait propheta, cor suum posuit nt adamantem, ne eudiret legem et verba, quae misit ei Deus a Spiritn sancto. Quocirca congregetis in sanctuarium Dei aliquantis ad exemplum Nabuchodonosor regis de statuee deauretae coepit erectione tractare. Ubi cum episcopi de ore ipsorum schismaticorum electionis ordinem eudivissent, electionem domini nostri submissa voce canonicam judicantes, et maledicta in illos plurime congerentes, unus post unum ioventis occasionibus de ecclesie exire coeperunt. Quod imperator aspiciens, claudi jussit portas ecclesiae, etque paucos, qui remanserant, neo plures, nt dicitis, italicos quam sex aut septem, extrema discrimina eis et ecclesiarum suarum destructiones intentans, ad inclinandam statuae, quam erexeret, cohortavit. Dominus itaque noster iniquitatem ipsius imperatoris, qui tam tyrannice sacrosanctam romanam ecclesiam conculcare molitus, non videns diotius esse ferendam, de communi consilio nostro et sliorum plurium eum cum abominationis idolo, quod erexit, in coena domini excommnnicationis vinculo innodavit, et a corpore Christi, quod est ecclesia, multis suis meritis exigentibus reddidit alienum. Hac de domini nostri electione, de intentione praedicti schismatici, de violentia et fraude imperatoris sub quedam brevitate tractatus transcurrimus, et ne taedium legentibus faceremus, de pecuoia, quam idem schismaticis senatoribus erogavit, qualiter postmodum a substitutis senatoribus est oblata, et conclamantibus omnibus et blasphemantibus, pecunie simoniaca publice in capitolium daportata, et qualiter de communi voce populi, muri urbis exinde reperiantur, et de multis aliis, quae idem schismaticus abominanda commisit, supersedimus enarrare, quoniam quae volut in foro rerum venalium gesta sunt, nobis etiam reticentibus non poterunt vos latere. In his autem et ambitionem illius, et malam superbiam cognoscentes, nec in detsstatione illorum nec in obedientia Domini nostri et veneratione tepidi existatis, nisi forte, si aliquis ad rescindendam tunicam domini, quod non credimus, statuerit laborandum. De cetero itaque frstres in Christo charissimi, videntes dominum nostrum quasi turrem Libani respicientem contra Damascum, et habentes prophetam verum, qui supremum locum in coovivio non usurpst, sed Domino eum ed educendum populum de Aegypto dirigente, humilitate mosaica respondit dicens: Non sum eloquens ab heri et nudius tertius, at ex quo loquutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguae factus sum: una nobiscum in conservatione paternarum traditionum et defensione unitatis ecclesiasticae permanente, st cum communem causam agentibus immobiliter edhaerere, nullom io humilitate nostra defectum penitus metucotes; ubi Dominum nostrum Christum et volontatum arbitrum st largitorem gratiae, ot rigatorem plantationis suae videtis, eum ipsemet dicat: Omnis qui credit in me non confundetur; et alibi: Qui confidit in homine, cito corrust: qui sperat in Domino, sublevabitur. Profecto si dominum nostrum da hac vita, quod avertat Dominus, vocari contigerit, nos incootioenti alium ad epostoletus erigeremus officium, non judicentes ecclesiam immutatam, si de copia membrorum ipsius quatuor

putridos dentes, qui exierunt a nobis, sed non erant de nobis, superbiae ventus excussit. Si vero alter duorum in secta illa deficeret, omnis quassatio incontinenti cessaret. Quo circa de illius ariditate certissimi, eam spem de domino nostro incunctanter habete, quam sacra scriptura de talibus monet haberi dicens: beatus homo qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus. Et erit tanquam lignum quod transplantatur secus aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit, cum venerit aestus. De illo autem id tenete, quod a Domino dicitur: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus coelestis, eradicabitur.



IV.

DE JURE CIVILI ROMANO

QUOD IN ANTIQUIS CANONUM COLLECTIONIBUS

ALIISQUE

ECCLESIASTICIS MONUMENTIS OCCURRIT.

DISSERTATIO.

DE JURE CIVILI ROMANO

Quod in antiquis canonum collectionibus aliisque ecclesiasticis monumentis occurrit.

Vix saeviri in christianos desitum est, et pax ecclesiae restituta, jura omnia nedum sacra et domestica, sed et civilia ac publica Christi sectatoribus concessa sunt. Quin immo cum vel ipsi imperatores christianam religionem amplexi essent, factum est ut latius ea per romanum imperium et propagaretur et dominaretur: ecclesiaeque catholicae disciplina, in universum hominum mores atque instituta moderaretur. Tum ecclesia paulatim, multis juribus augeri ac privilegiis coepit, quae passim in illam pietas atque amor imperatorum conferebat. Hinc ea pars publici imperii juris originem duxit quae res ecclesiasticas spectat, quaeque in Theodosiano et Justinianeo codice, necnon in novellis continetur.

Nemo profecto inficiari jure potest imperatores qui eo tempore Constantinopoli degebant, suprema qua utebantur auctoritate quandoque abutentes, sacris etiam sese interdum immiscere voluisse. Cujus rei caussa inde potissimum repetenda esse videtur, quod cum ethnica superstitio et imperium tenebat, et leges dabat, regiae potestati et majestati (quae nullis pene limitibus erat circumscripta) pontificalis etiam auctoritas accedebat; imperatores vero, qui quamdiu profanis ritibus fuere addicti sacra aeque ac civilia omnia regebant, quum deinde Christo nomen dederunt, falso arbitrabantur ea saltem se suis legibus posse complecti quae ad ecclesiae disciplinam pertinerent. Cui quidem incommodo, quantum per ea tempora fieri potuit, nunquam non ivit obviam ecclesia, quum summorum imperantium legibus, quae aut doctrinam, aut disciplinam suam quomodocumque labefactarent, sibi numquam obtemperandum duxerit. Unde factum est, ut eam obligandi vim qua ex se ipsae caruissent, ab

ecclesiae modo tacite modo aperte assentientis auctoritate acquirerent. Praeterea cum ut superius diximus, privilegia ecclesiae fuissent impertita, ecclesia hisce iisdem privilegiis uti aequum duxit, atque id libentius multo fecit, quod etsi pietas ac benevolentia imperatorum privilegia hujusmodi illi contulissent, non tamen ex una principum liberalitate ac munificentia haec profluxisse dicendum erat, perinde ac si nulla ad id lege adigerentur. Novimus enim pleraque ex iis fuisse a Christo ecclesiae ipsi tributa, utpote quae non modo rationi ac divinis ecclesiae juribus, sed et pietati ac religioni omnino consentanea. Novimus praeterea principes ad ecclesiae leges, jura, et auctoritatem tutandam et religionis negotia promovenda omnino teneri.

Ceterum earum legum quae ab imperatoribus romanis de rebus ecclesiasticis promulgatae sunt, duplex est genus. Aliis nimirum ecclesiae canones fulciuntur ac confirmantur [1]), adjumenta insuper comparantur, quibus ea quae in ipsis canonibus praescribuntur, perfici facile possint. Aliis novum quoddam jus instituitur quod ipsis canonibus adversatur. Ubi id unum per hujusmodi leges cavetur ut sacrorum canonum decreta ab omnibus observentur, faciliusque executioni mandentur, non aliud sane statuitur quam quod pertinet ad christianum principem, qui sua potestate ecclesiam fovere, ipsiusque legum observantiam promovere ac tueri debet. At novum illud jus quo exteriorem ecclesiae disciplinam pro ingenio imperatores regere voluissent, ratum nunquam in ipsa ecclesia fuit, siquidem ab illis constitutum qui nullam habent istiusmodi rerum potestatem. Leges proinde imperatoriae quae ecclesiasticorum magistratuum rogatu conditae sunt, quasque postea ecclesiae ipsius consensus ratas habuit, jus certum ac validum in ecclesiastico etiam foro constituunt; at eae quas imperatores pro lubitu ac sine ecclesiae consensu promulgarunt nunquam non ab ipsa ecclesia improbandae ac rejiciendae fue-

1) Justinianus imperator leges ecclesiasticas expresse confirmavit. L. 25. Cod. de episcopis: » Sacri canones non minus valeant, quam nostrae leges — quod sacri canones prohibent, id etiam per nostras abolemus leges. » — Item Nov. VI. c. 1. §. 8.: a praecedentibus nos imperatoribus et a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras regulas pro legibus valere » et in Nov. 131. cap. 1. Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quatuor conciliis expositae sunt aut firmatae, — — — praedictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus et regulas sicut leges observamus.

runt [2]). Ex hac rei varietate factum est ut ecclesia cum in iis quae ad seipsam tanquam ad societatem spectabant, tum in iis quae potissimum sacrorum antistites respiciebant, romano jure uteretur, causas autem civiles plerasque quae ad se deferebantur ex civilibus quae tunc temporis vigebant imperii legibus definiret. Cur autem ecclesia ita se gereret, id praecipue causae fuit, quod scilicet et ipsa intra romani imperii fines contineretur: quaestiones vero non paucae quae illius judicio subjiciebantur, aeque adeo ac recte a civili jure definiebantur ut ad eas dijudicandas nulla praesto esset accommodatior norma quam ea, quae in probatissimis quas vocant romani juris collectionibus continebatur.

Haec rei christianae universae conditio fuit quoad septentrionalium regionum populi romanum imperium occuparunt. Tunc etiamsi ex eversi imperii ruinis nova exsurrexerint regna, novaeque leges a veteribus plane diversae fuerint inductae, ecclesia tamen veteri jure uti, suasque leges et decreta ad juris ejusdem normam etiam atque etiam promulgare non desiit.

Ac de hoc quidem argumento hic potissimum disputabimus brevique ea omnia proponemus quae diserte atque erudite pertractantur in eximio opere. „ De romani juris quod viguit medio aevo, histo- „ ria, quod nuper in lucem edidit clarissimus Savigny in berolinensi „ acad. P. I. professor.

2) Ne in ipsa quidem orientali ecclesia agnitum fuit, canonibus ecclesiasticis per leges principum derogari posse; imo leges, νόμους, canonibus postponendas esse, quoties illis contraria statuant operte decleratum est. Balsamon in scholiis ad Photii nomocanonem Sch. 2. ad cap. II. ait . . . . . . λέγω τοὺς κάνονας ἰσχύειν πλέον τῶν νόμων· οἱ μὲν γὰρ ἤγουν κάνονες παρὰ βασιλέων, καὶ ἁγίων πατέρων ἐκτεθέντες καὶ στηριχθέντες ὡς αἱ θεῖαι γραφαὶ δέχονται· οἱ δὲ οἱ νόμοι παρὰ βασιλέων μόνον ἐδέχθησαν, ἢ συνετέθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ κατισχύσουσι τῶν θείων γραφῶν οὐδὲ τῶν κανόνων. Eandem sententiam habet Mattheus Blastaris in syntagmate apud Beveridge synodicon II. p. 150. Vide Assemanni bibliotheca juris orientalis lib. II. cap. 32. p. 604.

CAPUT I.

Qua de causa ecclesia juris romani usum retinuerit.

Quanam ratione factum sit, ut sublato ac deleto per septentrionales germanosque populos romano imperio, ecclesia ejusque ministri juris romani usum retinuerint, nunquam satis perspicue declarabitur nisi prius eorundem populorum propria ac peculiaris consuetudo, quae in uno eodemque regno plures easque diversas leges pro incolarum diversitate nedum permittebat sed et probabat, altius repetatur atque accuratius enucleetur. Cum enim Gothi, Burgundiones, Franci et Longobardi nova regna constituerent, non ii quidem Romanos devictos et ab imperio depulsos aut libertate privabant, aut servituti adjiciebant, neque illos per vim adigebant, ut non suae gentis numerum augerent aut non suis moribus, legibus institutis etiam atque consuetudinibus uterentur. Quin immo uterque populus et eandem regionem permixtim obtinebat et proprias uterque leges propriosque mores retinebat, unde id demum jurium legumque genus est ortum, quod legum seu jurium personalium nomine, a legibus, quae universam rempublicam ac quemlibet ex aequo civem obligant, distinguimus. Nostris quidem temporibus indiscriminatim cives, quotquot sunt iis legibus subjiciuntur, quae ubilibet degunt vigent, nullaque prorsus locorum aut originis habita ratione, omnium et proprietatum et contractuum jura generali earundem legum regula dijudicantur. Medio tamen aevo non ita se res habebat. In eadem enim regione, immo quandoque in eadem etiam civitate non solum Romanus et Longobardus vel Francus suae quisque adhaerebat legi, sed Germani ipsi pro gentium a quibus oriebantur varietate peculiaribus quilibet suae nationis legibus utebantur [1]). Quod vero ad causam attinet ob quam non apud unum, vel alterum tantummodo, sed si Ostrogothos excipias, apud omnes omnino Germaniae populos eadem haec consuetudo et inducta primum et legibus dein fuerit confirmata;

1) Vide Agobardi epistolam ad Lud. Pium apud Bouget. T. IV. p. 356.

plerique in ea sententia fuerunt, quod ipsa omnes inter hosce populos jam ab antiquis temporibus ex innato, qui in ipsis ferbuit semper, libertatis amore orta et assidue dein fuerit conservata. Atqui imprimis non adeo facile intelligi potest, quomodo libertatis amor hanc pepererit consuetudinem. Amor enim ejusmodi vehementissimum quidem proprias leges conservandi desiderium non inter privatos solum homines, sed et apud integras nationes excitare, nullo tamen pacto alias quoque ad id inducere potuisset, ut quod tam ardenter ab illis desideraretur, sibi etiam tribuerent. Quod si reapse fecissent, humanitati id potius atque erga hospites liberalitati, quam libertatis amori adscribendum foret. Quae tamen humanitas inter Germanos non ita fortasse per id tempus florebat, ut hospitibus exterisque qui apud illos forte civitatis jure ubique carebant, amplissimam hanc libertatem tribuerent. Praeterea priscis illis temporibus in quibus rari admodum inter diversas illas gentes sese immiscebant sedemve ponebant, eccuinam necessaria fuisset, aut quo pacto in usum ejusmodi consuetudo deduci potuisset? Quis enim quaeso, e. g. in Burgundionum ditione Gothorum lites ex eorumdemmet Gothorum legibus diremisset, cum neque Burgundiones illas cognoscerent, neque tot numero essent Gothi quot ad judicium instituendum requirerentur. Quae cum ita sint, non est cur talem consuetudinem semper apud Germanos viguisse credamus; ac proinde eorum sententiae acquiescimus qui ibi illam primum exortam arbitrabantur, ubi diversae nationes in eadem regione ita permiscebantur, ut ipsa earum conditio hujusmodi consuetudinem exposceret, ejusque usum possibilem redderet. Cum igitur haec fuerit ejusmodi consuetudinis origo, in illis eam regionibus primum inveniemus, in quibus Germani subactis Romanis nova regna instituebant, ita tamen ut tum Germani victores, tum Romani devicti proprias leges retinerent, etiamsi caeteris Germanis propriarum legum usus minime concederetur. Dein progrediente tempore cum novum hoc imperium ad alias quoque a Germanis jam occupatas regiones propagaretur, factum item est ut non solum subactis et devictis populis propriae legis usus, prout datus antea Romanis fuerat, concederetur, sed ut ad alios quoque Germanos tanta haec liberalitas extenderetur, ac in qualibet regione, quae in alterius populi potestatem veniret, eae leges vim et usum obtinerent

quae tum apud victores, tum apud victos jam antea erant et receptae et confirmatae.

Ineluctabilia historiae monumenta perqnam luculenter testantur rem ita omnino processisse, quemadmodum ex causa unde haec est consuetudo profecta ad instar regulae deduximus. In Gallia enim cum primum septentrionales ipsius partes a Francis occuparentur, nullam aliam praeter Romanorum et Francorum legem receptam fuisse constat; postea vero cum Franci sub Carolovingiis caeteros quoque populos integrasque nationes sibi parere coegissent, in ipsorum imperio Visigothorum, Burgundionum, Alemannorum, Bajovariorum et Saxonum leges vigebant, singulisque illarum nationum incolis propriis legibus uti licuit. Longobardorum vero leges receptae minime fuerunt quia Italia nunquam ad Francorum imperium accessit [2]). In Italia item cum Longobardorum reges imperarent, tum antiqui incolae qui Romani appellabantur, tum Longobardi suis legibus, illi nempe romanis, hi longobardicis uti debuerunt, aliis vero Germanis id tributum minime fuit. At quum dein ad Francos imperium fuisset

---

2) Priorem lagum seriem eruimus ex lege salica, in qua duae hominum classes distinguuntur, Romani scilicet et Franci, quibus alii etiam omnes Germani adnumerabantur. Lex salica emend. Tit. 43. §. 1. 6.: *Si quis ingenuus Francum, aut hominem barbarum, occiderit, qui lege salica vivit, VIII. M. Den., qui faciunt sol. CC. culp. jud. . . . . Si qui romanum hominem, convivam regis occiderit etc. . . . .* et ibidem L. Sal. emand. Tit. 15. § 2. 3. *Si romanus homo Francum expoliaverit. . . . . Si vero Francus Romanum expoliaverit. . . . .* (Vide Savigny. II. p. 95.). Constitutio Chlotarii (Baluz. T. I. p. 7.) cap. 4. jubet: Inter romanos negotia causarum romanis legibus praecipimus terminari; et cap. 13. in quo de praescriptiona XXX. annorum pro clericis et provincialibus sermo est, quodque ita explicit: *nec quidquam aliud agere aut judicare, quam ut haec praeceptio secundum legum romanarum seriem continet . . . , . . praesumant.* Ad posteriorem legum seriem pertinet instructio, quae in Marculfi (660) formulis I. 8. habetur, in qua duci vel comiti praecipitur: *et omnis populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones; quam reliquas nationes sub tuo regimine et gubernatione degant et moderentur, et eos recte tramite secundum legem et consuetudinem eorum regas*». Easdem item diversorum populorum leges agnoscunt Caroli magni et Ludovici Pii capitularia, scilicet, Cap. 6. anni 803. art. 2. (Baluz. I. p. 401.); Cap. 7. a. 813. (Baluz. I. 505.) Ludovici P. divisio imp. a. 817. art. 9. (Baluz. I. 606.) » *Proprium autem suum. . . . . secundum suam legem unusquisque absque injusta inquietudine possideat*». Cap. 1. a. 819. art. 4. 9. Cap. 2. a. 819. art. 8. Huc referri poterit locus ex Benedicti Levitae capitulariorum collectione Cap. lib. VI. Cap. 366. desumptus qui etiam apud Gratianum c. 37. L. XI. 9. 1. habetur, ex quo diversae nationes enumerantur, quibus propriarum legum usus concaditur. (Vide Savigny II. p. 102.). Juramentum dein anni 858. in quo rex promittit: unicuique competentem legem et justitiam servabo. Confer etiam Cap. a. 844. art. 3. (Baluz. II. p. 27.); Capit. a. 878. vel synodus Tricasina (Baluz. II. p. 277.); Lex Ripuariorum Tit. XXXI. §. 3. 4. Tit. LVIII. §. 11.; Tit. LVI. §. 1. 2. Tit. LXXVIII.

translatum, eae leges omnes invaluerunt quibus ipsimet prius regebantur [3]).

Quodsi diligentius exquirere quis vellet cuinam quisque legi sese subjicere debuerit, pro certo est habendum unumquemque illius nationis legibus obtemperare debuisse ad quam ex patris origine pertinebat, nec cuiquam licuisse a propria lege discedere nisi cui quandoque ac speciatim id ab ipsis legibus permittebatur [4]). Hos inter

---

3) Longobardorum regum tempore notariis injunctum fuit, ut instrumenta nonnisi ex romana et longobardica lege perscribant; sic lege Luitprandi VI. 37. *De scribis hac prospeximus, ut qui chartam scripserit, sive ad legem longabardorum, quae aptissima (al. quoniam apertissima) et pene omnibus nota est, sive ad legem romanorum, non aliter faciant, nisi quomodo in illis legibus continetur. Nam contra longobardorum legem aut romanorum non scribant* etc. Exteri vero omnes i. e. ceteri Germani praeter Longobardos, Longobardorum legibus parebant nisi principis gratia propriae legis usus ipsis datus fuisset; quod patet ex *Lege Rothnris* 390. *Omnes gargangi* (al. guargangi, warengangi) *qui de exteris finibus in regni nostri finibus advenerint, seque sub scuta potestatis nostrae subdiderint legibus nostris longobardorum vivere debeant, nisi legem suam a pietate nostra meruerint.* Hinc in litibus, etiam in controversiis quae agebantur inter Longobardos et jure Longobardorum dirimebantur, judices ex aliis nationibus sumebantur: id eruimus ex hujusce temporis placito, quod extat in documento anni 721 vel 744., a Fumagalli in cod. diplom. N. 4. p. 18. inserto, de quo ipse Fumagalli in alio opere se. Antichità longob. Milan. vol. 1. p. 291. erudite discrit. Ibi ex Longobardorum lege judicatum fuisse ex eo constat, quod *edictum domni Luitprand* citetur. Judices vero saltem ex parte Allemanni fuere, quod ex subscriptione patet, quae ita se habet: *hoc nostrum judicatum emisemus ivi mecum stante idoneis homenis Toto de Geperanzo Leonnce et Placemunus Austremunus Gomipert et Alta Alemanni.* Tempore vero, quo Franci Italiae dominabantur aliorum quoque populorum leges invaluisse ex legibus tum Caroli magni tum Pipini constat, qui Francis et Allemannis aeque ac Longobardis proprias leges concesserunt. Leg. long. Caroli m. 89. Pipini 8. et 43. Aliis dein legibus generatim definitum est, quemlibet debere propriae legis usum obtinere. Sic Cap. Pipini a. 793. art. 37. (Baluz. I. p. 542.) statutum est: *Domno regi dictum est, quod multi se complangunt legem non habere conservatam, et quia omnino voluntas Domni regis est, ut unusquisque homo suam legem pleniter habeat conservatam . . , . . Et per singulos inquirant, qualem legem habeant ex nomine.* cf. L. Long. Lud. Pii 1. L. Lotharii sen. 14 Ex aliis dein documentis haec legum diversitas quam apertissime patet.

4) Ab origine suam quemquam legem habuisse ex innumeris legibus patet, in quibus de Romanis, Francis, Longobardis etc. sermo habetur, quibus nominibus nihil aliud significari nisi origo potest, et dein statim lex notatur, secundam quam judicari debent. Sic praeter ea, quae jam citavimus, habetur in L. Pipini 46. Lege Longob. Luitpr. IV. 1. Caroli M. 89. Pipini 8. 43. Lotharii Sen. 14. Exhine patet vero, το *juxta legem* idem omnino significare ae *secundum nationem.* Lupi Cod. Diploma. Bergom. Vol. I. Diss. IV. p. 219. Origo vero ex patre et non ex matre dijudicabatur uti in L. Luitprandi VI. 74. expressa definitur. « Si romanus homo » mulierem longobardam tulerit . . . . . postquam marito romano se copulaverit, et ipse ex ea » mundium fecerit, romana effecta est . . . . . . *et filii, qui de eo matrimonio nascuntur, se-» cundum legem patris romani sint, et lege patris sui vivant».* Liberis illegitimis, quorum pater ignotus erat, liberum erat eligere quanam lege vivere vellent. vid. Quaestiones et monita (Canciani Vol. 1. p. 224.). » Justum est, ut homo de adulterio natus vivat qualem legem voluerit». Quodsi pater clericus effectus sit, ipsius filii eam legem tenere debuerunt, quam pater ab origine habuit. Leg. Luitprand. VI. 100. . . . . . *filii, aut filiae qui ante ejus conversionem nati fuerant, ipsa lege vivant, qua ille vivebat, quando eos genuit.*

29

numerabantur praecipue mulieres queis cum marito lex communis erat [5]), et clerici qui sicuti et ipsa ecclesia jure romano utebantur. Non ita tamen ejusmodi facultas ipsis dabatur, ut simul vetarentur ne pro arbitrio ad propriae nationis instituta confugerent; fiebat enim non raro ut hac facultate non uterentur, et legem quae ipsis ab origine obtigerat, sectarentur [6]). Quod vero ecclesiae ipsae, quatenus pro personis moralibus habebantur ad legum romanarum normam judicarentur, id mirum videri minime debet; ad hoc enim usque tempus eodem jure usae sunt, quo jure ipsas privari omnino non decet. Plurima dein, quod superius significavimus, leges romanae constituerant, quae ad rem ecclesiasticam pertinebant, quaeque jampridem invaluerant. Per haec ecclesiis varia privilegia concedebantur, quorum omnium in Germanorum peculiaribus legibus et consuetudinibus nullum vestigium erat. Hacc et aliae quae hisce similes sunt causae crant cur clericorum quoque jura romanis legibus dijudicarentur. Ipsi enim unde demum originem duxissent, ecclesiae servitio scsc quodammodo manciparant. Quare in novum quemdam veluti populum qui omnes sacrorum ministros complectcbatur coaluerunt: qui licet cum ceteris populis permixtus viverct, tamcn prout ab ipsis distinctus aestimari facile poterat, quippe qui nulli eorum erat obstrictus, ct multis praeterea atque insignibus privilegiis utcbatur.

Hinc factum cst, ut apud omnes germanos populos qui in servandis cuique legibus propriis toti erant, id esset in more ut scilicet ecclesiae sacrorumque ministri pro Romanis haberentur, illisque romani juris usus liber omnino esset. Hoc sane Franci sancte integre-

---

5) Leg. Luitprand. VI. 74. Lothar. sen. 14. Viduae ad nationis legem redierunt leg. Lothar. 14. c. 16. Statuit ut mulieres romanae, quae viros habuerunt Longobardos, iis vita functis a lege viri sint absolutae, et ad suam revertantur legem, et hoc statuimus, ut simili modo servetur in caeterarum natione mulierum.

6) Sic Mathildis comitissa, quae origine ex gente Francorum erat, etsi matrimonio cum Longobardo inito Longobardorum legam amplecti debuisset, saepe salicam legem tenuit, uti constat ex variis documentis, quae citat Lupi Cod. Dipl. Berg. Tom. I. Prodr. Diss. IV. p. 227; » Mathilda comitissa filia quondam Bonifacii, marchio, *qui professae sum ex natione mea lege vivere Salicha*; et in altero: « Nos Beatrix ductrix et comitissa, atque Mathilda filia quondam Bonifacii marchionis mater et filia, *quae professa sumus ex natione nostra lege vivere salicha*». De hac legis professione vide Lupi l. c. et Savigny historia juris romani t. I. p. 119. seq.. ubi refutant cl. Muratorium, qui omnibus tunc temporis liberum fuisse opinatur, quamcumqua voluerint legem amplecti.

que servabant. Jam inde enim ab anno 560 Chlotarius rex 7) in sua constitutione ecclesias, clericos, et provinciales i. e. Romanos eodem jure, romano scilicet, judicandos esse decreverat, quod tum Ripuariorum lex [8]), tum noni et undecimi saeculi scriptores apertissime testantur 9). Apud Longobardos similiter ecclesiam et sacrorum antistites romanis legibus obstrictos fuisse tum ex ipsorum, tum ex Francorum regum legibus, tum etiam ex ipsis scriptorum testimoniis constat [10]). Non desunt tamen monumenta ex quibus compertum est clericos et ipsas ecclesias aliquando Longobardorum legibus obtemperasse [11]).

Quae hactenus de peculiari Germanorum conservandi unicuique propriae legis usum consuetudine disputavimus, satis superque produnt cur factum sit, ut sub ipsorum etiam imperio ecclesia romanarum legum usum retinuerit: insuper demonstrant necessarium omnino fuisse, ut ad canonum collectiones, quae illis temporibus fuerunt elucubratae, quaedam etiam ex romanis legibus accesserint.

Priusquam vero ad ipsas has collectiones orationem convertamus, non abs re erit brevi eos romani juris fontes enumerare atque illustrare quos illarum auctores adierunt.

---

7) Const. Chlotarii a. 560. cap. 13. apud Baluz. Capit. Reg. Franc. T. I. p. 9.

8) Lex Ripuar. Tit. 58. §. 1. . . . . . secundum legem romanam, qua ecclesia vivit.

9) Adrevaldus de miraculis s. Benedicti Lib. I. P. 2. C. 2. n. 8. p. 308. Act. sanct. Martii T. 3. » quod salicae legis judices *ecclesiasticas res sub romana constitutas lege* discernere perfecte non possent». Ivonis epist. nr. 280. « instituta legum novellarum, quas commendat et servat romana ecclesia.» Vide plura apud Ducange glossarium mediae et infimae latinitatis verbo: *lex romana* Tom. IV. p. 155.

10) L. Luitprand. IV. 100. L. Long. Lud. Pii 55. « ut omnis ordo ecclesiarum lege romana vivat».

Attonis epist. ad Azonem. episc. (Dachery spicileg. ed 1. T. 8. p. 113. ed. 2. T. I. p. 435. 438.) » Romani quoque principes . . . . . quorum legem etiam nobis sacerdotibus in multis convenit observare».

11) Fumagalli cod. dipl. Ambros. n. 124. p. 502. a. 885. » Ego Teotpertus archipresbyter ecclesiae s. Juliani qui professo sum legem vivere langubardorum». Idem constat de Attone episcopo bergom. ann. 1072. Ughelli T. 4. p. 447. Saeculo decimo et undecimo Bergomi tam frequens erat hic mos, ut exceptio regulae instar haberi potuerit. Lupi cod. dipl. Bergom. p. 225.

In quodam placito romano anni 999. monasterium fervense ad duellum provocet. » *Secundum suam longobardorum legem*». (Mabillon annal. Bened. T. 4. p. 129.). Idem occurrit in alia ejusdem monasterii lite anni 1014.» *quoniam venerabilis locus ad longobardam pertinebat legem*». (Mabillon .. c. p. 705).

CAPUT II.

De juris romani fontibus quibus canonum collectores usi sunt.

§. 1.

Quid legis romanae nomine intelligendum sit.

Quo tempore inter Germanos ea consuetudo de qua superius disseruimus vigebat, diversarum gentium jus, cujus tum in legibus tum in aliis documentis fit mentio, legis nomine appellabatur. Plerique arbitrati sunt scriptas tantum leges, quae in iis libris continentur qui tale nomen prae se ferunt et typis quoque editi sunt, hoc nomine designari. Atqui haec sententia indubiis monumentis falsa esse demonstratur. Hinc enim universum cujusque populi usu et consuetudine receptum jus hoc nomine appellatum fuisse, apertissime constat. Quare etsi leges illae scriptae utpote quae ad jus pertinebant, illiusque pars non minima erant, hac legis appellatione comprehenderentur et leges etiam identidem appellarentur, minime tamen ad eas tantummodo hoc nomen, quoties in antiquis monumentis occurrit, est coercendum. Quae de peculiaribus istorum populorum et jure et legibus diximus, ad legis romanae appellationem pertinere manifestum est, ita ut non aliud quam jus romanum, in quacumque demum particulari collectione contineatur, generatim hoc nomine significari dicendum sit. Quaevis igitur collectio quae jus romanum exhibet, legis romanae nomine venire potest; minime vero ex nomine sed aliis ex adjunctis dijudicandum erit quam peculiarem collectionem intelligat scriptor qui eam hoc nomine appellat.

Viri quidem doctissimi [1]), inter quos Brenkmannus, affirmarunt solum Aniani breviarium legem romanam a medii aevi scriptoribus appellari; quod si certum esset, certum pariter esset eos omnes qui legem romanam commemorant breviarium cognovisse, eoque usos

1) Ducange gloss. v. v. lex romana. T. 4. p. 155. ed. Bened. — Brenkmann hist. Pandect. p. 55. Ejus append. ad Relandi fastos p. 859. Ritter praef. T. 2. cod. Theod. p. penult.

fuisse. Atqui innumera pene documenta ostendunt praeter Aniani breviarium alias quoque romani juris compilationes hoc nomine appellatas fuisse.

Siquidem collectionis, quae Papianus inscribitur, auctor, qui non ex breviario, sed ex veracioribus juris romani fontibus opus suum concinnavit, non peculiarem quamdam juris romani collectionem sed generatim jus romanum legem romanam appellat [2]), atque ipsa haec collectio a breviario plane diversa ac distincta in codicibus non paucis legis romanae nomen inscriptum habet [3]). Ludovicus Pius et Carolus Calvus Justiniani novellas legem romanam vocant [4]), idemque nomen concilium trecense anni 878 juri justinianeo tribuit [5]). In canonum dein collectione quae saeculo nono elucubrata Anselmo dedicata est novellae vocantur: *novella lex romana*, seu *novella legis romanae*, et loca ex institutionibus et codice decerpta titulum habent: *capita legis romanae.* Atto vercellensis episcopus qui circa medium seculum nonum vixit, codicem legis romanae partem appellat [6]), et in quodam Othonis III. placito Justiniani leges sub eodem nomine citantur [7]).

In libro cui titulus: *Quaestiones et monita* qui apud longobardos confectus est, successio ab intestato in Novella 118 sancita inscribitur: supercessio (i. e. successio) *lege romana*, et dein: » Sic praecipit *lex romana* in libro qui nominatur *novella* quem egit Justinianus imperator temporibus suis». In eodem libro leges romanae de thesauris hoc nomine designantur: » dicitur in *lege romana* in li-

---

2) Papiani respons. Tit. 2. » de pratio occisorum nihil avidenter *lex romana* constituit«.

3) Amaduzzi leges nov. praefat. p. L. I. conf. ibid. p. XX· XLIX. et p. 294.

4) L. Long. Ludovici pii 55. » ut amphytauseos contractus unde ecclesia damnum patitur non observentur, sed secundum *legem romanam* destruantur. Haec desumpta sunt ex Nov. 120. c. 8. aut potius ax Juliani Const. 111. c. 4. Capit. Caroli Calvi a. 865, c. 6. (Baluz. T. II. p. 198) Et si mortua manus vel praeceptum regium super eos interjacet, describentur diligenter . . . . . et signatis ipsis praeceptis, sicut *lex romana*, praecipit, ad nostram praesentiam defarri faciant«. Haec desumpta videntur ex Juliani Const. 48. C. 2. et Const. 7. c. 2.

5) Cap. a. 878 (Baluz. II. p. 277.) inspectis *legibus romanis* . . . invenimus ibi a Justiniano imp. legem . . . . . constitutam.

6) Attonis epist. ad Azonem. episc. (Dachery spicil. ed. 1. T. 8. p. 113. ed. 2. Tit. p. 435. 437); » legitur etiam in libro codicum, quod est *romanae legis*, ita: Nihil aliud sic inducere potest. etc. etc. Alludit ad l. 26. in f. cod. da nupt.

7) Mabillon annal. Benedict. T. 4. p. 129. 130. *Sicut lex praecipit romana* et postea: quia Justinianus imperator praecepti».

bro qui nominatur *Instituta* [8])«. Titulus quoque quem Petrus operi suo ex Justiniani collectionibus unice concinnato fecit, scilicet: »*Petri excerptiones legum romanarum*« idem confirmat. Denique adhuc anno 1160 in praefatione statutorum civitatis pisanae quae itidem ex Justinianeo jure sunt deprompta idem nomen occurrit [9]). E quibus omnibus manifestum profecto est legis romanae nomine collectiones omnes appellatas fuisse quae jus romanum exhibebant, eoque generatim hoc jus significari. Non defuerunt qui jus romanum et praesertim Aniani breviarium legem mundanam appellatam fuisse affirmarent; attamen hoc nomine non solum jus romanum, sed generatim omnes aliae diversorum populorum leges tum a legibus ecclesiasticis, tum a capitularibus distinguebantur.

§. 2.

Quibus juris romani fontibus usi sint antiqui canonum collectores.

Intra illud medii aevi tempus de quo nunc nobis est sermo, pleraque romanarum legum collectiones exstabant quas in duas classes tribuere facile possumus. Praeter eas enim quae vigente adhuc romano imperio tum privata tum publica auctoritate adornatae sunt, aliae etiam in novis Germanorum regnis in eorum usum fuere confectae, qui ut monuimus romano et ipsi jure utebantur.

Canonum collectores utrisque usi sunt; etiamsi vero eas prae caeteris adhiberent, quae utpote pro Romanis Germanorum subditis adornatae tunc temporis maxime apud ipsos in usu erant, tamen multum a vero aberraret, qui illos alias ignorasse contenderet. In ipsorum enim collectionibus non modo loca quaedam ex genuino theodosiano codice desumpta occurrunt, sed quamplurima etiam ex Justiniani collectionibus decerpta. Minoris quidem pro jure ecclesiastico

---

8) Muratori script. rer. Ital. T. 1 P. 2. p. 163. seq. Canciani Leg. Barb. Vol. 1. p. 221. seq.

9) Valsechi de vet. Pisanae civitatis constitutis. (Hoffmann. hist. jur. Vol. 1. p. 195.) » Pisana itaque civitas a multis retro temporibus, vivendo *lege romana* retentis quibusdam de lege longobarda. etc. etc.

habenda sunt tum institutiones tum digesta; tamen non pauca hinc etiam in canonicas collectiones transierunt. Plura certe Justiniani codex exhibebat, praesertim in primis libri primi tredecim titulis, qui res ecclesiasticas respiciunt; sed in constitutionibus quas Justinianus tum graece, tum latine absolutis aliis collectionibus protulit, quasque novellas constitutiones appellamus, tam multa de rebus ecclesiasticis statuit, ut canonum collectores uberrimam illinc segetem meterent. Novellas, quas Justinianus imperator nunquam in unum corpus collegit, post subactam denuo Italiam in occidente quoque obtinuisse certum est; pauca vero admodum supersunt monumenta, quibus probari possit an graecus earum textus, vel potius versio latina usurpata fuerit.

Julianus antecessor constantinopolitanus novellas Justiniano adhuc imperante in epitomen redegit, earumque 125 latine redditas excerpsit. Opus suum pro latinis et maxime pro Italis elaborasse videtur, cum non solum nullum prostet argumentum unde graecos jurisconsultos eo usos fuisse constet, sed illud tunc temporis concinnaverit, quum Italia a Belisario devicta est, et in quibusdam insuper locis ipse fateatur se non in Graecorum, sed in aliorum utilitatem elucubrasse. Hic Juliani liber, epitome novellarum, seu liber novellarum vulgo appellatus, medii aevi temporibus tantam in occidente auctoritatem nactus est, ut prae ceteris juris romani fontibus adhibitus fuerit, ac novellae ipsae non ex germana ipsarum recensione, sed ex hac Juliani epitome sumerentur. Nec mirum hoc videri debet, cum in Italia, ubi làtina novellarum versio necessario expetebatur, non nisi haec Julianea in promptu erat, et versio vulgata antequam jus romanum Bononiae doceri coepit, parum in usu esset; quemadmodum exinde licet conjicere quod tum Gregorius, tum Anselmus praeter eas novellas quas ex vulgata proferunt, alias quoque in medium adducunt, quas ex aliis ab hac omnino diversis versionibus videntur deprompsisse. Non omnes praeterea novellae in Italia vulgatae videntur, ita ut uberior earum et perfectior collectio, qualis a Juliano exhibebatur, omnibus grata et exoptata esse deberet. Huc accedit quod, uti superius monuimus, Julianus opus suum pro Italis elaboravit ut publicis scolarum doctoribus praesto esset, ex quo facillime explicari potest, quomodo factum sit, ut prae omnibus aliis collectionibus adhiberetur. Caeterum Juliani epitomae in codicibus manuscriptis plu-

ra tractu temporis accesserunt, ac non raro una cum breviario, cum collatione legum mosaicarum et romanarum, nec non cum aliis Germanorum legibus describitur, quod inde factum esse videtur quod Juliani opus legis romanae partem non minimam constituat; tardius vero in duas partes tributum est, de quibus sicuti de hoc opere in genere et erudite et copiose disserit Bienerus in historia novellarum [10]).

Novellarum latinam versionem quae paullo post Justiniani mortem ab ignoto quodam auctore facta est, illi qui Bononiae glossas seu commentaria in universum jus exararunt, ut illam a Juliani epitome distinguerent, corpus authenticum appellarunt et in novem collationes diviserunt. Etsi haec collectio ante hoc tempus in occidente parum innotuerit, novellae tamen aliquot peculiares quae in illa habentur, etiam ab anterioribus canonum collectoribus aliisque ecclesiasticis scriptoribus adductae sunt.

Haec de celeberrimis juris romani collectionibus sufficiant, quae cum notissimae sint, non est cur in illis describendis illustrandisque diutius immoremur. Potius de aliis collectionibus quae cum minoris momenti habentur, non omnibus obviae sunt, et de iis maxime, quae uti diximus sub Germanorum imperio confectae sunt juvat brevi disserere.

1. Has inter collectiones primum locum obtinet illa quae apud Visogothos fuit confecta ac breviarii Alericiani seu Aniani nomen obtinet [11]). Jussu Alarici II. Visogothorum regis a romanis jurisconsul-

---

10) D. Fr. Aug. Biener Geschichte der Novellen Justinians. Berlin. 1824. p. 255. sq.

11) De hoc breviario agunt. I. Gothfred. proleg. ad Cod. Theod. c. 5—7 — Biener progr. hist. legum visigothicarum spec. 1. Lips. 1783. Cap. 4. 5 et in Comm. de orig. jur. germ. P. 1. §. 78. 79. Savigny histor. jur. rom. T. II. p. 36. seq. Haubold. inst. hist. dogm. §. 261. — Eichorn. hist. jur. germ. §. 43. Hugo hist. jur. rom. p. 869. — Codices qui breviarium exhibent duplicis generis sunt, aliqui textum et interpretationem habent, uti codex wurzeburgensis seu monacensis, parisiensis nr. 4403. 4404. 4405. 4406. 4408., alii solummodo interpretationem; aliquando vero etiam textum amplectuntur maxime in iis, quae non ex cod. Theod. desumpta sunt, uti cod. Parisienses nr. 4403. A. 4403. B. 4409 usque ad 4419. 4626. 4633. 4697. De aliis codicibus. Vide Haubold inst. juris rom. Ant T. 1. § 54. not. e. Arevali isidoriana cap. 100. 101. (in opp. Isidori rom. 1797. sq. tom. 2.) p. 325. 327. 329. Hic citat. cod. regio vatic. nr. 846. 982. 1048. Breviarium integrum solus edidit Sichardius: codicis Theodosiani Lib. XVI. quibus sunt ipsorum principum auctoritate adjectae novellae. . . . . excud. Basileae Henr. Petrus mense Martio anno 1528. fol. min. Partes omnes inveniuntur in editione cod. Theodos. a Cujacio adornata. Lugd. 1566. f. Paris. 1686. f. Codex Theod. et novellae in editionibus Marrilhi, et Ritteri; aliae partes solae apud Schultingium jurisprud. antejustiniana.

tis duce Goiaricho palatii comite adornata fuit. Fontes ad quos illius auctores accesserunt hi sunt. 1) *Codex theodosianus in 16 libros divisus-* 2) *Theodosii*, *Valentiniani*, *Marciani*, *Majorani et Severi Novellae.* 3) *Gaji institutiones.* 4) *Pauli*, *receptarum sententiarum libri V.* 5) *Codex gregorianus* 13 *titulor.* 6) *Codex hermogenianus* 2 *titulor.* 7) *Papiniani lib. I. responsorum.* Ex hisce fontibus, qui eodem ordine ac a nobis cnumerantur in breviario sese invicem subsequuntur ea loca excerpserunt, quae ipsis utilia videbantur, eaque ut plurimum integra collectioni inseruerunt. Singulis collectionis capitibus,si ea excipias quae ex Gajo desumpta sunt, interpretatio subjungitur, qua non solum loca ipsa explicantur, sed ea etiam adnotantur, quae in ipsis ob recentiores consuetudines aut leges mutanda erant. Antiquitus hoc breviarium diversis nominibus appellabatur scilicet, *corpus Theodosianum*, *lex Theodosiana*, *liber legum*, *lex romana.*

2. Apud Burgundiones tempore quod inter annum 517. et annum 534, defluxit pro incolis romanis lex romana confecta est, quae sub nomine Papiani liber responsorum, seu Papiani responsum notissima est. Hujus libri argumentum pro maxima parte ex germanis juris romani fontibus desumptum est [12]).

3. Theodorici Ostrogothorum regis edictum anno 500 Romae promulgatum, integrum ex jure romano et maxime ex codice Theodosiano, ex novellis constitutionibus post ipsum absolutum editis, nec non ex Pauli sententiis receptis depromptum, quos tamen fontes tam arbitrarie excerpsit auctor ut saepe ne quidem appareat eum jure romano usum fuisse [13]).

4. Mosaicarum et romanarum legum collectio Theodosii II. tempore confecta videtur et medio aevo lex Dei, seu Pariator legum mosaicarum et romanarum seu lex romana appellabatur. In hoc libro leges mosaicae cum romanis in hunc finem conferuntur, ut has ex illis originem duxisse demonstretur. Quare minoris momenti est, etsi plurima ex romanorum jurisconsultorum scriptis, atque ex imperato-

---

12) Vide Savigny hist. jur. rom. II. p. 10. seq. fragmenta quaedam hactenus ignota reperiuntur in fragmentis vaticanis editis ab Angelo Majo. Romae et Berolini p. 104.

13) Vide Savigny II. 164. C T. Rhon. comm. ad edict. Theoderici regi ostrogoth. Halae 1816.

rum constitutionibus contineat, quae in nullo alio monumento extant [14]).

5. Consultatio veteris Icti. In hoc libro qui ante breviarium alaricianum conscriptus videtur, cujusdam jurisconsulti responsa collecta sunt, in quibus auctor sententias locis ex romanorum jurisconsultorum scriptis et imperatorum constitutionibus depromptis probat. Primum edita est haec collectio a Cujaccio anno 1577 [15]).

14) Extat haec collectio in codice ex bibliotheca Mandubiorum Lugduni, a Pithaeo primum edita. Invenitur etiam apud Schultingium juris prudent. Antejust. p. 719.

15) Invenitur apud Schultingium jurisprud. antejust. p. 811.



CAPUT III.

Canonum collectores, scriptoresque alii ecclesiastici qui jure romano usi sunt.

Ex iis, quae in superioribus capitibus disputavimus constat tum causa cur in ecclesia juris romani usus perduraverit, tum quibus ex fontibus ecclesiastici scriptores illud hauserint. Reliquum est ut ad ipsa eorum opera nos convertamus ac ostendamus, qua ratione singuli jure romano usi fuerint, ac quasnam fontes adierint.

Hic vero inprimis necessarium videtur, ut documenta, quae et in peculiaribus ecclesiae legibus, pontificumque litteris, et in ecclesiasticis scriptoribus seorsim occurrunt, ab iis separemus, quae in ipsis canonum collectionibus habentur.

§. 1.

Juris romani loci seorsim conservati.

Plurima ex jure romano et quidem peculiari studio excerpta habentur in s. Gregorii m. litteris [1]), qui anno 604. vita functus est.

In epistola quam anno 599 conscripsit unicus tantum locus ex codice desumptus occurrit [2]), ex altera vero, quam anno 603 ad Joannem defensorem a se in Hispaniam ad sedandam litem Januarii episcopi malacensis occasione ortam missum dederat, plura ex jure romano desumpta reperiuntur. Continet enim haec epistola instructionem quandam ex juris justinianei locis concinnatam, in qua singula fere legum verba retinentur [3]). Inseruit quippe praedictarum fragmentum, quod adductis verbis initialibus glossatorum et scholiastarum more citat [4]); dein leges plures ex codice suis numeris distin-

1) Gregorii m. epistola in opp. edit. Paris. anni 1705. fol. T. III.

2) Greg. m. ep. Lib. IX. ep. 7. p. 932. ex lege codicis 5. C. de legibus (1. 14.).

3) Gregorii m. ep. Lib. XIII. ep. 45. ad Joannem defensorem. Instructio ipsa inscribitur: *Capitulare II. Legum imperialium pro imunitate clericorum.* p. 1252 sq.

4) l. c. p. 1254. » Lib. pandectarum XLVIII. ad L. Jul. maj. scribit Modestinus, lege

ctas [5]), ac denique duplicem locum ex novellis decerptum. Ad novellas quod attinet Julianum non est secutus, sed aliam potius versionem adhibuit. Quae ex nov. 123 desumpsit versioni, quam vulgatam appellamus, plane respondent [6]); quae vero ex nov. 90 hausit, ex alia, a vulgata versione omnino diversa accepit [7]).

In Isidoriana canonum collectione profertur novellae 42. latina versio, quam Contius hinc deprompsit, et decimae novellarum collectioni insertam anno 1759 primus edidit. Vero tamen simillimum est quod Isidorus eam ex latinis concilii quinti oecumenici (constantinopolitani II) actis sumpserit [8]).

In concilio hispalensi secundo, quod anno 619 habitum est, duo habentur loci, qui tum in breviario tum in codice justinianeo exstant. [9]) Cum vero Visigothis regnantibus praeter Aniani breviarium nulli alii juris justinianei fontes adhiberentur, fragmenta haec ex breviario potius desumpta esse videntur. [10]) Alius hujus concilii

---

Famosi paulo post principium: hoc tamen crimen». Est autem L. Famosi l. 7. §. 3. D. ad. L. Jul. maj. (48. 4)

5) l. c. 1253. « Codicis libro primo tit. sexto constitutione decima imperatoris etc.» Est autem l. 10. Cod. de episc. (I. 3.). Paullo post. L. 2. et L. 6. cod. de his qui ad eccl. (I. 12.) p. 1254. L. 4. cod. si a non compet. (VII. 48.) et ibidem L. 20. cod. de his qui accus. (IX. 1.) p. 1255. L. 3. cod. de sent. ex peric. (VII. 44.).

6) l. c. p. « De persona presbyteri . . . . hac novellarum constitutio. etc. Est autem nov. 123. c. 21. et non Juliani const. 115. c. 34. Paullo post Nov. 123. c, 19. et non Juliani 175. c. 32.— Dein p. 1253.» praedicta novellarum constitutio . . . . . sed neque pro qualicumque pecuniaria . ? . . . deportandum. *Item post multa.* Si autem et a clerico. . . . . praebeat finem. Est autem novella 123. cap. 8. et c. 22. et non Juliani const 115. cap. 10. et 37.

7) l. c. p. 1255. « constitutione novella quae de testibus loquitur cap. 16. Hoc quoque saepius . . . . probationes facta», quae desumpta sunt ex diversa illa a vulgata versione novella 90. c. 9. et non ex Juliani const. 83. c. 7.

8) Reperitur in ejusdem concilii actis, jam a Crabbe anno 1538, et Surio an. 1567 editis, quam Surii recensionem Contius in sua editione, quam an. 1571. adornavit secutus est. Ceterum haec nov. 42 versio quam simillima videtur ei, quae in codicibus ms. monacensi et viennensi extat, quaeque apertissime probat, latinam ejusdem novellae versionem glossatoribus notam fuisse, quod alii Surii et Crabbei recensioni innixi negarunt. Vide Savigni in folio periodico ad historiam juris illustrandam seu Zeitschrist. fur die geschictliche Rechtswissenschaft. p. 109 110. Biener hist. novellarum p; 231.

9) Concil. Hispalen. II. a. 619. can. 1. (Mansi T X. p. 557) » . . . . sicut enim per legem mundialem his quos barbaries feritas captiva necessitate transvexit postliminio revertentibus redditur antiqua possessio etc. Hae reperiuntur in l. 2. cod. Theod. breviarii de postlim. (v. 5.) vel in lib. 20. cod. de postlim. (VIII. 51). — Ibidem in can. 3. p. 558. » Scribitur enim in lege mundiali de colonis agrorum, ut ubi esse jam quisque coepit, ibi perduret . . . . Haec verbatim nullibi inveniuntur, sensum vero refertum l. 23. cod. de agric. (XI. 47.): tum l. 1. cod. Theod. brev. de inquilinis (v. 10.)!

10) Altaserra rer. Aquitan. lib. 3. c. 15. haec unice ad jus justinianeum refert. Idem quin nullam proferat rationem asserit, in concilio Toletano IX. c. 10. (anni 655. Mansi T. XI. p. 29)

canon verba cujusdam constitutionis refert, quae in breviario deest, et nonnisi in genuina codicis Theodosiani recensione habetur, ex qua dein in quandam pro agrimensoribus adornatam collectionem transiit. [11])

Agobardus saeculi noni scriptor qui an. 840 vita cessit, quodam digestorum fragmento usus esse videtur [12]). In synodo vero Tricasina quae Joanne VIII pontifice et Ludovico II rege an. 878 habita est, cum Gothi Francorum regis subditi conquererentur, nullam sacrilegiis poenam in lege Visigothorum constitutam esse [13]), codicis justinianei constitutio adducta fuit, quae sacrilegium quinque librarum auri poena mulctaverat [14]), quae poena a concilio juxa Caroli M. legem in triginta argenti mutata fuit.

In Joannis VIII pontificis epistolis plura romani juris capita reperiuntur, et quidem locus unus ex codice justinianeo [15]), et alii plerique ex Juliani epitome desumpti [16]).

---

citari locum in digestis. Habetur ibi. » Igitur sicut legum reverenda Sanctio censuit, ut in nullo aliena commixtio maculet, quod per totum generositas propria decoravit » quae ad lib. 44. D. de ritu nuptiar. referenda esse censet, cum tamen neque vel ex Nov Marciani Tit. 4. vel ex Paul. II. 19. §. 9 desumpta esse possent, ac non levis adsit auspicio ex visigothorum potius quadam lege provenire.

11) Concil. Hispal. II. a. 619. c. 2. (Mansi T. X. p. 557.) . . . . ita ut sit in dioecesi possidentis (si tamen basilicam *veteribus signis limes* praefixus monstraverit) ecclesiae . . . . aeternum dominium. . . . Hoc enim et saecularium principum edicta praecipiunt etc. Locus hic aductus est lib. 4. cod. Theod. finium regund. (II. 26) . . . . si *veteribus* finem cum *signis limes* inclusus congruum erudita arte praestiterit etc. Canon iste postea et in alias collectiones receptus est. Burchard. I. 69., Ivo III. 99. et c. 6. C. 16. q. 3.

12) Agobardus de dispensatione ecclesiast. rerum cap. 18. (Biblio. Man. Patr. Lugd. 1677. (T. XIV. p. 298.) » Nam cum alicui homini de proprio thesauro aliquid furari procul dubio reatus sit; multo major *de publico*, quod et *leges seculi sacrilegiam vocarunt*. » Alludere videtur ad l. 9. §. 1. Dig. ad leg. Jul. pecul. (XL. 13. » Sunt autem *sacrilegi*, qui publica *sacra* compilaverunt.

13) Synodus Tricasina vel capitul. Ludovici II. apud Baluz. T. II. p. 277. et apud Mansi T. XVII. p. 351. et in ejusdem tomi appendice p. 189.

14) L. c. inspectis legibus Romanis . . . . invenimus ibi *a Justiniano Imp. legem* . . . . constitutam etc. Est autem l. 13. C. de episc. Honorii, quae habetur etiam in codice Theodos. (L. 13. cod. Theod. de episc. 16. 2.) non vero in breviario.

15) Joannis VIII. epist. 108. (Mansi T. XVII. p. 88.) » . . . . sancientibus Joanne papa Romano et Justiniano Imp. scriptum est, spurios satis injuriosos satisque acerbos et nostris temporibus semper indignos esse dijudicamus.

16) Joannis VIII. epist. 129. (Mansi l. c. p. 98). Nonne Joannes Papa Romanus et Justinianus inclitus Imperator legem romanam facientes scripserunt ita? Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum praesidis sed cognatis punitorum reddi oportet. (Ex Juliani Const. 21. c. 10). Et alibi: Omnibus gradibus cognatorum in haereditate summenda praeferendi sunt filii etc. etc. (Quod sensum ex Juliani C. 109. c. 1.) — epist. 163. (Mansi l. c. p. 112) » in

Prae caeteris vero jure romano usus est Hincmarus rhemensium archiepiscopus, qui circa annum 882 vita functus est [17]. Praeter ea quae ex Aniani breviario [18]) habet et plura alia ex genuino Theodosii codice [19]) desumpta, Juliani quoque epitomen adhibuit, in qua citanda capitulis numeros apposuit, qui illis fere respondent, quibus in nostris editionibus typis impressis distinguuntur [20]). Hos quidem romani juris fontes etiam apud alios laudatos invenimus; ast in hoc Hincmarus solus est, quod collationem afferat. In illo enim libro, quem de Lotharii II et Teutbergae divortio conscripsit, crimina commemorat, propter quae matrimonium dissolvendum esse contendebatur, incestus nempe cum fratre commissus, nec non peccata contra naturam. De his vero criminibus, inquit, in sexto, et septimo legis romanae libri prioris capite agi, quo aperte collationem significat, in qua, etsi mutato paullulum titulorum numero, in quinto scilicet et sexto titulo de his criminibus sermo habetur, quae in nulla alia juris romani collectione hoc ordine pertractantur [21]). Certo hinc constat Hincmarum codicem prae manibus habuisse in quo haec collatio simul cum breviario descripta illique praeposita fuit, ita

---

sacundo novellarum Justiniani libro, ut namo episcopus out presbyter aliquem excommunicat antequam causa probatur. » Ex Juliani C. 115. e. 15. De Juliano epitomes in duas partes divisione, quae hoc loco intetur, vida Bieneri historia novellarum p. 237.

17) Hincmari opera ed. Sirmond T. 1. 2. Paris. 1645. a. juris romani locorum indicem, qui io ejus scriptis occurrunt inferius dabimus. Opp. t. I. p. 637. ex lege romana citatur locus hujusmodi: actio, quae ab auctora inchoata est, ut ab haeredibus peragenda est; quem Savignius io fontibus reperiri non potuit.

18) Ioter alia habetur locus ex codiee gregoriano (XIX. 2) desumptus. Hincmar. T. 2. p. 232.

19) Hinemari Opp. T. II. p. 318. 319. 326. 327. 328. ubi legibus 8. 16. 26. 29. 30. 31. 41. 47. 58. Cod. Theod. de episcop. (XVI. 2.) usus est. — p. 501. 527. L. 1. C. Theod, de sent. ax paric. (IV. 17.) quae in breviarii codicibus ms. desideratur, licet ad 5 primos libros pertineat. — p. 785. iterum L. 41. C. Th. de episcop. (XVI. 2.) — Dein p. 325. habetur spuria Extrav. 3. de episc.-jud. (Cod. Theod. ed. Ritter T. 6. P. 1. p. 348).

20) Hinemari Opp. T. II. p. 509. legalem sententiam Justiniani catholici Imperatoris, quam probat et servat ecclesia catholica, qua constitutione 118 capitulo 441 decravit, ut nemo episcopus .... ipse juste patiatur. Haec ad varbum desumpta sunt ex Juliani Const. 115. c. 15. aut si capitula perpetua saria numerantur cap. 441, omnino uti ab Hincmaro citatur. Alibi Juliani epitomen nominat: leges romanae a Justiniano imp. promulgatae, liber constitutionum Justiniani, lex Justiniani. — In alio loco (Opp. T. II. p. 501.) dicit: » leges .... illud sanciunt, *ut vilissimis testibus sina corporali discussione cradi non debeat*. Haec ex Juliani Const. 83. c. 1. dacerpta videntur, quae ita habet: „ si *vilissimus* judicio productus fuerit etc. etc., „ vel atiam ex L. 21. §. 2. Dig. de testibus: „ .... sine *tormentis* testimonio *ejus credendum non est*. „ Cum vero Hincmar nullibi Pandectas adhibeat, ax Juliani potius epitome ea hausissa dicendus est.

se ad ceteras collectiones habet, accuratius a nobis explicatum iri confidimus.

Collectio ipsa quinque in libros dividitur, quorum singulos praefatio praecedit, in qua cujuslibet argumentnm accuratius indicatur. Liber vero primus quatuor habet praefationes, quarum prima, secunda et tertia auctorem habent ipsnm collectorem, quarta vero primum dimidium continet praefationis illius, quam Pseudo-Isidorus collectioni suae permittit. Mirum omnino est quod collector vel potius, librarius collectionis, praefationem secundam Gregorio magno attribuerit, quod quantum a vero distet ex iis ipsis patet, quae ibidem continentur. Sub initium habetur ad praefationis instar generalis quaedam inscriptio uncialibus litteris efficta, quam Ballerinii operi suo inseruerunt [2]), quaeque librario potius quam ipsi col-

---

2) Loc. cit. Ut naturam ac indolem cotlectionis nostrae melius perspectam habeamus, singulas librorum praefationes apponi juvat.

In Christi nomine incipit prologus. Liber canonum.

Oportuni quidem diversique ad utilitatem medicamentorum animarum sunt versiculi par orbem distineti veteris vidalicet novique testamenti prolati, quibns oportet vulnerum remediis subvanira. Tamen valda magis aportuni sunt hi quos praecedante industria probatissimorum doctornm sequans *manualis* auctoritate probabila comptus suo gramio continat. Quos quidam frater caritatis officio naxus ax divarsis colligere doctrinis studuit pro videlicet amore cujusdam *Luponis* sacerdotis valde amabilis, at ut conspicitur in unum coacervatis libelli corpusculum conscribere desudavit. Extima (parva vel vilis) quidem in atramanto, sed valde necessaria in remedio dalinquentium. Parva quidem corpore, sed apta et copiosa in recuperatione lapsorom. Diversa medicamina pro diversis peccatorum delictis. Plurima quidam et inenarrabilie studenter quaesivimus, quae quidem prolixiora vidabantur na fastidiosa viderentur peritis dimisimus, ea vero quae subnexa sunt ad utilitatem et remedium omnium cradentium sufficera credimus. Quapropter fraternitatis auxilium cunctorum legentium humiliter imploro praesertim eorum ad quorum hoc manus opusculum pervenerit dominum mihi plaaatum interveniant culpisque meis omnibus clementer ignoscat, quatinus cum omnibus vobis adipisai merear vitam sina fina perennem, Christo adjuvante, qui cum patre sanctoque spiritu vivit et ragnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

Incipit praephatio a B. Gregorio P. ax patrum dictis canonumque sententiis. De diversis criminibus et remedium eorum.

Cernimus in ecclesia, quod nos valde sollicitat, quam ita confusa sunt judicia penitentiae in presbyterorum opuscolis, atqua adeo diversa et inter se discrapantia at nullius (doctoris) auctoritata suffulta, ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit ut concurrentes ad remedium poenitentias tam librorum confusiona quam atiam pro ingenii tarditate nullatenus valeant subvenire. Quapropter ex multis allegoriarum floribus et de magnorum tractatibus prolatis sententiis, id est Isidori, Augustini, Gregorii, Bedaa, Gelasii, Innocantii, Theodori, Cassiani, Keberti, vel caterorum ad opus consacerdotum nostrorum excerpere atque insimul colligere hunc libellum penitentialem studuimus. Et merito poenitentialis dicitur eo quod sit poenitentiae aonve-

lectionis auctori videtur tribuenda. Liber secundus incipit cum praefatione Pseudo-Isidori, ejusque alterum exhibet dimidium: *denique*

---

niens. Poenitentia autem dicta est a peuitendo. Quod si licet aliquis corde peniteat, et sa peccasse coram deo erubescat, quia nihil deo donanta potest coutra nos diabolus in sua proficera nequitia, si puram volumus agere penitentiam, id est ut vulnera vulneribus adjciamus, et sanata non resauciemus, quia praeteriora vulnera pejore sunt prioribus. Et hoe advertendum ast. Quod si carnales medici contra infirmitates corporum diversa eonficiunt medicamina, quanto magis saerdotes dei contra illicitos carnis fluxus, innumerabilia medendi debent recompensare solacia. Cum ingenti tremore dicimus, quia fratres nonnulli nostri similes tantae tarditatis (pigritiaa) ignavia (ignorantiaa) pressi, quia nec sua neč subditorum errata valcant ad purum (munditiam) deducera, nec per medicamentum penitentiae lapsos scient solaciari, nt arbitramur. Da talibus scriptum est. canes muti non valentes latrara. Et si indocti ad sacerdotium provehuntur, considerandum est, quod de gregibus agatur, quando pastores lupi fiunt. Et sunt nonnulli qui sarcinam sacerdotum non propter dominum, sed quod nefas est dicere, magis propter terrenum ambitum lucrum, caeci divinaa sapientiae. De talibns quidam doctor ait veridicus : timeo in quod quid canes assequuntur pastorale officium. Post haec necessarium censuimus, ut iu hoc libello penitantiali discretionem personarum sive culparum vcl temporum prolixitudinem promulgara studeremus, quomodo unusquisque vel qualiter vel quamdiu cum omni sagacitate in discernenda judicia nnanimes habaremus, et hoe maxime providendum, ut erga unumquemque peccantem domini adhibeatnr mediciua, quia scriptum est : fili in judicando esto misericors. Unda et apostolus : Judicium siue miscricordia erit illi, qui non fecit misericordiam. Ideoque mensura temporis in agenda penitentia non satis attendera est, quod diffiniunt canones pro unoquoque crimine, sed magis in arbitrio antistitum val presbyterorum ralinquendum statuunt propter misericordiam. Quia apud dominum non tam valet mensura temporis quam doloris. Nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorum propter quod tempora penitentiae fide at conversione paniteutium abbravianda praecipiunt. Hanc epistolam commatico (brevi) sermone perstrinximus, ut ejus breviatio lectori non cibum demat sed auferat fastidium at cordis ejus profieuum aenat et aperiat intallectum. Brevis enim lectio avidius legitur, facilius intelligitur, et firmius retinetur. Necessa est ergo ut haec medicinalis axcerptio frequenter a fidalibus lagatur sacerdotibusque et ab ipsis sapienter assidue humiliterque racitetur. Quia ibi invenitur sanitas cordis at animaa medieina reperitur. Constat animi in hoe libello consolatio megue lugentium, spes beata justorum, sanitas infirmorum, fortitudo at refugium perielitantium. Ergo iu eo cor penitentiaa compungitur et proficuus ab eo lacrimarum ymber rotatur (fluit). Remissio peccatorum in eo concedi permittitur at laborantibus perfectio cum gloria perpatua feliciter praeparatur. Est anim in so thesaurus sapientiaa at scientiaa absconditus, qui vitam aeternam fidelibus ministrat paoitentibus at siue dafectu lugentibus ad aperiendum perpetuus Nolumus fratres accensam sub modio ponara lucernam, sed praecelso aam superponere candelabro, ut luceat omnibus qui in domo dei sunt. Hujus laboris atque operis illius gratia nobis subveniat, quod nobis discipulis tum se socium addidit in via et aperuit illis sensum ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus paraclitus omni veritata et doctrina perfecta cum veritatis (caritatis) scientia illustret pactora nostra karissimi fratras.

Incipit praephatio quarta.

Pubertatem namque pulchritudinis decoremque simul et scema (diadema) ecelesiastici ordinis decoloratam (expolietam) atque adnullatam (ad nihilum redactam) eum moerens intueor, flera magis cogor undosis lacrimis suspirando, quam aliquid dieere. Quapropter divinae pietatis rogo perustus, caritatisque voto cujusdam remoti (eremitae vel reclnusi) constrictus, praephatiuncula (epistola) snaa flagitationis amore nostrae parvitatis inertia edita, devotissime deposco suscipite, vosque videlicet fateor, qui paradisiaca *dindima* (secreta vel alta loca) desideran-

propter auctoritatem caeteris conciliis est. Deinde ex eodem Pseudo-Isidoro sequitur notus ille *Ordo celebrandi concilii*, epistola Aure-

ter cum christo gliscetis (concupiscitis) post funere putridae sarnis perfluera, quia licet liberalium famiue (sermone) videatur incompta (mala composita.) Illis anim qui puro corde serenaque conscientia vitam desiderant sempiternam, ignorantibus priscorum vatum patriarcharumque banigna oracula, peccatum fore (esse) non axtimum (ultimum) affirmamus, sed illis ut reor perditio haac non deficiet, propter tonsuram se essa divini simulant ordinis ministros, at non sunt. Hau! heu! quam lugenda mors, quam suspirandus dolor, quam execranda impietas, quam raspuandum facinus, quam proterenda (conculcanda) falsitas, ut ecclesiasticus ordo tantis irretitus (illigatus) flagitiis, non sal terrae neque lucem mundi obtutibus (aspectibus) divinis inspiciat, sed tenebrarum periculis deputati negligenda dulcia dogmata lugeant sine fine iu horribili tartaro. Quam ob ram intelligant et resipiscant primitus *infideles negligentesque episcopi*, qui aoecati munusculis (muneribus) xeniisque (donis) vilissimis, lignis et lapidibus et ut animalibus brutis solummodo spirantibus parvulis at puerulis sacrum ordinem imponare non verantur, illud prophetae deplorantis immemores atque lugentis: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus at lapides sanctuarii sternuntur in stercore platearum. Nonnulli vero sunt, qui potestatem exercere in regimine videntur, et haec salubria et salutaria monita despiciuntur pro nihilo ducunt, pro quibus arsuri in gehennam voraginis (putei) ruunt, quaa sua suut quaerentes, juxta apostolum non quaa Jesu Christi, et multi sunt absque regimine in Christo fundati, qui assidue clericorum ordinem depravatum atque foedatum contemplantes lacrimando non cessant dicentes: Vaa vobis qui comeditis peccata propria domini, quia post modicum gaudium poenae vobis succedunt inenarrabilas in quibus semper fletus et stridor dentium. O quam luganda perditio pro brevi lucro vitam perdere sempiternam Prodest clerico temporali sine fine solidum amittere regnum. Unum igitur, vos ammoneo fratres, quia periculosa juxta apostolum tempora instant, remedium salvationis innumeris medicamentis instructum amplectitur, ut val in ultima hujus vitae fine requiem emendationis cum gemitu et luctu Christo favante per poenitentiae fructus invenire valeatis. Omnia autem quaa ad utilitatem animarum vestrarum ordinata et valda cumulata refulgent, in hoc valebitis reperire volumina, quod in partibus quinis divisus resplendet. In quo atiam in primis continetur de origine clericorum et de alectione et ordinatione atque consecrationa eorum, et qui admittendi sunt in clerum vel renuendi at da regimina ecclesiaa et de judicibus et de regibus et rectoribus terrae. Quodque etiam cum prudens servator (inquisitor) peragrare curaverit de ceteris clericorum ordinibus aarcenda (respuenda) vel eligenda siva poenitenda digne raferturn (impletum) inveniat. Ipsum omnium liberatorum (Christum) deposcentes ut quandoqua suis cum alectis opificem simul correctoremque oparis hujus interesse concedat Jesus Christus dominus noster qui eternaliter cum patre sanctoque spiritu vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

Incipit praephatio in libro secundo.

Quia primum in primo volumine opus est digestum lucidius, et ut a sanctis patribus taxatum firmiter atque ordinatis ecclesiarum statutis et rectissime atque convenientar constat enucleatum; oportuuum videtur in hoc secundo opusculo rite dicera de ordine clericorum, qualiter ministrantibus illis justa at castissima vita vigor at ordo praedictae ecclesiae de die in diem in melius proficiat atque spiritualibus aucta crementis proles (filios) virtutum in Christo nomine parera (parturire) non desistat. In quo etiam clericorum vita, qualiter conversentur at vivant qualiterque gradiantur in aggragatione caritatis, seu quem ad modum vitent (fugiant) axtranearum mulierum sodalitatem et se in Christi castitate conaxi e propriis contineant. Et de femiuis quaa a clericis adulteratae sunt, quemadmodum earum colloquia fugiant recolentes in multiloquio peccatum non daessa et qui verbis utitur plurimis, laedit animam suam, rutilo (fulgido) splendet sermona. Primus enim liber laudabilius flavescere (lucescera) cernitur, quia

lii, episcopi carthaginensis ad pontificem Damasum *de canonibus apostolorum, quod omni veneratione sunt colendi. Dat. VIII. Cal.*

---

primus et unus deus est, quem totis visceribus diligere debemus. In ipso autem fundata est acclesia toto orbe diffusa, per cujus aditum ejus regenereti filii regna celsitudinis penetrare non cessant. Quia non est distinctio juxta praedicatorem egregium hebreis argivisque (grajis (propriis: Sive enim servus aut in Christo unum sumus et sub ipso eequaliter militamus. De lapsu namque et recuperatione omnium elericorum si studio probationis perquiritur, tutius quidem affluentiusque hoc secundo libro invenire non dubium est. Praeterea vero de monachorum simul monacharumque ruentium et restauretione pereuntium, luculenta in eo exarata congeries inveniri non dubitatur. Quia eum catholicis patribus post Christi ascensionem hucusque pro salute omnium populorum latino sint stilo percompta et in hoc addita insertataque spirituali sudore quiqua invenire non dubitent. *Ipsum vero semper apud judicem aeternum commendantes cujus astutia vel desiderio tam vastum munus mille post pericula tam ex urbibus, vicis et castellis quam et de plebibus ubique per Italiam dicatis (consecratis) dispersa depravataque colligere et in hoc corpore studui exarata corrigendo componere.* Vere ut fateor sicut liberalis est ars (grammetica) e sapientia (Christo), quae in altissimis habitat diffusa in corde hominis ad correctionem et emandationem fallentium (mentientium) scripturarum, ita et in hoc desideratissimo opere medicamentum omnium delictorum vulnerum discrete ratione inveniturque antydotum.

Explicit liber secundus. Incipit praephatio libri tertii.

Cum in ternis primae lucis olympo per antropos (super homines) infunderet suos Kyrrios flamen (spiritum) aleetos (apostolos), stomos (ore) per eorum omnium mox prodierunt glosulua (linguae) gentium. Quibus (epostolis) etiam jura contulit in ipse (hore) adversa (contraria) cuncta ut quisquilia terere et velut aut a necis effugare. Rema (verbum) anim recuperationis ubique fideliter serere (seminare). Ipsum namque invoco in hoc tertio volumine, suo subvenire dignetur servulo, qualiter vobis desiderantibus pandere queam cuncta quae continet. Primitus enim de baptismatis ordine. Secundo de observatione primi diei, deinde de decimis et reditibus ecclesiee, quibus partibus dividandae sint cum oblationibus ejus Et ut episcopus pauperes et infirmos tueatur et qualiter suam visitet dioecesim. Et de oblationibus vivorum et defunctorum. De potestate namque et virtute ecclesiae. De locis sanctis colendis. De docta justitie et saneta rusticitate. De tribus generibus aunnchorum. De tonsura clericorum. De honore et ministerio altaris. De horis canonicis celebrandis. De excommunicatione et remedio. De ministerio sepulturae. De eucharistie qualiter accipienda et veneranda sit et in quibus modis mortuis subvenire convenit. De sortibus mittendis in dubiis et incertis. De auguriis et divinationibus. De ducatu barbarorum. De bestiis immitibus. De origine servorum. Haec autem epigrammata (superscripta) illis proficere credimus qui ennisu (desiderio) desiderabili recuperetionis sacramentum perquirere satagunt. Quia debilibus et aegrotis omnibus medicamentis subvenire oportet. Quod Christo favente his in codicibus effluenter reperire queunt, quaerentes et desiderantes. Omnibus enim libris praeferendus est iste qui tante re farcinatus recuperationibus videlicet animarum, ut sine ipso nullus in carne positus valeat aetheris elta (secreta) penetrare. Neque deposito ergastulo eum Christo sortem vitae perpetuae possidere. Sicut enim non valet sine cibo potuque quis dum in corpore manet validus et incolumis permanere, ita nemo ebsque hujus libri medicamine suae animae subvenire. Quapropter vestrem dilectionem fraternam commoneo, ut hunc toto viscera diligatis ipsumque requiratis et ardenti desiderio amplecti euretis, laudantes et benedicentes dominum quanta contulit servis suis ne pereant, sed vitam possideant sempiternam. Amen.

Mart. et lecta Romae V. non. Maji., et prologus, quam Dionysius exiguus collectioni suae praeposuit, quique ne latum quidem un-

---

Explicit liber tertius. Incipit praephatio libri quarti.

Quedifidus) *quadripartitus*) firma taxatione fundatus, ita provida et irreprehensibili relatione bis binis evangeliorum metris (mensuris) ecclesiastica ubique in Christo stabili tenore congesta resultat (letatur). Quarta etenim vigilia noctis venit ad discipulos super fluctivagas Dominus maris undas ut subveniret eorum periculis. Et ut genitrix natos fovet et nutrit, ita suos dominus gubernet et protegit. Quaerentibus autem animarum remedis prefatione letissima, in hoc quarto volumine ipse dignetur vobis aperiri atque vestris inserere pectoribus. Qui solus semptem librum sigillis solvere leo de tribu Judae notatus est. In cujus nomina de utilitate penitentiae primitus invenitur et gratia communicationis. De vindictis et judiciis homicidiorum. De falsis testibus. De juris patrum in filios et filiis in parentibus. De compatribus. De vindicta et judicio furti. De rapinis. De perjuriis. De dilectione et indulgentia inimicorum. De odio et detractione. De blasphemia. De crapula et ebrietate. De debitis reddendis. De avaritia et usura. De morticinio et suffecato non edendo. De negligentia erga sacrificium. De jejunio et quadregesimis in anno. De observations hospitalitatis et elymosinis. De oratione. De octo principalibus vitiis. De recipiendis et accipiendis libris. Haec et alia quamplurima, prout dominus nobis dignatus est inspirare petentibus corde fideli et jecore puro amplecti flagitamus. Quia non temeritatis causa sed caritatis amore pro remedio cujusque in in hoc quarto enngessimus opere. Comitante Ghristo sanctisque omnibus semper in fide catholica crescere et proficisci valeatis. Amen.

Explicit liber quartus. Incipit praephatio libri quinti.

Si principum apud Grajos Alpha praenotatur grammatum (litterarum) a tomega in calcem ponitur, quod figuratur sabaoth (omnipotens), ut ipse fando (loquendo) se initium finemque confirmat. Finis item ad justitiam apostolus omni credenti, et in finem perseverantibus salvatio est insignita. Finis etiam universae carnis a primordio usque in saeculi finem, non dubium est ut videtur, assidue (cotidie) consumenda. Illa tamen inenarrabilis tremendaque valde terribilis erit, in qua etiam et angeli contremiscunt absque contagiis spirantibus in aeternum. Hunc etenim finem solos evadere absque tremore credimus illos, qui finem hujus sacratissimi amplectuntur libri, qui a tot tantisque sacratissimis pontificibus (episcopis) digne et laudabiliter permanet consecratus. Quia finis magis necessaria et oportuna quam initium extat. Haec autem ideo praefantur, ut hujus operis finis gliscentibus (desiderantibus) ad remedium prosit, qui eum toto corde et fide non ficta desiderant. In hoc enim quinto opusculo innumera et aptabilia (amabilia) medicamina continentur, de quibus pauca quae pro criminum abolitione acta sunt et inserta, stilo inopi exarare curavimus. Primitus enim de legitimis conjugiis et desponsatis. Inde vero de raptis et raptoribus et de plurimis nuptiis. De concubinis. De adulterio et fornicatione. De muliere e viro non discedente, quod si discesserit, manere innupta, aut suo reconciliari viro. De adulterinis conjugiis. [De pari forma in utroque sexu et de parcitate peccatricum mulierum. De viduis. De poenitentia conjugum si adulteri inventi sunt. De pari consensu conjugatis. De mulieribus enixis (expeditis) vel menstruatis (contaminatis). De genere sodomitico et immundis pollutionibus. De liberis et ancillis. De gradu parentelae et de propinguitate sanguinis. De incestis conjunctionibus. De filiis filiabusque sancti levaeri. De recipiendis et abiciendis liberis. Et cetera]. Haec quae disposita et affixa in hoc quinto inveniuntur opere sicut et alia retro acta probavimus, cuncta sunt praeferenda petentibus, et ut quaerentes simul et medicantes affluenter incolumes depositis delictis omnibus in

quem ab eo discrepat quem Justellius edidit [3]). Huic demum auctoris prologus adjungitur. Librorum praefationes singulorum capitulorum indiculus subsequitur, adscriptis simul brevibus eorum summulis quae inscribuntur: *Argumenta capitulorum.* Id auctor noster indicat per hanc notam: *Incipit breviarium capitulorum*. Deinde sequitur textus. In textu ipso, quod apud plerosque collectores fieri solet, singulis capitulis summulae modo memoratae denuo adscriptae sunt; et primus quidem liber eorum continet 164, secundus 178, tertius 271, quartus 444, et quintus 240. Singula vero capitula, quod minime praetermittendum, nonnunquam iterum ex pluribus capitulis constant. Auctor opus suum Manuale appellavit illudque ad Lupi pientissimi sacerdotis praeces confecit.

Primo vero intuitu tam peregrina atque ab aliis plane diversa sese mihi obtulit, ut dubius omnino haeserim ad quodnam collectionum genus illam referre deberem. Non enim illius argumentum solummodo, sed modus etiam, quo illa adornata est, quam maxime ab aliis omnibus collectionibus recedit, quae hactenus mihi venerant ad manus. Cum vero accuratius quoddam illius examen aggrederer, felici quadam curiositate contigit, ut veri fontis detegendi offereretur mihi facultas. Multi enim qui hic continentur *canones hibernenses* me incitarunt, ut celeberrimam collectionem hibernensem accuratius inspicerem, cujus codex manuscriptus pulcherrimus saeculo decimo exaratus in praeclara atque antiquis historiae documentis ditissima patrum Oratorii romani bibliotheca Vallicellana extat, cujusque descriptionem satis accuratam illustris et eruditus pater Franciscus del Pozzo, ejusdem oratorii sacerdos, fratribus Balleriniis in eorum operis usum transmiserat [4]). Eo magis hoc faciendum putavi, quod neque Balleriniorum collectionis hibernensis descriptio, neque ex-

---

Christo sine fine tripudient. Sanctae trinitatis auxilium enixius implorantes ut genitrice Christi interveniente Maria celestis patriae regnum cum sanctis omnibus introire mereantur. Per ipsum dominum nostrum Jesum Christum qui cum patre sanctoque spiritus vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

Congreganti vitam, corrigenti misericordiam, legentibus veniam, audientibus commoda, observantibus et facientibus requiem sempiternam. Amen.

3) Bibliotheca juris canonici veteris T: 1. pag. 101.

4) P. IV. cap. 7. §. 1. p. 608–611.

cerpta, quae eruditi Benedictini d'Achery 5) et Martene 6) ex ea exhibent, claram internae ejus structurae praebeant cognitionem. Diligentius vero utramque collectionem dispiciens valde miratus sum, quod totam collectionis hibernensis materiam in nostra collectione quinque librorum excerptam ac tractatam viderim. Paucis quibusdam Gildae et Patritii locis exceptis, omnia fere ex illa in hanc transierunt. Nostra tamen collectio multo uberior est et meliori consilio confecta. Primo enim plures exhibet locos praesertim ex patribus ecclesiasticis, ac nominatim ex Augustino, Hieronymo, Isidoro et Gregorio magno. Nec minus copiose Pseudo-Isidoriana congesta sunt et quidem tum temporum antiquiorum tum recentiorum.

Ex genuinis posteriorum pontificum decretalibus illis solis usus est auctor, quas Zacharias P. edidit. Nicolai I. solummodo tria fragmenta reperiuntur. Sub hoc titulo: *Ex decretis Eugenii II.* semper citantur canones synodi ab Eugenio P. II. anno 828 Romae habitae, postea a Leone P. IV in synodo Romae anno 853 habita denuo confirmatae ac passim additamentis auctae 7). Inde patet ratio, cur posteriores canonum collectores et cum ipsis etiam Gratianus 8), canones istarum synodorum nunc *ex Romano Synodo Eugenii II. et Leonis IV.* 9), nunc simpliciter *ex decretis Eugenii* 10) et *ex decretis Leonis IV.* 11) citant.

Duo praecipue sunt, quibus haec collectio a collectione hibernensi, quae nulla Gregorio magno recentiora documenta continet, distinguitur, quaeque insuper auctoris patriam et tempus in quo vixit demonstrare videntur. Imprimis enim plurimos ex jure romano exhibet locos, eosque omnes secundum Julianum citatos; his adjungi solent loci tum ex Caroli magni, tum ex Francorum et Longobardorum regum capitulariis desumpti. Propterea hic reperiuntur excerpta ex legibus regum Rotharis, Aistulfii, Pipini, Ludovici Pii, et imperatoris Lotharii I. Recentiores autem leges praeter tria brevia fragmenta ex impera-

---

5) Spicilegium T. 1. p. 493-507 ed. Paris. 1723. fol.
6) Thesaurus Anecdotor. nov. T. IV. p. 2-21. Parisiis 1717. fol.
7) Acta apud Mansi ampliss. collectionem conciliorum. T. XIV. p. 1002-1016
8) D. 37. c. 12. C. 12. q. 1. c. 27. C. 14. q. 2. c. 2. C. 20. q. 1. c. 8
9) C. 12. q. 1. c. 3. C. 16. q. 7. c. 33.
10) D. 81. c. 7. et 22. C. 27. q. 1. c. 31.
11) D. 72. c. 1. C. 21. q. 4. c. 4.

toris Henrici I. legibus maritimis desumpta hic non habentur [12]). Atqui imperator Henricus I. qui auceps appellabatur, mortuus est anno 936, ergo tempus, quo conscripta est haec collectio, ad imperium huius imperatoris, scilicet ad annos 919-936. referendum videtur; temporis enim recentioris documentorum nullum omnino in ea invenitur vestigium.

Deinde inter documenta, quae ad res mere ecclesiasticas spectant, plura occurrunt quae tum ex vitis multorum sanctorum hibernorum, ut e. gr. ex vita Fursaei († a. 650), tum ex sententiis Boeani, et Meldani, quarum exigua tantum et pauca in vita Fursaei [13]) reperiuntur fragmenta, tum ex Winfriedi seu Bonifacii, Germanorum apostoli, nec non ex Caroli magni epistolis mutuata sunt. Praeterea Theodori († 690). archiepiscopi cantuariensis poenitentiale sparsim hac illac in diversis libris integrum quasi exstat. Fragmentis Theodori semper, sine interruptione, fragmenta ex Commeani libro *de mensura poenitentiarum* addi solent. Ultimum hoc opus aliud nihil est quam liber poenitentialis, et, quod hactenus nemo animadverterat, hoc idem fundamentum celebris poenitentialis Theodori constituit. Etiam hoc Commeani opus integrum in collectionem nostram immigravit. Fragmentis Theodori et Commeani nonnunquam loci ex poenitentialibus Bedae († 735.) et Ecberti († 767) adscripti sunt. Modo omnino singulari auctor noster illa fragmenta semper sub nomine *Iudicium Theodori*, *Commeani*, *Bedae* etc. citat. Hic citandi modus unius collectionis hibernensis proprius est, in qua pontificum decretalium fragmenta, nec raro etiam synodorum canones sub inscriptione *iudicium* afferuntur, e. gr. *judicium Sylvestri*, *Innocentii*, *Coelestini*, *Leonis*, *Gregorii* etc., *et judicium synodale*, sub quo titulo canones hibernenses intelligi solent. In collectione hibernensi nec Commeani nec Theodori ullum invenitur vestigium, ex quo ejusdem collectionis patet aetas, quam ad priores saeculi septimi annos referre possumus.

Vero collectio nostra, quam accuratius supra descripsimus,

---

12) Typis excusae apud Goldastium. Collectio constitutionum imperialium pag. 211. Francof. ad M. 1615. fol. correctius apud Muratorii scriptores rer. ital. T. 1. P. 2. p. 175. seqq. et Canciani leges Barbarorum.

13) Vita S. Fursaei §. 19. Acta SS. Bolland. ad 16. Jan. T. 2. p. 39. Autwerpiae 1643. fol. et apud Mabillon. Acta SS. O. S. Benedicti. Saec. II. pag. 291. ed. Venetiis 1733. fol.

cum tot antiquissima Angliae et praesertim Hiberniae ecclesiastica exhibeat documenta, non sine jure affirmare posse putamus hibernum ejus auctorem fuisse.

Quam nostram opinionem hinc vel maxime confirmari posse arbitramur, quod ejusdem collectionis auctor illam hibernensem collectionem, qua alios quoque usos fuisse nullum nobis adhuc occurrit vestigium, non minus scite quam prudenter ad suam compilandam adhibuerit; dein quod Commeani librum poenitentialem fere integrum in opus suum receperit. Commeanus enim († a c. 661.) [14] vel ut alii falso scribunt Cummianus, Cuminius, vel etiam Cuminus, quem collector nonnunquam *archimandritam* appellat, fuit abbas monasterii Hu vel, ut aliis placet, Ii, Hy, vel Columhil, insulae apud Hiberniam. Monasterium ejusmodi constituerat S. Columba († 697) primus ejusdem abbas, cujus etiam vitam Commeanus descriptam nobis reliquit. Quotquot canonum collectiones in Germania, Anglia, Gallia et in Italia inspiciendi habui occasionem, nullam adhuc inveni, cujus auctor Commeani poenitentiali libro usus fuerit. Fratres Ballerinii illud omnino ignorant idemque doctissimos poenitentialium tractatores, Augustinum nempe, Canisium, Stevardum, Morinum, D'Achery, Mabillonem, Martenium, Mansium, et ipsum eruditissimum Petitum [15]) effugerat. Solus ignotus auctor, vir praeclarae eruditionis, qui saeculo superiore vixit, cujusque eruditissimas de poenitentiali romano disquisitiones clarissimus Angelus Majus nostris diebus in lu-

---

14) De Commeano ejusque poenitentiali cooferatur: Cave scriptor. ecclesiasticor. historia litteraria: Oxonii 1740. fol. T. 1. pag. 584. — Cas. Oudini Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis T. 1. p. 1611–1912. Lips. 1722. fol. Melius R. Cellier. histoire des auteurs secrés et ecclesiastiques T. XVII. p. 480. 639. seqq. Paris. 1750. in 4. ubi Dupinus et Fleury adhibiti et confutati sunt. Cellier Commeanum injuste sauctum habet. — J. Lanigan: An ecclesiastical history of Ireland from the first introduction of christianity among the irish to the beginning of the thirtbenth century. Dublin. 1822. T. 1. pag. 401. — Mabillon (Veter. Analector. P. IV. pag. 692. Paris. 1685. in 4.) meotionem fecit manuscripti San-Gallensis. Hoc cod. 150. apud G. Haenel. esse videtur. Catalogi libb. MSS. qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Hispaniae, Lusitaniae, Belgiae et Brittaniae M. asservantur. Lips. 1830. in 4. pag. 675. — Opus Commeani ex manuscripto San-Gallensi, typis primo excusum est Augustae Vindelicorum 1621., deinde a P. Flammingo Lovanii 1667. fol.; transiit in Bibliothecam PP. maximam T. XII. p. 41–45. Lugd. 1677. fol.

15) Theodori sanctissimi ac doctissimi archiepiscopi Cantuariensis poenitentiale. Lut-Paris. 1677. 2. vol. in 4.

cem edidit, opus Commeani data occasione obiter tantum commemorat [16]).

Quum vero auctorem nostrae collectionis Hibernum vel saltem Anglum fuisse contendimus, quisnam ille fuerit penitus ignoramus. Id unum nobis constare videtur, illum virum fuisse doctissimum et vere pium, sacerdotem porro, forsitan quoque monachum. Monachum enim prodere videntur stylus, quo praefationes conscriptae sunt, nec non tractatus ille, qui inscribitur: *epilogus breviter digestus, qualiter sacerdotes vivere debeant*, cujusque auctorem ipsum collectorem esse credimus. Nulla quippe ratio suadet, ut epilogum istum in earum antiquarum *admonitionum synodalium* numerum referamus, quarum specimina nonnulla celeberrimus Baluzius edidit [17]).

Nobis vero auctorem hibernensem vel anglum esse contendentibus, nonnulli et quidem non sine jure opponent, in Anglia, ac multo minus in Hibernia jus romanum sicut etiam jus longobardicum nunquam valuisse. Et re quidem vera in illis regionibus levia tantum eaque novissima juris romani ostendi possunt vestigia; neque etiam jus romanum in Anglia unquam acceptum neque cum patriis institutionibus, ut in Italia, et partim etiam in Gallia et Germania videmus, unquam commixtum est. Unde ergo variam adeo juris scientiam auctor noster sibi comparaverat, et quemnam ob finem in opus suum illam receperat? Solutio harum difficultatum non admodum est ardua. Imprimis enim scimus, Hibernos prioribus saeculis frequenti cum exteris ac praesertim cum Gallis et Italis usos fuisse consuetudine, eosque in ejusmodi regiones sese transtulisse partim ut discerent, partim etiam ut ipsi in scholis tum monachorum tum episcoporum litteras artesque docerent. Hibernia enim jam inde a primis temporibus illustres peperit viros, qui tam pietate quam doctrina excelluerunt [18]). Eccur non auctor noster hos inter praeclariores censeri potest, qui desiderio discendi vel docendi incitati in Italiam peregrinati ibique, quod saepissime factum esse vi-

16) Scriptor. Vet. nova collectio T. VI. P. 2. pag. 161–191. Romae 1832. in 4.

17) In appendice actorum veterum Num. 2. ad Reginonis abbatis pruniensis libros duos de ecclesiasticis disciplinis. Parisiis 1671. in 8. pag. 602–606.

18) Cfr. meam historiam seminariorum episcopalium pag. 27. et 59. seqq.

demus, ad vitam inter ferventiora pietatis officia ac graviorum disciplinarum studia explendam impulsi sunt? Quoad auctorem nostrum hoc sine ulla dubitatione affirmare licet. Etenim ipse in sua ad secundum librum praefatione significat, sese ingens suum opus, canonum nempe collectionem, millia inter pericula confecisse, totam Italiam peragrasse, et quaecumque in urbibus, arcibus, castellis vicisque hac illac dispersa ac pene dilacerata invenerit, magna cum cura omnia sese collegisse, et in meliorem formam restituta in opus suum recepisse. Tot ergo ex jure romano et regum Francorum et Longobardorum loci, in quibus conligendis auctor nequaquam patriae necessitates ante oculos habere potuit, in sententiam neque levem neque stultam nos induxerunt, eum opus suum adornasse in Italia, et quidem pro dioecesi, in qua versabatur, vel etiam pro monasterio in quo maxima ex parte angli tantum et hiberni monachi vitam degebant. Viderat insuper, se forsitan nunquam in patriam suam reversurum, ideoque tale opus sibi conficiendum, quod patriae suae antiquae simul ac novae emolumento esset. Collectionem vero hibernensem cum sacra scriptura et breviario perpetuis sacerdotum comitibus, ex Hibernia secum tulisse probabile est, maxime quod haec collectio omnino libri poenitentialis formam habeat, et in remotiori illa aetate sacerdotes legibus ecclesiasticis obstringerentur, ut poenitentiale semper secum ferrent. Haec praeterea collectio optimo huic viro in iis quae iter facientibus occurrere solent difficultatibus quaestionibusque maximo adjumento esse profecto potuit, quum illinc et sapientum virorum mentem et legum vim facile erueret. Jam vero postquam in Italiam pervenit, quae et quanta collectioni suae deessent animadvertit, quare facillime fieri potuit, ut illius ex ditissimis hujus regionis canonum collectionibus augendae et perficiendae consilium arripuerit.

Longobardia collectionis nostrae patria esse, atque illic eam auctor suscepisse videtur. Omissis enim permultis regum Longobardorum legibus quae fortasse in nullo alio opere adeo ubertim ac in nostro reperiuntur, ex quibus id satis arguere possemus, illud aliis etiam et gravioribus ecclesiae documentis certius demonstratur. Hic enim locum habent pseudo-acta Marcellini, Melchiadis, Sylvestri, Liberii et Sixti III., quae in antiquissimis longobardicis canonum collectionibus reperiuntur, ac dein in appendices collectionis Dionysii

exigui transierunt. Mirum omnino in modum haec PP. documenta in antiquissimis collectionis dionysianae Codd. MSS. exstant; ut in vaticanis num. 1342, 1353, 5845, in Barberino num. 2888, in Vallicellano A. 5. [19]) nec non in Mutinensi [20]) et in Colbertino Parisiis [21]). Haec duo ultima manuscripta pertinent ad saeculum septimum et octavum.

Jam vero quoad pseudo-acta horum pontificum, exceptis actis Sixti III. nonnulli ex Augustini contra Donatistam Petilianum [22]) accusationibus, Donatistas tanquam eorum auctores defendere, eaque paulo ante celebrem collationem catholicos inter et Donatistas Carthagine a. 411. habitam consarcinata esse voluerunt. Attamen multa sunt quae illis objici possunt. Imprimis enim haec acta pontificibus honori potius quam dedecori sunt. Una tantum est sententia, quae ubique in iis patescit, ea scilicet, quod pontifex a nemine alio quam a se ipso judicari possit [23]). At unde nam Donatistae tantam erga pontifices et sanctam sedem, quibus inimicissimi semper fuerunt, reverentiam didicerunt? Neque etiam actorum stylus hominis est, qui mores ac disciplinam ecclesiae ullo modo calleat. Ubique enim in iis imperiti cujusdam ac simplicis tironis, probabiliter etiam recens baptizati vestigia apparent, quippe qui iniquis accusationibus contra sanctam sedem et pontifices contumeliose directis supra quam credibile est excruciatus, eas praesentium documentorum praesidio rejicere contendit. Quodsi acta Sixti, et nominatim quae adversus Bassum conscripta sunt, accuratius examinaveris, perspicuum tibi erit, auctorem nostrum Symmachum pontificem (a. 514.) et quartam synodum defendere voluisse, quae illius auctoritate anno 502 Romae habita *Palmaris* appellari so-

---

19) De hoc Cf. Ballerini loc. cit. p. 3. c. 3. p. 491· 600.

20) Descriptum a Francisco Antonio Zaccaria in sua epistola ad P. Isidorum Bianchi monachum Camaldulensem, in bibliotheca antiqua et moderna historiae litterariae Pisauri 1767. t. II p. 407. seqq. Accuratius deinde in dissertatione de duabus antiquis canonum collectionibus ineditis apud Galland t. II. p. 677-745. ed. Magontiacensis. Zaccaria hoc manuscriptum ad saeculi saptimi finem vel ad primum principium saeculi octavi refert.

21) Cf. Pet. Constant. in praefatione ad epistolas romanorum Pontificum p. 2. §. 4. et 5. p. LXXIX. XCIV. Parisiis 1721. in fol. et apud Galland t. 1. p. 88. 103. Etiam hoc manuscriptum in idem tempus cadit.

32) De unico baptismo §. 27. pag. 541. op. t. IX. ed Maurinorum Venetiis 1733. in fol.

23) Ita e. gr. locuti sunt in psaudo-actis Sixti III. exconsul Maximus: *Non licet adversus pontificem dare sententiam* " et Sixtus: *quanquam in meo arbitrio sit, judicer an non judicer.*

let, quaeque tot et tantas pontificis inimicorum impetus sustinuit. Auctor longobardus, et si non amicus, aequalis saltem Theodorici regis, fortissimi Symmachi defensoris, fuisse videtur. Nequaquam autem Symmachus in suspicionem venire potest, quasi ipse ista documenta ad semet tutandum condidisset, quandoquidem quod omnibus est apertum, Theodoricus et totus Galliae clerus summa liberalitate qua praestabat ab omnibus inimicorum accusationibus illum luculenter absolvissent [24]) Ad quid ergo ista quamvis ex bona voluntate profecta levis tamen ac semper inique suscepta suimet ipsius defensio? Nonne eadem sinceritati, constantiae et pietati Symmachi ab omnibus, ac ab ipsis etiam inimicis commendatae, omnino contradiceret?

Ceterum juvat praeterea hic commemorare acta Sixti III. contra Polychronium episcopum, ut putabant, hierosolymitanum, quae uti in omnibus codicibus manuscriptis nuper recensitis extant accurate cum iis consentiunt, quae typis edita sunt, in nostra collectione quam maxime ab iis discrepare [25]). Multo enim concinniora et praecisiora sunt illis antiquis, stylo rudiori ideoque saeculo sexto magis convenienti conscriptis, atque eorum quaedam nova recensio esse videntur. Hujus vero recensionis auctorem collectorem nostrum fuisse probabile est.

His, quae hactenus attulimus, praemissis, nihil aliud nobis restat, quod amplius ad opinionem nostram confirmandam proferre possimus. Collectio ab Hiberno, vel saltem ab Anglo auctore, circa medium saeculum decimum, et quidem in Italia superiori confecta est. In id manuscripti etiam aetas et characterum forma conspirat; utcumque enim aliunde res se habet, ante saeculi decimi finem codex exaratus est.

Alia adhuc atque ultima hic discutienda esset quaestio, utrum

24) Legatur solummodo praeclara ac dignitatis plena epistola Aviti ad Faustum et Symmacum, senatores Romae. epist. 31. p. 47. inter opera Jac. Sirmondi. S. I. T. II. Venetiis 1728. in fol.

25) Acta habent titulum: acta de synodali accusatione et expurgatione Polychronii, Romae habita sub pontificatu Sixti III. — Hunc indiculum collegit Archidamus presbyter et quasi chartaceum ecclesiae collocavit. Inserta sunt in conciliorum collectionibus Binii, Labbe et Mansii T. V. p. 1170 - 1178. Etiam Coustantius ea excepit in append. epistolar. RR. PP. p. 120–124. Zaccaria eadem exhibet ex manuscripto Mutinensi, quod minutas nonnullas variationes praebet in dissert. cit. pag. 737 - 740.

nempe auctor noster praeter collectionem hibernensem aliam quoque adhibuerit, quum opus suum patrum ecclesiasticorum locis multo magis quam collectio hibernensis refertum sit. Ad hanc quaestionem instituendam brevi quadam canonum collectione inducti sumus, quam librarius in memorato manuscripto vallicellano ad collectionem hibernensem adscripsit.

Hoc manuscriptum, designatum tom. XVIII. quatuor diversas continet canonum collectiones, quas librarius tanquam partes unum idemque opus constituentes affert, ideoque per P. I. P. II. P. III. P. IV. denotat. Prima pars collectionem Cresconii exhibet, cum praemissis capitulorum indicibus, quos textus integer subsequitur. Pars secunda celebrem illam constituit canonum collectionem, quae ejusdem originis est ac antiquae illae gallicae collectiones, andegavensis nempe et pithoeana, quibus Sirmundus e societate Jesu, vir nulla non laude dignus, in edendis suis conciliis gallicanis saepe usus est. Ballerinii accuratiorem ejusdem protulerunt descriptionem, atque titulorum rubricas ex manuscripto nostro exhibuerunt [26]). Deinde sequitur tanquam pars tertia saepius memorata collectio hibernensis, quam iidem Ballerinii diligentius descripserunt. Quarta tandem pars 452 continet rubricas, nullo ordine nulloque consilio congestas, quarum quaelibet magnum capitulorum numerum complectitur. Collectio nullam certam exhibet inscriptionem et incipit cum prima rubrica: *De episcoporum transmigratione et quod non temere judicentur. Regulae quadraginta quatuor*; hanc vero rubricam in trium collectionum antecedentium rubricarum distributione tanquam num. 4. affert librarius, et deinde ceteras serie non interrupta profert. Attamen hoc opus a fratribus Ballcriniis omnino fuit praetermissum.

Ut pateat, quo modo hoc opus ordinatum sit generalium tantum rubricarum nonnullas adscribemus. Distributae autem sunt non juxta argumentorum ordinem sed juxta fontium copiam. Librarius vero annotatione, quam hic exhibemus tertiam partem concludit, ac per eandem quartam incipit.

Haec sunt quae in codice habentur.

I. Concordia canonum a Cresconio africano episcopo digesta sub

---

26) Loc. cit. P. IV. cap. 7. §. 3. pag. 416–418.

titulis trecentis. Iste nimirum Cresconius bella et victorias, quas Johannes patricius apud Africam de sarracenis gessit, hexametris versibus descripsit sub libris.

II. Incipiunt capitula aliorum canonum numero LXXII.

III. Incipit gratissima canonum collatio, quae scripturarum testimoniis et sanctorum dictis roborata legentem laetificat.

IV. Incipit de episcoporum transmigratione et quod non temere judicari debeant.

Regulae XLIV.

Haec ultima rubrica nihil aliud continet nisi decretalium fragmenta pseudo-pontificum. Cap. V. de septem gradibus, quos Christus adimplevit C. VI. praefatio Ps-Isidori ubi canones commendantur apostolorum .Cap. VII. confirmatio canonum apostolorum. Cap. VIII. Ejusdem Isidori ad Massonem epistola de restauratione sacerdotis. Cap. IX - LXXI. continent excerpta ex literis Gregorii Magni. Cap. LXXIV - LXXXI. sententiae ex epistolis s. Hieronymi Cap. LXXXII - CXIV. Item sententiae ex collectionibus patrum defloritae numero XXXVIII. Cap. CXV-CLIII. Incipit nonnullae sententiae ex libris moralibus s. Gregorii. Cap. CLIV-CCXXII. Incipiunt nonnulli flosculi ex libris sententiarum s. Isidori ad discretionem pervenientes. Cap. CCXXIII-CCCV. Loci ex Beda, Augustino, Isidoro et Gregorio magno, sine ordine et delectu congesti. Cap. CCCVI. Ex decreto s. Gregorii capituli canonici quinque. Cap. CCCVII. Ex decretis Zachariae P. capituli novem. Cap. CCCVIII. Ex decretis Eugenii P. capituli XXI. Cap. CCCIX- CCCLXXV. Loci ex Augustino, Gregorio et Hieronymo. Cap. CCCLXXVI. Epilogus breviter digestus: (qualiter sacerdotes vivere debeant). Cap. CCCLXXVII. Sententiae ex regula clericorum capitula numero XVIII, ex Hieronymo Gregorio et Prospero. Cap. CCCLXXVIII. Decretum Gelasii P. de libris recipieudis vel non. Cap. CCCLXXIX-CCCCLII. Excerpta ex synodis africanis, pseudo-actis Felicis, Anastasii, Damasi, Marcellini, Liberii et Sixti III. PP., ex s. Athanasii alexandrini altercatione contra Arium, Sabellium et Fotinum haereticos, nec non ex actis niceuae chalcedonensis et ephesinae synodorum. Sequuntur praeterea epistolae quaedam Leonis M. una cum earum inscriptionibus. Cap. CCCCVIII. continet acta Sixti III. contra Polychronium. Cap. CCCCXXIX. Epistola Theodomari, abbatis ad Carolum regem.

Cap. CCCCXXXI. Capitula ex lege justinianea numero XXXVII. quam legem Justinianus Imperator cum synodo episcoporum atque monachorum censuit. Cap. CCCCXXXII. Incipit catalogus romanorum Pontificum. Item hierosolymitani episcopi. Item antiocheni episcopi. Item alexandrini episcopi. Item constantinopolitani episcopi.

Dolendum profecto quod hoc opus non habeatur completum; concluditur enim cum cap. 428. Ex documentis ipsi insertis tempus in quo confectum sit definire minime possumus. Recentiora vero quae hic habentur sunt decreta Eugenii II. quae, ut supra vidimus, synodi sub Eugenio II. Romae habitae canones exhibent. Haec decreta vel potius canones hoc ordine sese mutuo excipiunt: C. 33, 35, 37, 36, 9, 10, 11, 12, 5, 13, 15, 16, 18, 19, 20, 21, 26, 28, 29, 30, 32. Facillime tempus in quo confecta sit nostra collectio definiri possemus, si catalogus PP. RR. quem caput 432 exhibet, deperditus non fuisset. Una manuscripti aetas restat, quae aliquod nobis ejus temporis indicium praebere potest: certo cum manuscriptum ad saeculum decimum pertineat, collectionem quoque in hoc saeculo fuisse confectam merito concludimus.

Quod vero ad documenta, quae in hoc opere codicis vallicellani habentur, attinet, pleraque eorum in memorata vaticana canonum collectione reperiuntur, et quidem immutata forma. In utraque collectione eadem habentur pseudo-acta Felicis, Anastasii, Damasi, Marcellini, Melchiadis, Liberii et Sixti III. Iidem porro loci ex Augustino, Gregorio magno, Hieronymo et Isidoro, nec non decreta Zachariae et Eugenii. In hoc uno collectionis vaticanae auctor ab alio discrepat, quod pauciores Leonis m. epistolas et nulla fere excerpta ex synodi nicaenae, chalcedonensis et ephesinae actis habeat, quorum collectionis vallicellanae auctor quam plurima affert, quae probabiliter ex collectionibus antiquioribus in *caussa Nestorii*, *Eutychis*, et *Acatii* factis desumpserat. [27]) Deinde in collectione vallicellana *epilogum breviter digestum* invenimus; verumtamen et inscriptione: *qualiter sacerdotes vivere debeant*, et omni prorsus cum ante-

27) De praestantissimis hisce collectionibus Cf. Ballerini loc. cit. P. 2. cap. 11. §. 1. 3. pag. 423 – 433.

cedentibus vel sequentibus operis capitulis connexione caret. Item hic reperimus notum illud decretum Gelasii *de libris recipiendis vel non*, ad verbum ex collectione vaticana depromptum. Quod vero omnem de utriusque collectionis affinitate dubitationem tollit id est, quod in utraque collectione pseudo-acta Sixti III. in eadem forma atque cum iisdem mutationibus habeantur. Nec non in utraque collectione *Polochronius* pro *Polychronius* scribitur.

Numquid talis rerum utrimque concursus mere fortuitus est? Equidem hoc non crediderim, quum acta Sixti contra Polychronium in hisce nostris duobus manuscriptis tantummodo perfectam adeo singularitatem praebent. Quid ergo? Auctor collectionis vallicellanae est ne usus auctore vaticanae, vel potius contra? Utrumque manuscriptum ad saeculum decimum pertinet, ideoque ex ipsis nequaquam discerni potest, quodnam prius quodque posterius conscriptum sit. Sin autem manuscriptum vallicellanum completum esset forsitan aliquid certi de hac re arguere liceret. Attamen si quis animadverterit, documenta manuscripti vallicellani neque ullo modo inter se connexa, neque ulla ratione ordinata ab auctore suo fuisse veluti congesta, facile suffragium pro collectione vaticana ferret ex eaque vallicellanam ortam esse affirmaret. Sed quidquid sit, nos quaestionem integram relinquimus, quum jam sufficiat ostendisse quemadmodum ambae collectiones inter se cohaereant.

Praeterea in collectione manuscripti vaticani plurima gravissima ac minus cognita historiae documenta habentur. Nos ea ex ipsis delegimus quae majoris sunt momenti, et inprimis sub num. I. memoratum epilogum, qui germanam atque pergratam temporis auctoris morum formam praebet, itemque summae ejus pietatis luculentissimum tribuit testimonium. Omnium frequentissimi sunt loci ex poenitentialibus Theodori et Commeani. Quamvis plurimi ex Theodoro loci mihi occurrerent, qui Petitii, Martenii et Wilkinsii diligentiam effugerant, tamen nonnisi ad Commeanum divertimus atque ex eo sub num. II. paucissimos quosdam locos attulimus, quod eo magis nobis faciendum putavimus, quo majorem eos inter et opus typis impressum, *librum* nempe *de mensura poenitentiarum*, intercedere discrepantiam detegimus. Plures loci in opere typis edito omnino desiderantur, qui quum frequentissimi essent operae pretium duximus plurimos eorum saltem indicare. Ceteroquin opus Commeani

omnium virorum doctorum, et ipsius Petitii, Mabillonii, Speelmanii, Martenii ac Wilkinsii oculos animadversionemque omnino effugit. Nos autem licet omnem, ut ajunt, lapidem moverimus, antiquum ejus manuscriptum detegere nullum potuimus. Codices enim isti rarissimi sunt, atque idcirco amicis litteraturae ecclesiasticae fragmenta a nobis allata gratissima erunt. Propositum nobis est, post aliquod tempus completam antiquissimorum librorum poenitentialium editionem apparare, et tunc ad fragmenta Commeani et Theodori, quae in collectione nostra habentur, iterum revertemur[28]). Collectio nostra ubique pretiosissimis poenitentialium librorum fragmentis abundat: quare sub rubrica synodi constantinop. an. 536. fragmentum antiqui cujusdam poenitentialis exhibet, quod ut sub num. III. reciperetur non minus dignum existimavimus. Inter pseudo-acta pontificum acta Sixti III. contra Polychronium num. IV. et epistolam Damasi ad Hieronymum nec non eam qua hic respondit num. V. haud praetereunda putavimus. Duorum documentorum quae extremum locum obtinent nusquam ullum vestigium invenimus[29]). Talia documenta saniorem de origine, fine et consilio operis Pseudo-Isidori stabiliendam criticam plurimum conferunt, et aptissima sunt, ad Pontifices ab ea suspicione eximendos quod scilicet ipsa, ut saepissime ac pertinacissime nonnulli obtinuerunt, ad jura sua defendenda, confirmauda et amplificanda condiderint.

Pseudo-actis Sixti III., quae in collectione nostra continentur, acta genuina Gregorii Magni contra Maximum episcopum Solonae in Dalmatia[30]) adscripta sunt, et quidem qualia Joannes Diaconus (cir-

28) Opus ejusmodi gravissimum profecto ac difficillimum est; pro ipso enim e critica nihil fere hactenus actum fuit. Ceterum de librorum poenitentialium defectibus jam olim couquerabantur quam plurimi, uti ex conciliis cabillionensi anni 813 et parisiensi anni 829 constat. Rodulfus itidem archiepiscopus bituricensis, vir pius atque disciplinae ecclesiasticae studiosissimus eandem querelam movet, cum in capitulari suo anno 850 conscripto haec habeat: " Valde etiam me sollicitet, quoniam ita in sacerdotum nostrorum libellis reperi quos vulgo poenitentiales vocant, quorum errores certi, auctores sunt incerti, confusa judicia poenitentium atque ita diversa at nullius auctoritate suffulse, ut vix possit sustinere jacturam. Prolog. capitularis apud Baluzium Miscellan. T. 2. p. 105. editionis Dom. Mansi Luccae 1761 fol., et Mansi ampliss. collect. concilior. Tom. XIV. pag. 943. seqq.

29) Neque Hittorpus (de divinis officiis) nec Martene (de antiquis ecclesiae ritibus), nec Mansi collect. ampliss. concilior. T. 3. p. 419–446, neque tandem Merende, ultimus operum s. Damasi editor. Romae 1754. IV. f. hanc epistolam in suis Psaudo-Damasianis recensent.

30) De gravissima illa controversia cf. s. Greg. M. L. IV. ep. 20. 47. Lib. VI. ep. 5. 26. 34. Lib. VII. ep. 17. Lib. VIII. ep. 10. 24. Lib. IX. ep. 5. 10. 41. 67. 79. 80. 81. Oper. Tom. VII.

ca finem saeculi noni) recentior hujus pontificis vitae scriptor, ea tradit [31]). In collectione vallicellana haec acta desiderantur. Item in synodo Papiensi anni 866 acta Gregorii magni contra Maximum excerpta exhibentur, actisque Sixti III. contra Polychronium, quorum nihil nisi brevissima quaedam nota affertur, adscribuntur [32]). Hinc patet, haec pseudo-acta in ecclesia non omni auctoritate destituta fuisse [33]). — At auctor nostrae collectionis in actis Sixti III. et Gregorii m. conferendis nonne forsitan acta concilii Papiensis ante oculos habuit?

Quod tandem ad stylum documentorum attinet, singula sui temporis notam prae se ferunt. Qui litteraturae ecclesiasticae aetatis mediae periti sunt, id sibi non ingratum ducent: etenim illa styli immutatio documentis mediorum istorum temporum propriam quandam propter sermonis simplicitatem praebent suavitatem, eorumque vim etiam atque etiam augent. In diversis locis a manu ejusdem temporis correctiones insertae sunt, quas ubi magis necessarium videbatur, plerumque uncinis inclusas excepimus.

---

pag. 246. 277. 371. 379. T. VIII. pag. 13. 26. 43. 20. 77. 016. 125. Et doctissimos Maurinos in vita s. Greg. M. Lib. II. cap. 11. Op. T. XVI. pag. 78. 83. ed. Benedectinor. cura B. Galliciolli. Venetiis 1775 in 4.

31) Vita s. Gregor. M. Lib. IV. cap. 9. 15. Op. XV. pag. 369–372.

32) Concilium sic loquitur: " Et Policronius hierosolymitanus episcopus post suae damnationis synodicam subscriptionem a Sixto R. P., cujus ipse jussu fuerat depositus, in pristinum restitutus est gradum „. Cap. 6. apud Mansi ampliss. Collect. T. XV. pag. 762. In capitulis 7. 8. 9 et 10 agitur de Maximo salonitano.

33) Ad testimonia a Baronio huc allata: Ad a. 433. §. 38 et 39. Op. T. VII. pag. 463. ed. D. Mansi Luccae 1741. in fol. Joannis P. VIII. epistola 199. apud Mansi collect. Ampliss. T. XVII. pag. 138.

APPENDIX DOCUMENTORUM

N. I.

Qualiter sacerdotes vivere debeant. Epylogus breviter digestus.

Quamvis a sanctis patribus in superioribus hujus libelli partibus satis sit dilucidatum qualiter clerici vivere debeant, adeo ut qui haec quae superius comprehensa sunt sedula meditatione perlegerit, perspicue in his reperire valebit, qualis ejus debeat esse fidei devotio actuum bonorumque adornatio, ac divinorum cultuum exercitatio. Propter plerosque tam simplices minusque capaces haec strictim breviterque replicanda per necessarium duximus, ut qui haec aut legere aut forte ab aliis lecta plene intelligere nequiverint utantur hac defloratiuncula, utpote calatho diversorum florum vernantium nectare referto; et discant quid illis agendum quidve vitandum sit. Legalibus interea constitutis et evangelicis saluberrimis monemur praeceptis, ut Dominum et Deum nostrum totis praecordiis diligamus et proximum tanquam nos ipsos. Et cetera. Si igitur ab omnibus fidelibus haec salutifera praecepta totis nisibus sunt facienda, quanto magis qui divinis cultibus mancipati sunt et aliis exemplo virtutum condimentum esse debent. Proinde oportet ut in primo omnium dominum Deum diligant ex toto corde, tota anima, tota virtute et proximos tanquam se ipsos, et nosse quia in his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae. Non occidant neque fratrem suum odiant, quia ut ait apostolus, qui fratrem suum oderit homicida est. Non adulterent, non faciant furtum, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant et quae sibi nolunt fieri, alteri non faciant. Non sint superbia tumidi, non detractationibus assueti, non ebrietati servientes, non luxuria enervati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substrati, non veniloqui, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurrones, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes et dolositates caveant, usuris nequaquam inserviant, non jurent ne forte perjurent, malum pro malo non reddant. Cum in se aliquid bonum viderint Deo applicent, et malum cum viderint sibi deputent. Discordiam fugiant et quos discordantes invenerint ad caritatis concordiam revocent juxta psalmistae vocem: declinent a malo et faciant bonum. Attendant apostolum commonentem. Non, inquit, in commessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudicitiis, non in contentione et aemulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum. Animadvertant etiam quod ab his vitiis ab apostolo prohibitis omnium vitiorum seges emergat, ut quod horum morborum superbia mater sit. Oportet etiam animas corporaque suą ab omni inquinamento carnis et spiritus custodire, ut juxta apostolum integri spiritus eorum et animae et corpora sine querela in adventum Domini nostri Jesu Christi serventur. Sobrie et juste et pie vivant, saecularia negotia prossus abjicient, quia juxta eundem apostolum nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit. Jejunium ament, hospites colligant, pauperes recreent,

nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positis opem ferant, dolentem consolentur, amori Christi nihil praeponant, caritatem non relinquant, pacem si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant, diem judicii timeant, vitam aeternam spiritualiter concupiscant, spem suam domino committant, proprio episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent. Magistros suos non temere reprehendant. Postremo doctrinis spiritualibus operam dent, lectionibus, psalmis et hymnis, canticis et caeterorum bonorum operum jugiter exercitiis incumbant. In dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant, in refectorio pariter reficiant, cotidie ad collationem veniant. Mox ut signum datum fuerit, omnes ad ecclesiam festinanter veniant et horas canonicas non negligant sed omni religione pariter celebrent. In ecclesia vero cum reverentia ingrediantur, in choro non cum baculis stent, sed cum omni devotione et veneratione divinae servitutis opus peragant. Egressi inreprehensibiliter vivant, ut ab his qui foris sunt, bonum testimonium habeant ac religionem ac propositum suum illicitis actibus nequequam maculent, sed potius omnes quibus se conjunxerint, sale sapientiae et bonorum operum exemplis condiant. *Contubernia foeminarum* nullatenus appetant, non venis eloquiis aut petulantiis insistant, non tumido gestu ac dissolutis renibus incedant, non spectaculis, non pompis saecularibus intersint. Non aleae, non quibuslibet venationibus inservient, apostoli namque instructi documento quo ait: non in veste pretiosa, et illud: nequaquam pretiosis vestibus delectentur. Caveant summopere ne extra claustra moram faciant nisi prout sibi a priore constitutum fuerit et opportunitas temporis dictaverint. Intra claustra positi non otio vacent, sed aut divinis officiis aut propriis utilitatibus aut certe magistrorum jussionibus pareant, negotia torpentes ab apostolo audiant; qui non vult operari, non manducet. Seniores spiritualiter diligant, juniores senioribus obsequium dignum exhibeant; doctiores minus doctis nequaquam se praeferant, sed magis eos cum caritate edificent. Neque his qui nobilitate generis aut virtutum donis pollet, ceteris se tumide super extollat, omnes in congregatione vicissim sibi caritatis officio servient. Quibus etiam in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter arguant et castigent. Pueros adolescentes negligentes verberum disciplinis corripiant. Singuli juxta capacitatem suam diversarum artium erudiantur disciplinis, ut nullus in *collegio canonico* inutilis inveniatur, nec oblata vota fidelium otiosus comedat. Taliter quippe conversari decet omnes qui divinis officiis se mancipari desiderant. Quapropter studeant haec breviter collecta sedula meditatione perlegere et memoriae commendare et adjuvante dono divinae gratiae juxta vires adimplere. Quibus facilius et liberius majora a sanctis patribus edita valeant proficere. Vocatione ergo, qua vocati sunt, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes ambulent, quatenus divinis jussionibus obtemperantes ad Christum, in cujus sorte esse noscuntur, qui via, veritas et vita est, cooperante pervenire mereantur.

N. II.

Judicia Commeani.

LIB. II. cap. 60

De gravi fornicatione.

Si quis cum Deo sacrata vel uxore alterius fornicaverit, episcopus duodecem annos peniteat, quinque ex his in pane et aqua, presbyter duodecem, quinque ex his in pane et aqua, diaconus et monachus decem, quatuor ex his in pane et aqua, clerici et laici septem, tres ex

his in pane et aqua. Hi omnes suprsdicto usque ad postactam poenitentiam s communione priventur. Nam st ad saeerdotii gradus nunquam sccedant.

De diversis fornicationibus vitiorum.

Si osculatus est episcopns per desiderium mulierem, id est, ant sanctimonialem vsl uxorem alterius, sive sororem seu cognatam, commatrem, vel matrem de sacro fonte, vel filiam spiritualem, diaconam sive presbyteram vel qualemcumqus statuta seniorum laiea conjunctione tenetur, detestabilis si praeter (absqne) coinquinationem LXX dies peniteat episcopus, presbyter L, diaconus st monachus XL, subdiaconus XX, clericus et laicus X.

Si semen per osculum fuderit, episcopus quatuor annos poeniteat, presbyter tres, diaconus et monachus duo, subdiaconus unum, clericus et laicus dimidium.

Si quod absit totam susm voluptatem ut moris est adimpleverit, sed tamen non perseveraverit, episcopus XV. annos peniteat, presbyter XII, diaconus et monachus decem, subdiaconus novem, clericus et laicus septem, omnes hi tres ex his in panc st aqua, a communione usque ad postactam poenitentiam priventur et s sacerdotio funditus excludantur.

Si episcopns osculatus est per desiderium simplicem mulierem et semen non effudit, XL dies peniteat, presbyter XX, diaconns et monachus X, subdiaconus VII, clericus st laicus V, si sua nunc est.

Si semen per osculum fuderit, episcopus I, annum peniteat, presbyter dimidium, diaconus et monachus C. dies, subdiacous LX. clericus et laicus L. si tamen cum aliena.

Si quod absit ut moris est volnptatem suam affectaverit (compleverit) episcopus XII annos peniteat, presbyter X, diaconus et monachus VII, subdiaconus VI. Omnes hi tres ex his in panc et aqua. Clericus st laicus V, vsl IV. annos peniteat, si cum aliena.

Lib. II. cap. 61.

Judicium de femina, quae in fornicatione reprehensa est, cum episcopo aut vel diacono, aut quasi conjugio copulata. Ex epistola Hormisdae Papae. Similiter et Eugenii P. Theodorus episcopus et Commeanus archimandrita quasi uno ore constituerunt.

Si qua femina in fornicatione deprehensa fuerit cum episcopo ant presbytero vel discono post acceptam leviticam benedictionem, aut ipsa confessa aut ab aliis revicta non saepe sed semel tantum lapsa est, placuit sanctae synodo secundum *antiquam* et *humaniorem* diffinitionem, V. annnos poeniteat, unum ex his in pane et aqua. Si autem semel tantum et iterum, VII annos penitest, tres ex his in pane et aqua. Rursum. Si vero iterum atque iterum, sed tamen non multum perseveravit, X. a. peniteat, tres ex his in panc et aqua et corpore Christi non communicet ante actam poenitentiam nisi praevenerit dies mortis. Licet, ut supra scriptum est, secundum antiquam st humaniorem diffinitionem, sed tamen providentia sacerdotis sollerter pensandum est. Juxta qualitatem et quantitatem culpse judicetur, at de illo loco expellere eam oportet ubi tale commissum facile recommittere possit, ct ignominiosa hujus saeculi semper consistat. Praeterea sic ubi mulier inventa fuerit, ut quibusdam usus laicorum quasi conjugie, ant concubinam usitata saecularie, quod verecundie est dicere, quanto magis perpetrare, vel etiam conscii cum episcopo aut cum presbytero, vel cum diacono post diem ordinationis suae, publice ut pote propria passimve, obscenum habuisset et aliquantum spatii tempus in ipsa probrosa

extiterit. Unde rusticitas abusitatas ajunt manipulas sacerdotis, potius laqueus fertur et praecipitium. Ex tali muliere videlicet indubitanter et ingratis sancimus, ut celeriter convertatur et in carcerem retrudatur, in qua usque ad mortem poeniteat et ibi tantummodo communicet sicut de sacerdotibus pro gravibus criminibus convicti sunt reperimus concessum. Scriptum est enim: juxta morbum adhibenda medicina. Post receptam autem congruam penitentiam in omnipotente Deo fideliter firmiterque fiducia ponenda est, qui dignatus est dicere: vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat. Et qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et cetera his similia. Nam si eam aliquis dudum heri aut nudius tertius correxerit, et illa contempsit et in sua durissima turpissimaque obstivatione perduraverit usque ad mortem, difficile erit vel in finem ei dare communionem, quia immerita preoperata fuerit, vel viaticum ad mortem percipere. Valde imperitus est et nimis inexpertus canonum statuta qui eam nonnunquam donec in tali acerbissimo conjngio audax extiterit, judicare atque communicare praesumpserit; sed magis excommunicari eam non immerita a coetu catholico. Procul dubio qui talem temeritatem non recusat et ipse in die tremandi judicii redditurus erit Deo rationem, ex sua temeritate, et illa incurata remansura erit ex tali indiscreto et fatuo. Quis non videat, quis non intelligat, quis non animadvertat, si de femina tale judicetur, quae fragilem saxum ferens quanto magis sacerdos aut diaconus, qui eam turpissimam illecebrissimamque catenam tenere constrictam potuissent.

Lib. II. c. 63.

Qui cum uxore pro Deo relicta fornicaverit.

Si quis cum ea, quam propter Deum quis reliquit uxorem, fornicaverit, episcopus XII. annos peniteat, presbyter X, diaconus et monachus VII, subdiaconus VI. Hi omnes tres ex his in pane et aqua, et priventur a communione et a sacerdotii gradu. Clericus et laicus quinque, duos ex his in pane et aqua.

Lib. II. c. 116.

De eo qui postquam se Deo voverit ad saecularem habitum revertatur, et de stultis votis.

Si quis clericus aut monachus, postquam se Deo voverit, ad saecularem habitum iterum reversus fuerit, aut uxorem duxerit, X annos peniteat, tres ex his in pane et aqua et nunquam postea in conjugio copulatur. Quod si noluerit sancta synodus atque sedes apostolica separavit eos a communione et convivio catholicorum. Similiter et mulier, postquam se Deo voverit, si tale scelus ammiserit, pari sententiae subjacebit. Si qui vir vel si qua mulier votum habens virginitatis, tunc adjungitur conjugio aut viro postea, nisi tantum per consensum in servitute Dei, non dimittat uxorem aut virum, sed tres annos peniteat. Sic stulta vota frangenda sunt et importabilia.

Lib. IV. c. 109.

De homicidio clericorum.

Si quis episcopus homicidium fecerit, XV annos peniteat et deponatur, cunctis diebus

bus vitae suae peregrinando finiat. Presbyter XII annos peniteat et deponatur superiore sententia. Diaconus et monachus X annos peniteat sive amplius juxta modum culpae, et diaconus deponatur. Clericus vel laicus VIII annos poeniteat. Episcopus VII annos ex his in pane et aqua penitaat, presbyter V, diaconus et monachus quatuor. Clerici et laici tres. Ad gradus cujuslibet sacerdotii accedere non praesumant. Si bene egerint poenitentia reconcilientur ad communionem. Valde considerandum est, quod in concilio ancyrano et in concilio agatensi, si laicus voluntaria homicidium fecerit, legitur, communionem non antea quam in exitu vitae suae sacri corporis recipiat, quanto magis ordines clericorum.

Lib. IV. c. 115.

De homicidio per meditationem facto

Si quis odii meditatione voluntarie homicidium fecerit, rejectis armis osque ad mortem mortuus mundo Deo vivat. Si autem post votum profectionis eum peregrinatione perenni mundo moriatur. Si sine meditatione, sed tamen voluntate, septem annos peniteat, helymosinis quoque et orationibus frequentibus. Si nolens quinque.

Lib. IV. c. 125.

De oppressis infantibus.

Si qua infantem suum oppresserit. Si ante baptismum septem annos peniteat, eo quod utraque luce fraudavit eum. Si vero baptizatus, tres annos, unum ex his in pane et aqua, et abstineat se a luxuria (conjogio) temporis penitentiae.

Lib. IV. c. 126.

De muliere quae infantem suum juxta se mortuum invenerit.

Si qua mulier invenerit juxta se infantem suum mortuum, et non tenet conscientia (cognitio) ejus, quod per eam mortuus fuisset, propter purificandam tamen animam suam, si non baptizatus, tres annos peniteat; si autem baptizatus duos. Si qua mulier posuerit infantem suum secundum consuetudinem, sive in cuna sive in alio loco, ubi jacere solebat, non tamen circa-juxta- sed et invenerit eum mortuum, et nescit si per negligentiam suam est necatus, an non; si non baptizatus pro munditia sua duos annos peniteat, si vero baptizatus unum.

Si mulier sciens se vivum vel sanum collocasse filium suum in loco congruo, ubi mos est, et tunc mortuum reperit et nescit quis debilitavit eum, illa propter suspicionem aliquam, si non baptizatus est, unum annum peniteat, si vero baptizatus est duas XLmas peniteat.

Lib. IV. c. 127.

De muliere quae parit et non nutrit filium suum.

Si mulier fidelis parit infantem et si possit non nutrit eum sed projicit, si quandoque conversa fuerit, ut impia judicetur. Si mulier fidelis parit filium, dum pro quacunque necessitate coacta non potest eum nutrire; sed tamen propter purificandam animam suam, judicio sacerdotis poeniteat.

Lib. IV. c. 128.

De muliere ebria quae filium suum oppresserit.

Si qua mulier ebria aut per aliquam crapulam infantem suum oppresserit, amplius addatur poenitentia ei eo quod propter crapulam aut ebrietatem crimen admisit; si vero per aliquam ebrietudinem mentis, aliquantulum veniae praebeatur.

Lib. IV. c. 152.

Ee falso testimonio

Si quis falsum testimonium dixerit, si episcopus fuerit, VII annos peniteat, presbyter V. dieconus IV. Omnes hi tres ex his in pane et aqua et deponentur. Monachus IV. duos ex his in pane et aqua. Clericus et laicus tres, unum ex his in pane et aqua. Qui consenserit sciens ad falsum testimonium, similiter peniteat. Qui consenserit insciens ad falsum testimonium, antequam studens inquirerit, duos annos peniteat.

Lib. IV. c. 264.

De rixa.

Si quis per rixam ictum – lapidem vel fustem – jacens, debilem ac deformem fecerit hominem, reddat impensas ad medicos, et maculae – vulneris – pretium, et opus – *laborem* – ejus donec sanetur restituat et dimidium annum peniteat. Qui vero non habet unde restituat, unum annum peniteat.

De parvulis percutientibus inter se.

Parvuli si invicem se percutiunt, octo dies peniteant, si vero adolescentes sunt, quadraginta dies.

De ira tristitia, odio et maledicto. Judicium Theodori et Commeani.

. . . .
. . . .

Lib. IV. c. 168.

De hoc qui superbe arguit.

Si quis proterve alios arguit, *liniat* (blantiat) prius eos, et centum psalmos canat.

Lib. IV. c. 269.

De blasphemia.

Si quis blasphemat, id est cor impenitens, quanto tempore impenitens mansit, tanto peniteat.

Lib IV. c. 270.

De jactantia id est de vana gloria.

Si quis jactans est in suis benefactis, humiliet se, alioquin quicquid boni fecerit, humanae gloriae causa, procul dubio perdet sua benefacta. Jactantia ipsa est vana gloria.

Lib. IV. c. 312.

De usuris vel cupiditate seu avaritia.

Si quis usuram undecunque exegerit, tres annos peniteat. Thesaurizans superflua in crastinum tempus per ignorantiam, tribuant pauperibus. Si autem pro contentu (sufficientia) argentum, vel his similem pecuniam, helymosina et jejunio sanetur judice sacerdote. Qui repetit auferentem quae sua sunt, contra interdictum domini, tribuat indigentibus quae repetivit: Clericus habens superflua donet ea pauperibus, sin autem excommunicetur. Si quis cupidus aut avarus eolectus – inventus – fuerit, tres annos peniteat et juxta res suas helymosinas faciat. Qui permanet in avaritia, alienatur a convivio catholicorum et a coetu justorum, scriptura testante quae ait: cupidus et avarus regnum Dei non possidebit. Itemque maledicti sunt usurarii super omnes negotiatores.

Lib. IV. c. 318.

De discretione ciborum et de his qui immunda comedunt.
Judicium Theodori et Commeani.

. . . .
. . . .

Item judicium Theodori et Commeani.

. . . .
. . . .

Lib. IV. c. 326.

De negligentia erga sacrificium.

Si quis neglexerit sacrificium aut perdiderit et inventum non fuerit, unum annum peniteat. Qui non custodierit bene sacrificium at mus comederit ex eo, XL dies peniteat. Qui perdiderit suum chrismal (vas ubi chrisma sedet vel sacrificium) aut solum sacrificium in regione qualibet, at non invenitur, unum annum penitaat. Perfundens aliquid de calice super altare quando aufertur linteum – corporale – septem dies peniteat. Quod si abundantius septem superpositionibus. Qui in finem solemnitatis missae calicem fuderit, quadraginta dies peniteat. Qui immerserit sacrificium, continuo abluat et bibat aquam, quae fuderit in chrismal, sumatque sacrificium et emendet per dies XL solus. Si ceciderit sacrificium offerentis terratenus, at non invenitur, omne quod circa eum inventum fuerit, comburatur at cinis sub altare abscondatur, et sacerdos dimidio anno damnetur. Si vero inventum fuerit sacrificium, locus scopa mundatur et

stamentum, ut supra ignetur – incendatur – et sacerdos viginti dies peniteat. Si usque ad altara tantum lapsum – mersum – fuerit, superponat. Si de calice aliquid stillaverit in terra per negligentiam, lingua lambatur, tabula radatur, et si non fuerit tabula, mittat ut non conculcetur, aut igni consumatur; ut supra abscondatur, et sacerdos XL dies peniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, at tres dies peniteat. Si usque ad linteum secundum transierit, octo dies peniteat; si usque ad tertium decem, si usque ad quartum, duodecim peniteat, et linteamina, quaa tetigerit gutta, abluat per tres vices, calice superposito, et aquam ablutionis sumat.

Lib. IV. c. 370.

De his qui ante horam canonicam cibum sumunt.

Qui anticipat horam canonicam, vel suaviora (dulciora, lautiora) – ceteris – (aliis fratribus) – sumit gulae tantum, cena careat, et tres aut duos vel unum dies juxta gradum vel aetatem sic peniteat. Qui autem superfluam ventris distentionem doloremque sentit, uno die in pane et aqua peniteat. Si vero ad vomitum sine infirmitate, septem dies circa (secundum) gradum ut dictum est, vel aetatem ita peniteat.

Lib. V. c. 184.

De fornicatione sodomitica.

Lib. V. c. 188.

De fornicatione puerorum.

Lib. V. c. 194.

De fornicatione cum quadrupediis judicium Theodori et Commeani.

Lib. V. c. 197.

De minoribus et immundis pollutionibus.

Lib. V. c. 206.

De muliere libera si servo se copulavit.

Lib. V. c. 207.

Si maritus pro qualicumque culpa servum se fecerit.

LIB. V. cap. 222.

De propinquitate consanguinei sui more pecorum commixti, id quod absit, prima vel secunda.

Lib. V. cap. 230.

De muliere quae duobus fratribus nupserit.

III.

Lib. IV. cap. 116.

De diversis homicidiis, sive voluntarie sive nolens.

Sancta synodus CL patribus sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata. Epilogus braviter digestus propter plerosque simplices minusque capaces, haec strictim breviterque pernecessarium duximus, de his qui voluntarie vel casu homicidium fecerint.

In primis.

Qui voluntarie genitorem suum aut genitricem occiderit, extra patriam septem annos exul fiat. Tunc demum usque ad mortem cum fletu et luctu peniteat. Si autem nolens hoc recidit, decem annos judicio sacerdotis peniteat.

Qui voluntarie filium suum aut filiam, vel germanum aut germanam suam occiderit, quinque annos extra metas (terminos) exul fiat ipsius terrae. Deinceps XV. annos inermis (sine armis) cum fletu et luctu peniteat. Si vero nolens, septem annos peniteat.

Qui voluntarie avum suum aut avam suam, seu nepotem aut neptem suam, vel patruum aut avunculum, seu amittam sive materteram suam, vel filium aut filiam germani sui aut germanae, seu consobrinum suum sive consobrinam occiderit, duodecim annos inermis cum luctu et fletu peniteat. Si enim nolens, sex annos peniteat.

Qui voluntarie de propria cognatione sua occidarit, id est a tertia usque ad septimam.
Si tertia fuerit decem annos inermis peniteat.
Si quarta XI. Si quinta decem.
Si sexta IX. Si septima VIII
Si autem nolens arbitrio sacerdotis peniteat.

Item inde. Concilio eodem.

Qui voluntarie patrem suum aut matrem vel filium aut filiam de sacro lavacro, seu patrem sive sororem in Christo, vel dominam seu uxorem suam, quinque annos extra metas terrae suae exul fiat. Tunc damum XV. annos inermis peniteat. Si vero nolens, septem annos peniteat.

Qui *vitricum* (patrinum) suum voluntarie occiderit, aut novercam, seu privignum (filiastrum) sive privignam suam, vel socerum suum aut soerum, sau generum suum, sive nurum, decem annos peniteat. Si vero nolens, quinque annos peniteat.

Si laicus alterum laicum occiderit, septem annos peniteat.

Si autem in saecularibus hominibus hoc detestemur scelus, quanto magis in clericis et monachis. Fortassis etenim si aliquando femineus sexus de his scaleribus aliquid malum attrectaverit (commiserit) similiter ut congruum femineo est sexui, ita peniteat.

Valda pensandum est suprascriptis omnibus personis, e qoibus aliquid ex his saevissimis malis aliquibus irrepserit. Si per ignorantiam, si per infirmitatem, gravius est infirmitata, quam par ignorantiam, gravius industria, quam per infirmitatem peccare. Sic semper providendum est peritissimis sacerdotibus.

Quod si de ordine clericorum de his saevissimis malis aliquid ammiserit, ut est gradus

CAP. II.

De duabus canonum epitomis, altera neapolitana altera cassinensi, quae originem suam ex descripta collectione vaticana trahunt.

§. 1.

Canonum epitome neapolitana.

Vetera decretorum opera, quod saepius monuimus priscis illis temporibus epitomatores habuerunt. Neapolim Roma diverteram bibliothecamque borbonicam perlustrabam, quum sese mihi obtulit opusculum parvi voluminis, quod collectionis quinque librorum ex codice vaticano descriptae excerptum continet. Codex signatus est: 732. VII. F. 28. et exhibet inscriptionem manu recenti adjectam: *Canones et decreta Summorum Pontificum.*

Opus hocce aeque in quinque libros distribuitur, quorum quisque certum capitulorum numerum habet. Primus liber continet capitula 42, secundus 66, tertius 138, quartus 127, et quintus denique 96; capitula una cum suis inscriptionibus ex memorata collectione vaticana deprompta sunt. Deprehenduntur enim in eodem omnino ordine *judicia Theodori* et *Commeani* archimandritae, *canones hibernenses* et *constituta Clementis*, *Aniceti*, *Silvestri*, *Innocentii*, *Leonis*, *Hormisdae*, *Felicis*, *Gregorii*, *aliorumque Pontificum.* Occurrunt porro ex eodem archetypo vaticano mutuata eadem documenta, nec desunt ficta, quae veris intermiscentur, uti: Lib. II. cap. 22. *judicium de foemina, quae in fornicatione cum episcopo aut presbytero aut diacono aut quasi conjugio copulata - ex epistola Hormisdae P. Similiter et Eugenius P. Theodorus episcopus et Commeanus archimandrita, quasi uno ore reconstituerunt.* Lib. III. c. 83. *Incipit ordo quo sacerdos debet sacrificare.* Lib. IV. cap. 35. *De diversis homicidiis sive voluntarie sive nolens.* Cap. 83. libri. III. continet epistolam Pseudo - Damasi una cum responso Pseudo - Hieronymi. Ceterum de hisce documentis vide appendicem monumentorum Num. III. IV. et. V. quam collectioni vaticanae adjecimus et quae ibi adnotavimus.

nitatem significat. Qui secrificat non in sorde adulterii sed mundus ab omni inquinatione adulterii sacrificet. Quia sacerdos trinitas interpretatur; pater *Sa* at filius *cer* et spiritus sanctus *dos*; Pater *pres*, filius *bi*, spiritus sanctus *ter*. Ecce sacerdos et presbiter trinitas intelligi potest. Ergo trilicem positam in altare et desupar calicem cum oblatione et operimento super calicem, similiter trinitas figuratur. Ecce sicut diximus: tres agnus dei propter sanctam trinitatem. Ecce saptem sententias sanctae trinitatis in honorem septiformis spiritus sancti gratiae. Ergo non praesumat sacerdos aliud facere quando sacrificat, nisi quomodo supra diximus, ut illuminet se et animam christianorum. Et si aliter facare praesumpserit, nec sibi lumen nec aliis christianis procurat. Sed ille coecus est et alios in coecitatem post se trahit. Audi Christum dicentem: si coecus coecum duxerit, ambo in foveam cadunt. (*)



(*) Plurima certe habet hujus epistolae auctor, quae risu potius excipienda et temporum rusticitati indulgenda, quam severa censura perstringenda sunt.

Hieronymus.

Pater sanctissime. Veritas in vobis minime est abscondita. Recordare concilium nicaenum ubi a CCCX et VIII patribus sanctis affixum et constitutum est: si quis die dominico resurrectionis post horam tertiam ausus fuerit canere missam, anathematizetur. Aliis vero diebus a III usque in horam VIIII. si praesumpserit, similiter anathematizetur. Aliis vero horis licitum est sacrificare. Cumque relecta fuisset epistola, invenerunt in concilio scriptum a CCCX et VIII. patribus sanctis, qui inflammati fuerunt de spiritu sancto, quomodo in nicaena sancti coram Constantino magnifico et catholico ac sanctissimo imperatore scripserunt et constituerunt. Si quis die dominico post horam tertiam ausus fuerit canere missas, in damnatione anathematizatur. Pro eo quod spiritus hora tertia ascendit ad apostolos, ideo non licet post horam tertiam die dominico sacrificare, nec jejunare, nec ullam abstinentiam habere. De aliis vero diebus a media hora tertia usque aliam mediam horam quartam, a quarta in mediam horam octavam similiter anathematizetur. Pro eo quod ista hore Christus in passione et in patibulo crucis stetit pro nostre salute. Ideoque si istas horas praesumpserit sacrificare; angeli non recipiunt sacrificium ad offerendum majestati. Ergo quid prodest illud sacrificium. Et ipsa sacrificia quando sacrificaverit sacerdos non praesumat solus sacrificare. Quia Christus quando sacrificium pro totius mundi salute immolari se permisit, duo latrones in cruce fuerunt cum eo. Ergo si solus sacrificaverit sacerdos, cui dicit dominus vobiscum. Certe melius est illi dicere dominus mecum et ipse respondeat: et cum spiritu meo. Ecce satis blasphemat. Si duos vel tres non habet ministros, et si habet, sana fide potest dicere: dominus vobiscum et illi respondentes. Et tu sicut nobis optasti ut deus esset nobiscum cum spiritu tuo. Quia si solus sacrificat, videtur esse solus, filium et spiritum sanctum in trinitate non esse. Si cum uno ministro sacrificaverint; ergo qui dicit dominus vobiscum, melius est ei dicere, dominus tecum vel nobiscum. Si cum duobus ministris sacrificat, videtur esse perfecte trinitas. Et aliter. Ergo qui sacrificat, habeat secum duos ministros sicut dominus in evangelio dicit: ubi duo vel tres steterint in nomine meo in medio eorum sum et in omni loco tria testimonia apud dominum firmata sunt et si plus sunt ecce quam melius sunt apud deum et hominem. Et habeat sacerdos secum quando sacrificat lineam et cingulum, et amictum et orarium et planetam et in manu teneat mappulam et sudarium triplicem in honore sanctae trinitatis propter sacrificium ponendum super altare. Ecce una sententia sanctae trinitatis. Et in nullo permittimus sine lumine accenso sacrificare quia qui sine lumine accenso sacrificaverit, videtur esse sacrificium coecum. Absit hoc, non permittit dominus ut fiat coecum esse sacrificium apud christianos. Quia si lumen accensum habet perfecta trinitas ibi videtur habere virtutem, quia in olei et caeri et *papiri* flamma trinitas significatur. Ecce alia sententia sanctae trinitatis, quia inde lumen pro vice Christi ponitur. Omnis lumen habeat quando sacrificat, quia ipse dixit: Ego sum lux mundi; et habeat incensum, quia quando angeli satanae ceciderunt de coelo in terram, in fetore ceciderunt. Cum odore incensi sacrificat sacerdos ad altare, praesentialiter fugit diabolus et illa odor per angelos ad dominum ascendit, et per incensum et odorem et ignem trinitas significatur. Et quando offert domino in altare, non ponat solum panem, quia si solum panem ponit, videtur pater non habere filium. Si panem et vinum ponit videtur esse pater cum filio non habere spiritum sanctum Si panem et vinum et aquam adunatum ponit, videtur esse pater et filius et spiritus sanctus. Unde dicimus Sanctus, Sanctus, Sanctus, tribus vicibus in honorem sanctae trinitatis. Et si solum ignem habet ad sacrificandum, videtur petrem non habere filium quie lumen accensum tri-

Exigua vel potius nulla fragmenta ex jure romano et ex regum Francorum capitularibus, quae in collectione vaticana saepissime inserta conspeximus, in hac nostra inveniuntur. Lib. III. cap. 82. exhibet fragmentum legis Henrici I. imperatoris de naufragio, Lib. IV. cap. 113. alterum fragmentum ex capitulari quodam Caroli M. et denique Lib. V. cap. 52. fragmentum ex Juliani epitomė Novellarum.

Quis auctor compilationis hujus nostrae fuerit et quo tempore vixerit, nihil certi suspicari licet. Opusculum intra Italiam confectum ac paullo post antecessoris collectionem compilatum esse videtur. Nulla enim occurrunt documenta iis posteriora, quae in auctore collectionis vaticanae continentur. Codex membranaceus est atque elegantissimus, in forma, ut dici solet, octava ac saeculum undecimum vix excedere censendus est.

§. 2.

Canonum epitome cassinensis.

Ecquis unquam arbitraretur opusculum quod descripsimus excerptorem vel epitomatorem suum esse nactum? Bibliothecam perinsignis archicoenobii S. Bendicti ad montem Cassinum hisce feriis autumnalibus attentius perspicienti mihi occurrit opusculum incerti auctoris, quod inscribitur: *institutio sanctorum patrum de qualitate culparum et de disciplina atque doctrina sacerdotum.* Codex membranaceus, in forma quam nostri dicunt octavam, exaratus, inscribitur sub num. 216. Ipsum hunc numerum praefert codex noster in serie codd. MMS. Montis-Cassini, quam celeberrimus Montefalconius adornavit.

Opusculum, ut quaedam de ejus natura dicamus, nonnisi epitomen opusculi bibliothecae borbonicae neapolitanae continet. Ast epitomator noster nec librorum nec capitulorum ordinem, quem sibi illius antecessor fecerat, retinuit. Eadem tamen documenta conspiciuntur ac in opere neapolitano. Saepius etiam, quod plane mireris, deprehenduntur canones hibernenses, canones synodi romanae, constituta Clementis, Silvestri, Hormisdae, etc. judicia Theodori ac Commeani archimandritae. Occurrunt itidem monumenta, quae in opere borbonico superius recensuimus, et in apendice documentorum architypi vaticani num. III. IV. et V. leguntur.

Ceterum auctor noster nonnulla addidit documenta, quae in opusculo borbonico prorsus desunt. Citat loca quaedam *ex libro*, ut epitomatoris verbis utar, *qui corrector vocatur.* Sub hoc nomine, ut omnibus patet occurrit pars decima nona operis decretorum Burchardi Wormatiensis. Quid plura? Ipse auctor noster alibi in opere suo fragmenta ista burchardiana sub vero ipsorum compilatoris nomine allegat uti: " *Burchardus in libro qui corrector vocatur.* „ Exhibet porro varias bullas Summorum Pontificum de rebus ad Cassinum montem spectantibus.

Quod ad auctorem opusculi nostri spectat atque ad tempus, quo fuit exaratum, nihil explorati habemus. Ac ne vanis futilibusque conjectionibus locum demus, judicium viri ex perillustri illa benedectina Montis-Cassinensis familia sapientissimi hic adjiciemus, quod in codicis fronte exaratum deprehenditur, quodque vir dignissimus ac de re litteraria optime meritus, R. P. Dom. Octavius Fraya Frangipane, archivii Cassinensis custos, mihi summa cum humanitate communicare voluit. Judicium vero hujusmodi auctorem habet R. P. Dom. Joan. Bapt. Federicium, custodem quondam ejusdem archivii Cassinensis, virum de ecclesiae ac de patriae historia non parum meritum, qui, die decima Augusti anni 1805 e vivis decessit [1]). En verba ipsius: codex saeculi XI. continet institutionem sanctorum patrum de qualitate culparum et de disciplina atque doctrina sacerdotum, quae institutio authorem habuisse videtur monachum quemdam cassinensem, qui floruerit post annum 1080, uti conjici licet, ex bullis pontificum romanorum ab eo relatis, Joannis IX Ragemprando abbati Casinensi, Sergii III. Leoni similiter ab. Casinensi, Leonis IX. Richario abbati Casinensi et ex decreto Gregorii VII. contra Normannos. Anne ejus auctor vel compilator dici suspicarique poterit Arialdus Casinensis presbyter, de quo Petrus diaconus de viris illust. Casin. cap. 22.

Nihil habeo quae cl. viri sententiae opponam. Quamvis Petrus

1) Supersunt praeclara Federicii pietatis ac doctrinae monumenta, quorum quaedam typis sunt edita, quaedam in eodem archivio cassinensi adhuc latent. En opera ejus: La immacolata concezione della B. V. Maria comprovata ai sentimenti de' ss. Padri nel rincontro di un inno attribuito al dottore s. Ambrogio. Napoli 1792. in 8. — Degli antichi duchi e consoli o ipati della città di Gaeta. Napoli 1791. 1 vol. in 4.

de Arialdo nostro nihil certi referat, unde auctor opusculi nostri conjici possit, bullae Joannis IX. Sergii III. et Leonis IX. opusculo insertae, nonnisi res monasterii Cassinensis tractantes authorem cassinensem optime evincere possunt. Accedit denique quod codex ipse in monasterio cassinensi exaratus sit.

Codicem vero ipsum, non saeculo XI, ut vir doctus Federicius voluit, sed medio fere saeculo XII. exaratum dicerem. Opusculum parvae molis vix centum viginti folia complectitur.

Antequam finem descriptioni utriusque opusculi, neapolitani scilicet et cassinensis, imponemus, adnotasse juvat, opinionem, quam de authore archetypi vaticani supra protulimus, ex iis quae de utroque opere diximus, optime confirmatum iri. Ne justo audacior sim eam in ipso archicoenobio casinensi vel in alio quodam coenobio inferioris Italiae elaboratam dixerim.



CAPUT III.

De canonum collectione, quae in codice Palatino num. 584 *bibliothecae vaticanae continetur.*

Ut de anselmiani operis fontibus melius judicare possimus, accuratius consideranda nobis videtur illa vaticanae bibliotecae collectio, cujus fratres Ballerinii mentionem fecerunt, quamvis illius naturam penitus ignorarent [1]. Primo quidem intuitu doctissimorum virorum sententiam probandam, collectionemque ipsam, utpote nullius momenti negligendam esse credidi. Verum iterato examini illam subjiciens, tantam ipsam inter atque Burchardi decretum detegi connexionem, ut eam ex hoc decreto excerptam putaverim, maxime quod jam antea, uti in dissertatione de Ivonis decreto notavi [2]), aliam ejusmodi collectionem inveneram.

Quamvis igitur collectionem nostram burchardiani operis epitomen dicere non auderem, tamen illius ope adornatam, ac veluti novam illius recensionem esse censui. Huic opinioni tum codicis circa medium saeculum duodecimum conscripti aetas, tum plurima capitula, quae cum in Anselmi lucensis collectione invenirentur ex hac in nostram recepta fuisse videbantur, tantum robur addiderunt, ut nullo modo ab illa me recedere posse existimaverim. Et sane integrum fere Burchardi decretum in nostram collectionem immigrasse atque capitula retentis iisdem omnino inscriptionibus non raro in eadem serie, qua in decreto disposita sunt, recepta fuisse detegeram. Id solum discriminis inter utramque collectionem apparebat, quod 20 libros, in quos Burchardus decretum suum distribuerat, nostrae collectionis auctor ad duodecim contraxerit. Capitula dein plurima, quae in Burchardi opere deerant, ex Anselmi collectioue desumpta esse apertum erat, ita ut nullum dubium conceptam jam sententiam labefactare potuerit.

---

1) Loc. cit. P. IV. cap. 18. §. 7. p. 671.
2) Supra dissert. III. Cap. II. §. 7. p. 186. nota 34.

Non multo tamen post me in errore versari cognovi. Cum enim in adornando gratianei decreti fontium indiculo denuo celebrem illam Anselmo dedicatam collectionem adire, novoque eam examini subjicere studerem, omnia nostrae collectionis capitula, quae mihi ex Anselmi opere deprómpta videbantur, in ea quae Anselmo est dedicata itidem inveniri, atque potius ex hac, quam ex Anselmi collectione in nostram translata fuisse conspexi. Capitula enim haec, quae in Anselmi collectione sparsim hac illac in diversis libris conspiciuntur, in collectione Anselmo dedicata in eodem fere libro, ac serie nullatenus interrupta reperiuntur. Cognito errore utramque collectionem diligentius discutere coepi, ac tantam illico inter utramque convenientiam animadverti, ut minime dubitandum esse statuerim, nostram collectionem ex ea, quae Anselmo inscribitur, omnino profluxisse. Quod ut breviter demonstrem paucis vaticanam hanc nostram collectionem illustrabo.

Dividitur haec collectio ad instar collectionis Anselmo dedicatae in libros duodecim, qui tum majorem tum minorem capitulorum numerum amplectuntur. Capitula singula suas habent inscriptiones et summulas. Liber primus capita 187, secundus 188, tertius 220, quartus 241, quintus 198, sextus 82, septimus 99, octavus 183, nonus 184, decimus 179, undecimus 177 et duodecimus 116 continet. Opus universum indiculus praecedit, in quo tum libri, cum capita in eis contexta accurate foliis vigintinovem praescribuntur. Cum tamen, quod maxime dolendum est folii primi pagina exterior maculata omnino sit, atque aliae res quam plurimae illi inscriptae sint, priorum trium librorum indicem legere prorsus nequivimus, quo circa sequentium tantummodo summam dabimus [3]).

---

3) *Quarta pars* continet de illis qui sine judicio episcopi presbyteros de ecclesiis ejiciunt. De celebratione missarum et ubi fiant solemnia earum. De oblationibus ac decimis. De pace et honore ecclesiarum ac sepultura mortuorum et qui libri in ecclesia debeant legi et quando sint apponendi.

Quinta pars continet de temporibus et mysterio sacri baptismatis. De crismate et manus episcoporum impositione. De sacramento corporis et dominici sanguinis. De perceptione eorum et observatione.

Sexta pars continel de solemnitate paschali et observantia dominici diei. De festivitatibus et diversorum temporum jejuniis. De crapula et ebrietate vitanda.

Septima pars continet de homicidiis ordinatorum et saecularium hominum. De his qui voluntarie et sine voluntate homicidia fecerint et de illis qui infantes suos interficiunt. Aut si uxor

Codex insuper circa medium incolumis non est, pleraque ex libro undecimo desiderantur, liber duodecimus ex integro deest. Operis quoque praefatio deperdita est. In ejusdem collectionis codice qui in Savignii bibliotheca Berolini servatur, libri 2, 7, 8, 12 nec non undecimi pars desiderantur, praefatio vero sospes est 4), quam si clarissimus vir, quod erat maxime optandum, publici juris fecisset, plura de nostrae collectionis natura ac compilationis ratione proferre licuisset.

Plures collectionis libri eodem modo incipiunt ac illi, qui in collectione Anselmo dedicata in eadem serie inveniuntur. Pseudo-Isidori praefatio, nec non tractatus ab ipso conscriptus: *quo tempore concilia celebrari coeperunt*, *de synodis principalibus*, atque *annotatio synodorum*, *quarum gesta in hoc codice*: (Pseudo-Isidori) *continentur*, sicuti *epistola Aurelii carthaginensis ad Damasum*, *et rescriptum Damasi ad Aurelium*, quae documenta in pseudo-isidoriano opere memoratum tractatum subsequuntur, in collectione Anselmo dedicata sparsim hac illac recepta, et inde eodem plus minus servato ordine ad nostram vaticanam collectionem accesserunt.

At Burchardus ne unum quidem ex hisce documentis in suum decretum inseruit.

Ordo dein *celebrandi concilii* in utraque collectione idem, at-

---

maritum vel maritus uxorem interfecerit; et de his qui patrem vel metrem aut neptem interfecerint, vel fures vel latrones et de poenitentia singulorum.

Octava pars continet de legitimis conjugiis. De raptu et raptoribus. De adulteris el incestuosis et in quo geniculo fideles conjungi debeaot vel separari. De fornicetione et adulterio el diversi generis incesto.

Nona pars continet de synodo celebrenda et vocatione ad synodum. De accusatis et accusatoribus. De judicibus et judiciis ecclesiasticis. De testibus et testimoniis. De episcopis injuste expoliatis. De depositione et restitutione episcoporum ac ceterorum ordinatorum et qualiter synodus debeat haberi in circuitione episcopi.

Decima pars continet de regibus et principibus, de comitibus et judicibus. De testibus et testimoniis. De perjuris el perjuriis. De furibus et furtis. De sacrilegis et sacrilegiis. De excommunicatione et reconcilietione. De judaeis, magis et ariolis. De netura daemonum et damnatione haereticorum.

Undecima pars continet de principalibus vitiis et eorum remediis. De poenitentie el reconciliatione ac infirmorum visitatione.

Duodecima pars continel de virtutibus et qualitate creati hominis. De praedestinatione et origine mortis corporeae. De animabus defunctorum et quomodo se hebeant ante resurrectionem corporum. De igne purgatorio et igne aeterno. De adventu antichristi et de die judicii. De poena malorum et gloria justorum.

4) Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. II. p. 282.

quo uti apud Pseudo-Isidorum exstat; Burchardus contra alium ab hisce maxime diversum ordinem exhibet: extat quoque in collectione Anselmo dedicata sub titulo: *annotatio decretalium apostolicorum*, omnium pontificum romanorum catalogus, qui incipiens a s. Silvestro usque ad Gregorium juniorem singulos commemorat, qui leges ecclesiasticas dederunt, simulque numeris innuitur quo loco quivis a s. Petro distet, quotque decreta emiserit [5]). Idem vero catalogus in nostra collectione et quidem in cap. IV. libri IX. habetur. Insuper in hac nostra collectione capitula plurima, maxime decretalium Gregorii magni fragmenta inveniuntur, quae neque apud Burchardum, neque apud alios tum anteriores tum posteriores canonum collectores exstant, et non nisi in collectione Anselmo dedicata reperiuntur [6]).

Quibus omnibus rite perpensis, ecquis dubitare poterit nostram collectionem cum illa Anselmo dedicata penitus cohaerere? Ceterum raro admodum ab ea quae Anselmo est inscripta recedit, atque interdum capitulis ex ea desumptis annotationes quaedam ab auctore adjiciuntur, quae capitulorum argumentum declarant, ac non raro res magni momenti continent [7]), quae tamen a Burchardo omissa sunt.

---

5) Eundem RR. PP. catalogum in collectione vindobonensi, de qua supra in dissert. III. c. I. §. 6. p. 152. sq. locuti sumus, invenimus, illiusque partem in nota 23. p. 150. ibi apposuimus.

6) Speciminis gratia primum collectionis nostrae librum cum collectione Anselmo dedicata contulimus, atque in ipso capita, quae hic sequuntur ex hac ultima desumpta invenimus: Cod. Palat num. 584. Lib. I. c. 1. 2. 5. 6. 8–18. 30. 31. 46–49. 53–59. 88–89. ex Anselm. dedicata. Lib. II. cap. 1. 2. Lib. I. cap. 49. 50. 74. 75. 88. 89. 93. 100 86. 104. 124. 125. Lib. II. c. 25. Lib. I. 101. et 8. Lib. II. cap. 7, 8. 48. 153. 90. 96. 99. 260. 98. 101. 59. 76.

7) Sic ad caput 28. libri XI. haec addit: Nunc ergo fratres, qui voluerit nomen habere sacerdotis imprimis propter Deum cogitet ut discat ea quae ei necessaria sunt antequam manus episcopi caput ejus tangat; id est psalterium, lectionarium cum evangeliis, librum sacramentorum, baptisterium et computum cum ciclo et cum commendationibus animarum. Martyrologium, omelias per circulum anni plebibus praedicandas, illud enim est simpliciorum, quara si unum supradictorum defuerit, sacerdotis nomen in eo non stabit. Ad haec autem unum penitentialem, qui et secundum canonum auctoritatem et juxta sententias trium penitentialium Theodori episcopi et romanorum pontificum et Bedae ordinetur. Sed in penitentiali Bedae plura inveniuntur utilia. Plura autem inveniuntur ab aliis inserta, quae nec canonibus, nec aliis poenitentialibus conveniunt. Sapiens autem medicus excipiat quaeque meliora, ut discretiones omnium causarum investigare possit, sine quibus rectum judicium non potest stare, quare scriptum est: in nulla re appareas indiscretus quid ubi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in una eademque libra pensandum est, licet in uno constringantur vitio, sed discretio sit inter unum quidque eorum, hoc est inter divitem et pauperem, inter liberum et servum, infantem, puerum, juvenem,

At enim cum satis probaverimus, nostram collectionem ex ea, quae Anselmo inscribitur, desumptam esse, videndum nunc est, utrum Burchardus nostra collectione usus sit, an potius collectio haec nostra tum burchardiani decreti tum collectionis Anselmo dedicatae adjumentis fuerit elaborata. Si secundam propugnare sententiam aggrederemur, simul etiam affirmare deberemus auctorem nostrum Burchardi opus ad suum fontem, collectionem nempe Anselmo dedicatam, reducere voluisse, cum jam alias priusquam vaticana haec nostra collectio nobis innotesceret, probaverimus, Burchardum decretum suum praecipue ex collectione Anselmo dedicata desumpsisse [8]).

Verumtamen haec sententia minime probanda nobis videtur; quare satius duximus, ea breviter exponere, quae nos ad amplectendam contrariam sententiam inducunt quaeque demonstrant, Burchardum sola nostra collectione ad compilandum decretum usum fuisse.

Nihil sane certi affirmare possumus si ad solum nexum attendimus, qui Burchardi decretum inter ac nostram collectionem intercedit. Quidquid enim sit nemo ex hac licet maxima similitudine 9) at-

---

edolescentem, ectate senem, hebetem, gnerum, laieum, elericum, monechum, episcopum, presbyterum, diaconum, subdiaconum, lectorem in gredu conjugatum vel sine conjugio, peregrinum indigenam, virginem, viduam, canonicam, monecham, debilem, infirmum, sanum fornicantem cum enimelibus vel hominibus contra naturam, continentem vel incontinentem, voluntate necessite vel casu seu in publico peccantem vel in ebscondito et queli compunctione haec omnia emendet, ut et loca et tempore penitendi discernat. Haec omnia de canonibus et de sanctorum patrum seotentiis at de Hieronymo, de Augustino, Gregorio, Theodoro, Beda et ex penitentiali romano vere collegimus et ut nulli necesse sit perire seientibus et intelligentibus enimarum medicis haec temporanda commisimus. In Jesu filii Syrach dicitur; in judieando esto misericors, pupillis ut pater. Item s. Jacobus ait: judicium sine misericordia erit illi qoi non facit misericordiem, super exaltet autem misericordiam judicium. Et s. Augustinus dicit de illis qui veram penitentiem faciunt, in jejunio et fletu, in elemosinis et orationibus et ut perpetrate iterum non feciant et si fecerint tamen non perseverent io eis quare dominus dixit: malum cogitasti ignovi, melum dixisti ignovi, malum fecisti ignovi; perseverare in melo, non ignosco, ergo qui persaverant in malo, non ignosca sed judice, districtum judicium secundum canones et juxta instituta majorum ut caeteri timorem habeant.

8) Vide in hac dissertationum syllage Dissert. III. cap. 1. §. 4. p. 140–152.

9) Ut brevitati consulamus, ea quae diximus in quibusdam libri 9. 10 et 11 collectionis nostree capitulis demonstrabimus, quibus capitula a Burchardo inde mutuata adseripsimus, videlicet: Cod. Palat. Lib. IX. cap. 6–20. Burch. I. 44. 45. 53 46. 48. 49–52. 54–55. – C. P. IX. C. 25. 26 et 29 Burch. III. 126. 127 et 139 C. P. IX. 36–42. 44–46. 48–52. 94–99. 102 105–110. 112. 115. 117–121. 124. 125. 127. 138. 140. 142. 143. Burch. I. 59. 63. 149. 154. 221. 169. 132. 145–147. 170. 150. 176 222. 131. 152. 161. 162. 181. 156. 160. 180. 174. 145. 141. 140. 148. 144. 175. 179. 112–115. 107. 199. 200. 184. 196–198. 193. 232. Cod. P. IX. cap. 165. 166. 171. Burch. II. 181. 183. 179. C. P. IX. cap. 177. 180 181. 182–187. Burch. XIX. 150. 82. 74. 48 52. 53. 55. 78. 79. 80. C. P. IX. cap. 191. 194. 195. Burch. XV. 11. 6. et 7.

que ex aliis argumentis, quae afferre generatim possent judicare audebit, quae nam ex istis collectionibus alteram praecedat. Attamen nostram sententiam comprobare non dubitamus, si prius investigaverimus undenam collectionis vaticanae auctor illos conciliorum tum germanicorum tum gallicorum canones, quibus abundat, nec non alia hujusmodi ecclesiastica documenta deprompserit, cum ea in collectione Anselmo dedicata minime inveniantur. Neque dicas Burchardum, qui Wormatiae in Germania episcopus fuit, melius quam ignotum nostrae collectionis auctorem et cognoscere debuisse, et revera cognovisse hujsmodi Galliae ac Germaniae monumenta, et idcirco ipsius collectionem necessario ante nostram confectam esse. Etenim, quod facillime probari potest, auctor noster plura quam Burchardus ejusmodi documenta cognovisse dicendus est. Primo siquidem in ipsius opere conciliorum germanicorum et gallicorum canones multo frequentiores occurrunt quam in Burchardi decreto; plura etiam alia habet documenta, e. g. epistolas Bonifacii ad Zachariam, Alcuini ad Carolum magnum, et Caroli ad Alcuinum nec non Rhabani Mauri, quae in decreto desiderantur. Quodque magis nostram sententiam confirmat illud est, quod collector noster corundem conciliorum, qui in decreto occurrunt, plures habeat canones, quam ipse Burchardus.

Brevitatis gratia aliquot tantummodo conciliorum canones hic adnotabimus, quas non solum Burchardus, et alii tum anteriores tum posteriores canonum collectores reliquerunt, sed quos neque in notis eorundem conciliorum actis invenire hactenus potuimus. Id animadvertimus in canonibus nonnullis qui ex conciliis Teodonisvillae anno 835 et Wormatiae anno 668 [10],

---

Cod. Palat. Lib. X. cap. 173–175. 177–179. Burch. X. 42–47.

Cod. Palat. Lib. XI. cap. 1–3. 7–11. 13. 15–17. 22. 23. 29–35. 37–55. 57. 58. 60. 61. 65. Burch. XIX. 1. 26. 144. 33. 59. 35. 30. 27. 37. 34. 107 108. 28. 29. 96. 97. 98. 99. 153. 122. 159. 127. 117. 109. 110. 118. 123. 128. 39. 41 121. 62. 64. 60. 32. 38. 146. 158; 57. 66–67. 143. 63. 95. 248. 105.

10) Canon hic, quam in appendice sub. num. I. dabimus, tum ob ejus argumentum, tum praecipue ob episcopos, quos refert, nulli alio quam concilio Theodonisvillae anno 835. celebrato attribui potest. Veteres quidem annalistae, quos Eckhard (rerum francicar lib. XXIX. § 34. et 35. T. II. p. 280—282. Wurzeburgi 1729. in fol.) et Harzhemius (concilia germanica T. II. p. 62.) affert, narrant, in hoc concilio quadraginta duo archiepiscopos et episcopos intervenisse, dum canon noster eorum triginta duo tantum numeret. Ast facillime evenire potuit, ut librarius latinis numeris utens per errorem X. omiserit et loco XXXXII. scripserit XXXII. Concilii Wor-

Coloniae anno 887 [11]), Althemii anno 916 [12]), et Confluentibus anno 922 [13]) habitis desumpti, et nostrae collectioni inserti sunt; iidem tamen canones apud Burchardum, qui alios eorundem conciliorum canones in decretum receperat minime inveniuntur, paritérque in actis desunt. Quod similiter de aliis quoque conciliis factum esse facile probare possemus, si ad ea examinanda tempus suppetisset.

Hinc vero satis aperte constat, minime fieri potuisse, ut collector noster hujusmodi canones ex Burchardi opere desumpserit, caeterosque addiderit, quos ille reliquerat. Tunc enim probabiliter omnes horum conciliorum canones recepisset, quod tamen non fecit, ut ex subjectis notis patet. Multo vero similius videtur, Burchardum sui operis argumentum ex nostra collectione mutuasse, atque inter alia multa etiam illos canones omisisse.

Dein ipsa haec concilia in Germania et in Gallia habita in nostra collectione aliis iisque magis completis inscriptionibus exhibentur, quam apud Burchardum: unde sequitur illa ex ipsis eorumdem actis deprompta esse [14]). Denique auctor plurimos canones

---

matiensis canones, quos in appendice num. II. dabimus, non nisi concilio ibidem anno 868 celebrato convenire posse credimus

11) Hunc canonem (App. num III.) nonnisi concilio Coloniae a. 887. habito tribui posse censuimus. Harzheim. Concil. Germaniae. T. II. p. 365.

12) Burchardus hujus concilii canones 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 27, 38. ex nostra collectione mutuatus est, qui in decreto extant: Lib. I. 3. et 162; II. 234. IX. 74. 78. XI. 69. 70. 71. 72. Collectio nostra ex eodem concilio habet canonem. 16. (App. n. IV.). Hartzheim l. c. T. II. p. 588–591. Hic canon refertur ad celebre *juramentum Leonis*, quod in nostra collectione in capitulo antecedenti habetur. Lib. IX. c. 140. Burchardus illud juramentum ex nostra collectione sine ulla mutatione recepit. Lib. I. cap. 198, concilii vero Althemensis canonem, qui idem juramentum respicit penitus reliquit.

13) Eodem modo Burchardus lib. III. 141. 239. VI. 40. VII. 30. IX. 340. capitula 1. 5. 6 7. et 8. concilii apud confluentes celebrati affert. In nostra collectione praeter haec duodecimum etiam ejusdem concilii caput extat. (App. num. V.) Patet inde quam multa ex antiquis canonum collectionibus pro emendandis conciliorum actis erui possint.

14) Unum exemplum sufficiat. In lib. II. cap. 215. auctor hoc caput ita inscripsit: » Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCC. XVII. imperii vero principis Hludovici quarto Id. Jul. cum in domo aquis palacii quae adlateranis dicitur, cum qua plurimis residissent monachis abbates, haec quae sequuntur capitula communi concilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverant. » Eandem inscriptionem habet canon in hujus concilii actis apud Hartzhemium. Capitulum 137 libri noni hanc inscriptionem habet: » De Synodo quae habita est ad Suessionis civitatem in monasterio S. Medardi confessoris in praesentia domini Karoli et Hincmari rhemensis ecclesiae archiepiscopi et aliorum episcoporum. Capitulum ex actis concilii suessionensis excerptum est. Mansi Collect. Concil. ampliss. T. XIV. p. 984–988. Auctor Floduardi (mort. 966) Histor. eccles. remens. lib. III. cap. 11. p. 122. (inter opera Jacobi Sirmondi S. I. T. IV. P. 2. Venetiis 1728. in fol.) prae oculis habuisse videtur.

ex concilio Ticini celebrato affert quorum nullum alibi vestigium invenimus.

Alia praeterea res minime praetereunda videtur, quae nostrae sententiae aliquid ponderis addere potest. Nostrae etenim collectionis auctor lib. II. capite 184 et 185, duas habet litteras, quas vocant *formatas*, quarum altera notam illam Acacii, altera vero illam Dadonis episcopi verdunensis anni 906 exhibet. Regino easdem litteras et quidem in eodem ordine et in eadem forma suo operi inseruit; unde satis superque evincimus, auctorem nostrum, licet Dadonis epistolam paululum immutaverit [15]), ambas ex Reginone arripuisse. Praeter alias mutationes, quae nullius omnino momenti sunt, tum diem, quo littera data fuit, tum nomina, quae in hac Dadonis epistola inveniuntur, omisit. Burchardus vero, qui ambas litteras ex nostra collectione cum eisdem mutationibus in suam recepit [16]), ea quae deerant restituit, et nomina tum suum tum sacerdotis, ac diem etiam inseruit, scilicet: *Data Wormatiae, Idibus Martii anno dom. incarn. MXII. indictione X.* Incipit vero formata haec in nostra collectione, hoc modo: *In nomine patris.* Π. *et filii v. et spiritus Sancti. α etc. N. episcopo. N. ego sanctae N. ecclesiae devotus gregis Christi, in Deo vero Summae felicitatis beatitudinem . . . . . . Ego, inquam, N. humilis episcopus . , . . . absolvo N. de civitate N. et licentiam . . . . .* Argumentum dein et finis uti apud Burchardum: *Fraternitatem vestram Christus nobis incolumen conservet*. Simili modo auctor noster libro II. c. 27. *instrumentum libertatis* tamquam concilii rhemensis appendicem affert, quod itidem ex Reginonis opere deprompsisse videtur [17]), qui unde illud desumpserit minime significat, et sub inscriptione: *exemplar libertatis* suae collectioni inseruit. Burchardus idem recipiendo, inscriptionem: *ex rhemensis cap.* 1. addidit, nec non suum ac sacerdotis nomen inseruit, manumissionis vero diem omisit [18]).

Quibus omnibus et singulis rite consideratis nullum superest dubium, quin Burchardus ipsam nostram collectionem, minime ve-

---

15) De ecclesiasticis disciplinis lib. I. cap. 437 et 439.
16) Decret. II. lib. II. cap. 227.
17) Loc. cit. lib. I. cap. 401.
18) Decret. lib. II. cap. 26.

ro illam, quae Anselmo dedicata est, in adornando suo decreto adierit. Quod si decreti burchardiani titulorum rubricas, quas fratres Ballerinii publici juris fecerunt, cum nostrae collectionis librorum rubricis conferimus, apertum fit Burchardum has ultimas prae oculis habuisse, atque aliud nihil fecisse, quam ut eas ampliaret, et quodammodo divideret. Denique ipsa quoque collectionis nostrae copia atque amplitudo sententiam quam supra exposuimus confirmare videntur. Burchardus enim in viginti illis decreti sui libris 1779 tantummodo capitula habet, noster vero auctor eorum 2054 complectitur.

Quae igitur in alia nostra dissertatione, quam de Ivonis decreto adornavimus de nexu, qui Burchardum inter et collectionem Anselmo dedicatam deprehenditur, protulimus [19]), ad nostram potius, quam ad illam collectionem applicari debent.

Ceterum nostrae collectionis ope ea quoque explicare possumus, quae doctissimus Pseudo-Ivonis decreti editor Joannes Molinaeus de Burchardi opere refert [20]). Ipse enim eam, pace sua dixerim, peregrinam nimium ac minime verosimilem sententiam profitetur, ut genuinum duodecim libris comprehensum Burchardi opus ignotum adhuc, illudque, quod suo nomine pervulgatum est, genuini operis nonnisi epitomen esse contendat. Reisachius in dissertatione, quam de jure civili romano in canonum collectionibus contento ex Savignii juris romani historia excerpsit, nostrisque dissertationibus in hac editione adjecit [21]) inde Molinaeum in errorem inductum, ac decretum genuinum Burchardi opus esse negavisse arbitratur, quod nexum animadvertens, quem nos in dissertatione de Ivonis decreto, Burchardi decretum inter et collectionem Anselmo dedicatam intercedere demonstra-

19) Vid. annot. 8. hujus capitis.

20) Verba Molinaei haec sunt: « In quo texendo conglutinandoque imitatus secutusque fere » est κατὰ πόδας, Burchardum wormatiensem, qui primus universam pontificii juris artem, ele» gantissima methodo, singula in suas classes sedesque comportans, duodecim libris tomisve fue» rat complexus; – utique duodecim, siquidem quod in lucam prodiit opusculum hujus nomine, » nihil est quam authoris quem praefert epitome, quae licet numero libellorum, (quod mireris) » superet archetypum: tamen sui amplitudine ac mole vix sextam illius portionem attingit, cum » quo nihilo rectius hac ex parte comparari potest, quam Panormia cum Decreto Ivonis ». Quam falsa sint ea, quae Molinaeus hic de nexu Panormiam inter et Pseudo-Ivonis Decretum asserit, jam alias demonstravimus. Vide Dissert. III. Cap. II.

21) In hac nostra Dissertationum Sylloga Dissert. IV. c. 3. §. 6. annotat. 47. pag. 249.

vimus, falso putaverit, hanc ultimam collectionem potius quam decretum Burchardo tribuendam esse. Nos quoque hanc Reisachii opinionem lubentissime sequuti sumus, atque Molinaeum de nulla alia quam de collectione Anselmo dedicata locutum fuisse duximus. Tunc enim nec nobis nec illi collectio nostra vaticana paulo ante illustrata innotuerat, quam ubi diligentius examinavimus ambo a priori sententia recedendum, atque ea, quae Molinaeus de collectione illa duodecim libris comprehensa habet, de vaticana potius quam de Anselmo dedicata intelligenda omnino esse pro certo habuimus. Cum vero Molinaeus Burchardi decretum ne sextam quidem illius collectionis partem amplecti dicat, illum in numerandis ejusdem collectionis capitulis deceptum fuisse arbitramur, maxime quod facillime fieri potuerit, ut codex splendidius exaratus ipsum amplitudine sua in errorem induxerit. Ceterum maxime dolendum est, quod Molinaeus promissis non steterit, atque illam collectionem ineditam reliquerit.

Quod ad tempus spectat, quo collectio vaticana adornata est, nihil certi afferre possumus. Tamen paulo post Reginonem circa medium nempe saeculum decimum confecta videtur, cum multa ex Reginonis opere excerpta in illa occurrant, ac nulla in eadem inveniantur documente quae canonibus quibusdam ex concilio erfurdiensi anno 932 habito [22]) deprompti recentiora sint.

Auctor pariter ignotus est; attamen cum tam multa ibi habeantur documenta quae Germaniae et Galliae ecclesias respiciunt, minime a vero nos aberrare putamus, si illum Germanum aut Franco-Gallum fuisse affirmamus. Primum inde etiam confirmare possemus, quod codex ipse in Germania exaratus sit; ex bibliotheca enim palatina heidelbergensi in vaticanam translatus est. Alterum quod attinet non injucundum forsan lectoribus erit, si opinionem, quam ex quadam Silvestri P.II. (999-1003.) littera decretali hactenus inedita [23]) et a nobis in codice vaticano num. 1063. fol.207, qui Anselmi Lucen-

22) Nostrae collectionis lib. VI. cap. 12. hujus concilii secundum canonem exhibet. Idem canon apud Burchardum (Lib. XIII. c. 21.) apud Pseudo-Ivonem (Decret. P. III. c. 33.) et apud Gratianum (c. 15. q. 4. c. 2.) invenitur.

23) Silvestri decretalem hic referendam esse censuimus, cum etsi forsitan de alia quam de nostra collectione intelligi debeat, antiquitatis tamen studiosis eam cognovissa jucundum esse putavimus. Decretalis vero verba haec sunt:

edidit, quod res ecclesiasticas pro temporum conditione ordinabat. Episcopi vero simul congregati ejusmodi capitularia aut sua auctoritate confirmare, aut regiis legibus proprias ejusdem fere semper tenoris adjicere consueverunt. Jam si capitula illa viginti quos Carolus in memorato concilio edidit, cum nostris canonibus conferimus, maximam inter utraque similitudinem atque affinitatem intercedere deprehendimus, canones tamen verbis concepti sunt, quae magis rebus ecclesiasticis atque italicae ecclesiae necessitatibus ac conditioni conveniunt, dum contra in Caroli Calvi capitulari verbis generalioribus de ecclesiae rebus disseratur. Praeterea ideo lubenter huic ticinensi concilio canones nostros attribuimus, quia illud hactenus nonnisi ex mancis concilii pontiniacensis in Gallia [25]) eodem anno habiti actis cognovimus, ubi capitulare a Carolo in synodo ticinensi editum a clero gallicano denuo confirmatum est.

---

25) Baluzius ticinensis concilii acta primus edidit: Celebris J. A. Saxius ambrosianae bibliothecae Mediolani custos, acta hujus concilii integra invenit, eaque ex codice antiquo illustravit: quem laborem Muratorio tradidit, qui illum suae collectioni inseruit: Script. rerum italicarum T. II. P. 2. p. 143–158. Coletius Collect. concil. T. XI. p. 279–295. et pag. 1473–1486. et Mansi Collect. ampliss. concilior., T. XVI. p. 317–330. et T. XVII. p. 307–319. eadem in suas collectiones receperunt.



I.

Lib. VII. cap. 1.

Ex concilio apud Theodonis villam habito.

C A P. I.

De homicidiis et calumniis episcoporum et reliquorum ordinum.

In concilio apud Theodonis villam ubi interfuerunt XXXII. episcopi. Aistolfus moguntiensis archiepiscopus cum suis suffraganeis. Hetti traverensis archiepiscopus cum suis suffraganeis. Ebo rhemensis archiepiscopus cum suis suffragenais, cum nuntii reliquorum episcoporum Galliae et Germaniae ob nimiam praesumptionem quorumdam tyrannorum in sacerdotes domini bacchantium et propter factum, quod in Uuasconia noviter acciderit de episcopo *Joanne* inhoneste at inaudite *mordidato*, decratum est ut communi consensu et humili davotione supplicaretur auribus principis, si suae pietati complaceret, ut calumnia in sacerdotes Christi peracta juxta synodalia determinaretur planitar statuta, hoc idem episcoporum judicio placerat, si ex toto secundum potestatem ipsorum posset diffiniri, id est ut canonica ferirentur sententia hi videlicet qui timorem domini postponentes in ministros suos crassara praesumerent. Si vero pietati illius complacerat juxta capitula regum praecedentium, ubi eorum provisio misericorditer in offansis pecuniae quantitatem interposuit. Pro consolatione sanctae ecclesiae (pro levigatione sanctae penitentiae) placuit, nt praefataa res per pacuniam ab imperatoribus, sacerdotibus ad defensionem concessam, et per penitentium daterminarentur episcoporum judicio, si piatas illius collaudare voluerit, sio diffiniri eis complacere.

Si quis subdiaconus calumniatus fuerit, vulneraverit val dabilitaverit et convaluerit, quinque quadragesimas sina subditis annis peniteat et CCC solidos cum sua compositione et episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis peniteat et CCCC solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

Si diaconum calumniatus fuerit et convaluerit, sex quadragesimas sine subditis annis peniteat et CCCC solidos cum compositione sua et episcopalibus bannis episcopo componat. Si mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis peniteat et DC solidos cum tripla sua compositione at episcopalibus bannis triplicibus apiscopo componat.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit et *spassaverit*, septam quadragesimas sine subditis annis peniteat et DC. solidos cum triplici sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus componat. Si autem mortuus fuarit, decem annorum poenitentiam secundum canones ei componatur at DCCCC solidos cum triplici compositione sua et apiscopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

Si quis vero episcopo insidias posuerit, comprehenderit, val in aliquo dehonestaverit, decem quadragasimas cum subditis annis peniteat et presbyteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu et non sponte occiditur, cum comprovincialium episcoporum consilio homicida peniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, non comedat carnem, vinum non

bibat cunctis diebus vitae suae, cingulum militare deponat, absque spo conjugii in perpetuum maneat.

Aistolfus moguntiensis archiepiscopus dixit: si principibus placuerit aliisque suis fidelibus, rogemus, ut collaudetur et subscribatur. Et collaudatum est et subscriptum tam a principe quam a ceteris omnibus.

II.

CANONES CONCILII WORMATIENSIS

Lib. I. cap. 113.

CAP. LXXVIII.

Ut fideles laici symbolum et orationem dominicam discant.

Commonendi sunt fideles laici, ut generaliter omnes a minimo usque ad maximum, orationem dominicam et symbolum discant. Et dicendum est eis quod in his duobus sententiis omne fidei christianae fundamentum incumbit, et nisi quis has duas sententias memoriter tenuerit, et ex toto corde crediderit, et in oratione saepissime frequentaverit, catholicus esse non poterit. Constitutum namque est, ut nullus chrysmetur, nullus baptizetur, neque e lavacro fontis alium suscipiat, neque coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat, nisi symbolum et orationem dominicam memoriter tenuerit, exceptis his quos ad loquendum aetas minime perduxit.

Lib. I. cap. 125.

CAP. LXX.

Ut nullus presbyter alterius plebesanum se nolente suscipiat.

Nullus presbyter fidelibus sanctae dei ecclesiae populis de alterius presbyteri parochia persuadeat, ut ad suam ecclesiam concurrant, relicta propria ecclesia, ut suas decimas ibi dent, sed unus sua ecclesia et populo contentus, quod sibi non vult fieri alteri non faciat, juxta illud evangelium, quaecumque vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis. Quisquis autem contra haec statuta venerit, et his monitis nostris reniti temptaverit, aut gradum se sciat amissurum, aut in carcere longo tempore detinendum.

Lib III. cap. 51.

CAP. LVIIII.

Admonitio de operatione manuum.

Sed etsi quando a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia ociositas inimica est animae; et antiquus hostis, quem a lectione sive oratione sive ab operatione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per usum itaque lectionis discitis qualiter et vos vivatis et

alios doceatis. Per usum orationis vobis et his quibus in caritate conjuncti estis, prodesse valebitis. Per manuum operationem et corporis macerationem et victus alimenta acquiretis et vestris necessitatibus subvenietis, et habebitis quod necessitatem pacientibus porrigatis.

Lib. IV. cap. 86.

Ut incensum in thuribulis habeant presbyteri tempore missae.

Ut omnis presbyter turibulum et incensum habeat tempore missae, quo evangelium legitur, et finito offertorio super oblationem incensum videlicet, ut in morte redemptoris incensum ponat.

Lib. IV. cap. 126.

Sancitum est atque omnibus modis prohibitum, ut si quis presbyter praeventus fuerit, alicui clerico aut laico munera dare, aut dedisse, aut aliquam pecuniam tribuere, ut alterius presbyteri ecclesiam surripiat, pro hac cupiditate vel rapina turpis lucri gratia dejiciatur a clero, et alienus existat a regula. Nam si misericordia episcopo placuerit, longo tempore eum penitendo quae gessit in carceris aerumna recludere, et usque ad satisfactionem ibi detinere et postea si sese correxerit, et talia deinceps minime facturum promiserit, humanius erga eum agere potuerit si voluerit.

Lib. V. cap. 49.

De exorcismo ad catecumenum faciendum.

Exorcismos et orationes ad catecumenum faciendum, ad fontem quoque consecrandum et caeteras preces super masculos et feminas, pluraliter atque singulariter, distincte et rationabiliter memoriae commendant, similiter et ordinem baptizandi ad succurrendum infirmis. Et qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeant, et similiter ad corporale lavandum, et ad pallas altaris propria vasa habeant, in quibus nihil aliud fiat.

Lib. V. cap. 55.

Annuntient presbyteri, ut neque viri neque feminae de sacro fonte filiolas vel filiolos suscipiant, nisi memoriter symbolum et orationem dominicam tenuerint. Constitutum namque est, ut nullus baptizetur, nullus chrismetur, neque a lavacro fontis aliquem suscipiat, neque coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat, nisi symbolum et orationem dominicam tenuerit, exceptis his quos ad loquendum aetas minima produxit.

Lib VI. cap. 83.

De poenitentia pro homicidiis vel aliis delictis danda.

Si quis pro homicidio commisso sponte aut invitus, aut casu, sive adulterio, perjurio,

sacrilegio, raptu, aut infantium oppressione, vel criminali peccato ad nos poenitentiam suscepturus accesserit, oportet nos in primis rei veritatem ad liquidum interrogando discutere, deinde si fidem rectam et christianam credulitatem fideliter pronuntiet, id est pater noster, et credo in dominum patrem omnipotentem, quam statim coram nobis memoriter canere compellatur, et si talis persona est, quae non intelligat, neque etiam bene illam memoriter teneat, exponamus illi prout tunc necesse est, et ut melius nobis statuto die reddat praecipiamus. Praeterea studiose perscrutandum, si in diversis erroribus sit implicitus, sicut quidam incredulì, *lapidem, lucos, arbores et hujusmodi vanitates relicta ecclesia venerantur, et vanissimam fantasiae deceptionis illusionem in somniis observant.* Inquirendum etiam ab eo si velit pro Christi amore omnem iracundiam dimittere illi qui inimicus est, aut si habeat quis aliquid adversus eum inde reconciliari debeat, sicut in evangelio dominus docet: Si offeres munus tuum ad altare et reliqua, et alibi ait: Sic et pater faciat vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et deo cotidie dicimus in oratione, dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et si de aliis vitiis quantum ei deus dederit posse deinceps se emendaturum promiserit, tunc omni devotione ante absidam suscipi debet ad poenitentiam. Dicendum namque est illi quod pro homicidio sponte et odii meditatione perpetrato VII. annorum poenitentiam suscipiet Pro homicidio non sponte commisso V. annos poenitere debeat. Pro adulterio, si saepius et in consuetudine habet, ut eum alterius uxore adulteret, VII, annos; si semel tantum pro ebrietate, et ad penitentiam recurrerit, V. annos, si pro virium voluntate VII., si pro vita redimenda, aut nesciens V. annos,

Pro sacrilegio quod sola illius prava adinventione in ecclesia in rebus ecclesiasticis fecerit, aut confugientem in ecclesiam si extraxerit, aut homicidium aut adulterium in ea perpetraverit, quod duplex malum est et dupliciter puniri debet, aut ecclesiam igne cremaverit VII annos poeniteat. Si hujus periculi nescius, vel aliqua necessitate coactus in tale quod inciderit V. annos. Pro raptu qui ceteros ad tale scelus adduxerit VII annos; sequaces V annos. Pro infantum oppressione, qui sciens et per incuriam in hanc negligentiam devenerit, VII annos, qui ignoranter et casu V annos. Ubicunque autem de talibus altercatio fit aut dubietas, *judicio igniti ferri* examinatur. Uno namque modo sicut de viris ita de feminis agatur. Primos etenim XL dies in *pane* et *aqua* et *sale* jejunent. Si autem videmus corpus imbecille, concedamus eis tres dies in ebdomada aut legumine aut orto sustententur, secundos dies, lunae die, mercurii die et veneris in pane et aqua et sale. Die autem martis, jovis, et sabbatho legumine aut orto utatur, et semel in ipsis diebus de *cerevisia* bibat. Die autem dominico excepto vino et carne, quicquid ei deus dederit, utatur. Sic per totum annum facere debet usque ad septimum vel quintum prout scelus est, et sacerdos viderit contritionem cordis ejus et studium. Ecclesiam non intrat, nec pacis osculum ulli porrigat. Stans ante fores ecclesiae ad missam, osculetur limina ostii. Nudis pedibus incedat, laneа vestimenta subtus induat, balnea penitus dimittat, capillos non scindat, arma deponat, nullo vehiculo deducatur nisi propriis pedibus; cum sua uxore, nec cum ulla femina dum est in poenitentia dormiat, neque cum aliquo homine. Si est in juvenili aetate uxoratus, et se non valet continere melius videtur ut sua uxore utatur quam in voraginem vitiorum incidat. Hoc secundum indulgentiam non secundum imperium; carnem non manducet, nec vinum bibat, ut supradictum est, sale, et pane et aqua tantum contentus sit, id ipsum quod manducat, non cum aliis communiter sumere debet, sed seorsum considere. Et quod illi remanet de ipso cibo, aut sibi reservet, aut cani projiciat. Si helemosinam pro se facere desiderat, hoc alius pro illo facere debet; ecclesias orationis causa frequentet, dissensiones, contentiones, odia, invidiam, cetera vitia devitet secundum suam possibilitatem, nec illius

damnum consiliari aut meditari, nec etiam ullum negotium ei exercere convenit, quia inter e mentis vendentisque commercium solet intervenire peccatum. Si enim pro *faida* se dicit non posse suam poenitentiam observare, longius evagetur, et eliget sibi locum congruum et quietum ub i securus de salute suae animae agat donec episcopus suos insidiatores coherceat ne poenitentem illum inquietare praesumant. Nihil enim homo cuimee suae praeponere debet, sicut in avangelio: Quam dabit homo commutationem pro anima sue? Caro enim laeta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Viaticum anteqam epi copus eum reconciliet, nullatenus contingat, nisi forte in ultimis positus sit.

Lib. VIII. cap. 5.

De uxoribus legitime acquisitis.

Nulla est uxoris electio, qualiscunque evenerit habenda est et ferenda. Considerandum est quod celestis bibliothecae cultor Hieronymus dicat: grave, inquit, pondus uxoris est, si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim? si temulenta fuerit, si iracunda, si moribus pravis, si luxuriosa, si gulosa, si fatua, si deformis, si superba, si vaga, si foetida, si jurgatrix, et maledica tenenda arit, at hujusmodi volumus aut nolumus sustinenda. Summo namque studio unusquisque legitimam uxorem tanquam propriam carnem fovere ac diligere debet, et ne illam a se ullo pacto separari consentiat. Unde si mulier vult irrationabiliter a viro discedere, corripiat immo corrigat eam, et a tali intentione per omnia studeat revocare. Iam vero si amore pudicitiae separationem quaerit, et canjugalis connubii solutionem efflagitat, certum est, apostolo praedicante, quoniam sui corporis potestatem non habet femina sed vir. Verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vult, tantum ne simulate fiat, concedendum est. Nam licet scriptum sit, quod deus conjunxit homo non separet, deus tamen et non homo separat, quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo velt, grato permittendum est enimo, celeremque praebere assensum. Aliter autem fieri mutuam separationem omnimodis prohibendum. Quod sanctus Papa Gragorius exponit dicens: si igitur vir et uxor una caro sunt, at religionis causa vir dimittit uxorem vel mulierculam hoc mundo remanantem, val fortasse ad illicita migrantem, quae est ista conversio in qua una eademque caro ax parte transit ad continentiam, et ex parte transit ad incontinentiam et ax parte remanet in pollutione. Si vero utrisque conveniat continentiam ducere, hoc quis audeat accusare quando certum est, quia omnipotens deus, qui minora concessit, majora non tribuit. Cum enim essemus liberi, voluntate nos subjicimus servituti, et re vera, ut verbis utamini apostoli: alligatus es uxori, noli quaerere solutionem; solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem.

Lib. VIII. cap. 74.

Ut presbyter ab incastuosis signum non accipiat ut eorum scetera reticaat.

CAP. XCV.

Ut nullus praesbyter signum vel quodcumque emolumentum temporale immo detrimentum spiritale a quocumque publico, vel incestuoso accipiat, ut nobis vel ministris nostris peccatum

illius reticeat, nec pro respectu cujuscumque personae aut consanguinitatis vel familiaritatis alicuis communicans peccatis hoc uobis vel ministris nostris innotescere detrectet, nec a quocumque poenitente, aut gratiam aut favorem aut munus suscipere praesumat, ut minus digne poenitentem ad reconciliationem adducat, et ei testimonium reconciliationis ferat, et quocumque livore alium quemlibet dignus poenitentem a reconciliatione removeat, quia hoc simoniacum et Deo, et bonis hominibus abominabile est.

Lib. VIII. Cap. 126.

Non licet dimittere uxorem nisi causa fornicationis, cogit retinere uxorem si causa fornicationis non fuerit. Si autem fuerit non cogit dimittere sed permittit sicut dicitur: non licet mulieri nubere alteri nisi mortuo viro; si ante viri mortem nupserit, rea erit, si post viri mortem nupserit non est rea: non enim jussa est nubere, sed permissa. Si ergo par forma est in isto jure conjugii inter virum et mulierem usque adeo ut non tantum de foemina idem apostolus dixerit: mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Similiter et vir non habet potestatem sui corporis sed foemina. Si ergo similis forma est, non oportet intelligi licere mulieri virum dimittere, sed causa fornicationis, sicut et viro.

Lib. X. cap. 103.

Nos autem a communione quemquam probibere non possumus, quamvis haec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut aliquo sive saeculari sive ecclesiastico judicio accusatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audet assumere ut cuique ipse sit accusator et judex? Non enim temere et quolibet modo, sed per judicium ab ecclesiae communione separandi sunt mali, ut si per judicium auferri non possunt, tolerentur potius velut palea cum tritico usque ad ultimum ventilabrum, vel pisces mali cum bonis usque ad segregationem, quae futura est in littore, haec est in fine saeculi.

Lib. XI. cap. 20.

De tribus suggestionibus diaboli.

Tres suggestiones diabolus in hominem mittit. Primum suggerit hominem, ut non suam faciat confessionem; secundo dicit, quod alii gravius peccaverunt quam tu, et diu vixerunt; tertio, tu pecca quia magna est clementia, et misericordia dei indulget tibi peccata tua, et per hanc securitatem ducit eum in infernum.

III.

EX CONVENTU HABITO IN VILLA QUAE DICITUR COLONIA

Ut laici contra decreta patrum in monasteriis in loco abbatum non dijudicent regimina animarum.

Perventum est siquidem ad nos quod auditu lugubre et dictu nefas horribile, ac nimis triste dinoscitur, quia contra omnem auctoritatem, contra patrum decreta, et totius christianae

religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum et levitarum ac ceterorum religiosorum virorum, ut domini ac magistri resideant, et velut abbates de illorum vita et conversatione decernant, eosque dijudicent, et regimina animarum, ac divina eis secundum regulam non solum sine praesentia, verum etiam et sine conscientia episcopi committant sacraria; et ita praesumptive doceent, qui noluerunt fieri discipuli veritatis, ut saltu inordinato magistri fiant erroris. Quod quam temerario ausu praesumptum sit, omnis scripturarum demonstrat auctoritas, adeo ut sicut scriptum est, nec in persecutione dominica, sine ministris pontificum, res publica ad comprehendeudum dominum, quanto magis ad ordinanda divina servitia auderent transmittere. Ait enim scriptura secundum Joannem: Judas autem cum accepisset cohortem et a pontificibus et phariseis ministros. Et item. Et adduxerunt Jesum ad Annam primum et inde ad Caipham pontificem, et post examinationem pontificis suscepit eum Pilatus. Vere enim ista abominatio desolationis, non solum religionis, sed etiam praesentis et perpetuae salutis. Et non solum subditorum et talium apocriforum rectorum, verum et regis et regni, atque primorum regni huic detestabili inordinationi fautorum, et quod adhuc habetur flebilius, quidam episcoporum e vicino sedentes, et juxta prophetam canes muti non valentes latrare, nec opponere murum pro domo Issael haec sentientes sileut et surda aure pertranseunt. Unde zelo divino accensi auctoritate Dei, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur, decernimus ut quidquid hujusmodi haetenus aetum est, saeerdotali ac regali rigore seu, dispositione cassetur et ad statum auctoritativum reducatur. Et talis abbas, qui pater latino nomine nunc dicitur, funditus removeatur. Et si quis hoc de cetero praesumpserit et admonitus a tali praesumptione se corrigere noluerit et idem et qui ei faverit vel consenserit, a corpore Christi et sanguine separetur. Qui autem de monachis per talem manum obedientiam regularem susceperit, culpae vindicta puniatur. Quod si post quispiam illorum praesumpserit, judicio Sancti Spiritus praesentis decreti auctoritate anathematizatur. Si autem monachus contemnens gradum ecclesiasticum habuerit, eo privetur. Et si gradum ecelesiastieum non habuerit, pane et aqua contentus ergastulo diebus XL. retrudatur et indebito ministerio adepto, ultionem canonicam qui quolibet saeculari potestate praedictum honorem ecclesiasticum vult obtinere, ex hoc decreto sustineat. Episcopi vero, qui hactenus tantam silentio consenserunt praesumptionis perniciem, durius arguantur. Et si deinceps istud sine vindicta dimiserint, aut in suis parochiis agere consenserint, tribus mensibus hoc synodali judicio a missarum solemniis se abstineant, et suae tantum ecclesiae cōmmunione contenti fiant.

N. IV.

DE SINODO APUD ALTHEIM ACTA.

Lib. IX. c. 42.

Quomodo episcopum quis appellet

Si quis erga episcopum vel auetores ecclesiae quamlibet querelam habere justam crediderit non prius primates aut alios adeat judices, quam ipsos a quibus laesum se aestimat conveniat familiariter.

Lib. IX. c. 141.

Ex concilio apud Altheum habit praesente Chuonrado rege. cap.

De purgatione episcoporum.

Statuimus propter Dei dilectionem et proximi, et fidelium honorem catholicorum, et praecipue ob multitudinem scandala eruenda et funditus exstirpenda, et perturbationes, quae noviter exortae sunt et oriuntur, nec non ut omnes sciant nos episcopos tales Dei misericordia nequaquam fuisse, quales dicimus exemplum sancto Leonis Papae, qui super quatuor evangelia jurans coram populo se purgavit, salva tamen auctoritate sequi et imitari canonica.

Lib. X. c. 39.

Ex eodem.

Multarum gentium ut fama est tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam suis regibus et dominis servare contemnunt, et ore nefario simulent juramenti professionem, dum retineant menta perfidiae impietatem. Jurant enim regibus suis, et fidem quam pollicentur praevaricant. Nec metuunt secundum volumen illud terribile judicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque poenarum comminatio super eos qui jurant in nomine Domini mendaciter, at ideo si placet omnibus qui adestis, hoc tertio reiterata sententia vestrae vocis eam consensu firmate. Ab universo clero et populo dictum est qui contra hanc vestram definitionem praesumpserit, anathema maranatha, hoc est perditio in adventu Domini sit, et cum Juda Scarioth et socii ejus. Amen.

Lib. X. c. 40.

Ex eodem.

(*B XII.* 21. *Ans. XI.* 61. — *Ps-Iv. XII.* 78 *C*, 22. *q.* 5. *c.* 19.)

Item s. Augustinus dicit. Si quis laicus per cupiditatem perjurat, totas res suas vendat, et distribuat pauperibus, et conversus in monasterio serviat Deo. Et si quis perjuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.

V.

DE CONCILIO APUD CONFLUENTIAM HABITO.

Lib. IV. c. 151.

Perlatum est quoque ad eandem sacram synodum quosdam saeculares irrationabiliter alliquibus presbyteris suas ecclesias commendasse: et pro libitu suo, cum voluerint auferre. Quocirca unanimiter confirmari convenit, ut nullus presbyter deinceps aliquem suscipiat ecclesiam, nisi in praesentia episcopi vel ejus vicariorum, nec laicus ullam potestatem eam conferendi sine judicio episcopi aut ejus archipresbyterorum. Si enim idem presbyter ratione justitiae praeventus fuerit, quod eam minus provide in ecclesiasticis procuraret officiis, auferatur ab eo. Sin autem indemnis laboris sui utatur commodo. Cum enim defunctus fuerit, nullum dominum

in substantiae illius possessionibus sibi ecclesiae dominus vindicet, sed duae partes in elemosinam pro ipsius largiantur anima. Tertia autem pars ecclesiae, cui servivit, profutura relinquatur. Si quis praeter haec fecerit ecclesiasticis correptionibus subjaceat.

VI.

CANONES NONNULLI CONCILII PAPIENSIS.

Lib. I. c. 187.

De chorepiscopis ut modum suum recognoscant.

Emersisse reprehensibilem et valde inolitum usum comperimus, quod quidam chorepiscopi ultra modum suum progredientes et donum s. Spiritus per impositionem manuum tradant et alia quaeque quae solis pontificibus debentur contra fas peragant, praesertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in ecclesia gerant, legatur donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradidisse quod solis episcopis eorumque successoribus proprii sit tradere Spiritum sanctum. Liber actuum apostolorum docet et in concilio neocaesariensi ita de chorepiscopis habetur scriptum: chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse, ut comministri autem propter studium, quod in pauperes exhibent, honorantur. Item in concilio antiocheno capite X.: qui in vicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint, tamen synodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subjectas sibi ecclesias, sanctoque moderamine curaque contenti sint.

Lib. II. c. 73.

De abbatibus canonicis, et regularibus et de abbatissis ut admoneantur ceteris bonum exemplum praebere.

De abbatibus canonicis, et regularibus, et de abbatissis, quae sanctimonialibus praeesse videntur, sive de laicis qui monasteria habent, illud tamen *pietatem vestram deposcimus, ut nunc in praesenti placito a vestra serenitate expresse admoneantur* ut de seipsis caeteris bonum exemplum praebeant, et religiose sicut decet conversentur. Et quod uniuscunque professioni inconveniens est et sacris canonibus prohibetur, omnino caveant et loca sibi a vobis concessa, deripere et destrui per negligentiam non dimittant, et congregationes sibi commissas sive spiritualiter sive temporaliter paterno affectu gubernare eisque necessaria stipendia administrare non negligant, ne forte per aliquam inopiam divina officia negligantur et ipsae congregationes inreligiosius vivere compellantur, et ut nostram admonitionem libenter audiant, benigne suscipiant et obedienter adimpleant. Quoniam si illi nostris admonitionibus paruerint, nos Deo auxiliante id per nostrum studium pro viribus efficere cupimus, ut ipsa religio semper in melius proficiat et merces nobiscum exinde crescat, nec non ex periculo quantum potest fieri caveatur animarum et ab auribus vestris amoveatur pro hac causa taedium quaerelarum.

Lib. II. c. 114.

CAP. LXII.

De eo ut intelligant pactum

De eo etiam instruendum fideles necessario providimus ut intelligant pactum quod cum Deo in baptismate fecerunt. Pactum, quod cum Deo in baptismate fit, a multis ex toto, a multis ex parte transgreditur. Ex toto quippe transgreditur, quando quis post acceptam baptismatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad haeresim, aut ad scisma progreditur. Ex parte vero, quando quis aut ad superbiam, aut ad invidiam, aut ad cetera vitia spiritalia labitur, quae ex radice superbiae prodeunt.

Lib. IV. c. 134

De presbyteris et eorum ecclesiis unde multa negliguntur

De presbyteris et eorum ecclesiis unde multa negliguntur et scandala generantur, in nostra discussione quatuor pericula apparuerunt. Primo quod nonnulli ex ipsis sacerdotibus quadam securitate accepta, nec ea quae ad divinum cultum pertinent faciunt, nec in restauratione et luminaribus ecclesiae studium habent, nec etjam senioribus suis debitam reverentiam exhibent, et insuper ecclesias suas expoliant et in praediola sua propria transferunt. Quae omnia ad negligentiam episcoporum pertinere deprehendimus. Ob id vero quadam occasione accepta seniores eorum permoti in audaciam prorumpunt, ut eos etiam illicite et inhoneste atque irraverenter tractare praesumant. Unde summopere omnibus nobis providendum statuimus, ut ea quae domino imperante cum consensu episcoporum ob honorem et amorem Dei ecclesiis concessa sunt, non in avaritiam presbyterorum et in rapacitatem episcopalium ministrorum cedant, sed in utilitatem ecclesiae et in usus clericorum et pauperum deveniant. Illud quoque non minus periculosum esse didicimus, quod in quorundam episcoporum parochiis quidam presbyteri contra dicta et interdicta sanctorum canonum feminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam sibi ministrare faciunt, quas et laqueum sacerdotibus extitisse et multos ad occasionem et in scandalum et detractionem corruisse cognovimus. Quae transgressio et tempore genitoris vestri et in conventu episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita et necdum ad perfectionem plene est perducta. Unde in commune censuimus, ut hii qui tantae transgressionis incorrectores extiterant hactenus, abhinc hujus rei correctores esse si neglexerint, juxta apostoli sententiam quasi consentientes malorum coherceantur.

Lib. V. cap. 47.

De eo quod est abrenuntiare diabolo.

Quid sit abrenuntiare diabolo, operibus et pompis ejus valde omnes fideles intelligere oportet. Quapropter oportet praedicatores in admonendo et auditores in discendo et opere complendo abhinc ad suum cavere studium, majus adhibeant studium. Abrenuntiare igitur diabolo est, penitus eum respuere, spernere, rejicere eique contradicere, seque unumquemque ab eo

alienare sive aliud quicquid hoc verbo vel hoc sensu exprimi potest. Opera ejus sunt quae utique operibus Salvatoris contraria existunt. Primum superbia, cujus auctor ille est et quae eum ex angelo daemonem facit, quae est initium omnis peccati, et cetera vitia, quae ex radice prodeunt superbiae. Pompa diaboli haec quae est et pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisque cujusvis rei superfluitas in humanis usibus, unde crescit elatio, quae multoties honestati solet ascribi et cetera hujusmodi quae de fonte superbiae noscuntur procedere. Haec et his similia, quae unusquisque fidelis tempore baptismatis a se rejicit Christoque se mancipavit pactumque cum Deo fecit ne penitus ad ea quibus abrenuntiavit rediret. Verum si jura humanae pactionis firmiter conservantur, fixius tamen atque securius jura tanti pacti, quae cum Deo facta sunt, immobiliter observanda.

Lib. V. c. 57.

Similiter et illi instruendi sunt qui parvulos de sacro fonte suscipere voluerint, ut intelligant et vim sacramenti, et quod pro aliis spoponderunt, vel pro quo fidejussores extiterant, illos tamen specialiter ab his officiis removendos esse judicamus, ne alius de sacro fonte baptismatis, nec ad suscipiendum sancti Spiritus donum aliorum patroni existant, qui communione canonica privati et poenitentiae publicae sint subacti, donec per poenitentiae satisfactionem reconciliationem mereantur. Quos enim lex divina et auctoritas canonica ab ecclesiarum liminibus et a castris militaribus, ne ruina sint populo, sequestrant, multo magis ab his sacris officiis, usque ad tempus penitentiae, ut jam dictum est.

Lib. VI. c. 89.

Admonitio ut sanguinis effusio in regno fieri non sinatur.

Iterum suppliciter admonendo vestrae suggerimus serenitati ut vestro solertissimo studio vestraque imperiali auctoritate temerariam christianorum sanguinis effusionem in regno vestro fieri non sinatis, semper illud attendantes quod dominus post diluvium dixit famulo suo Noe; de manu hominis et de manu viri et fratris ejus requiram animam hominis; quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo. Et in lege: qui occiderit hominem, morte morietur. Et apostolus: Nam principes non sunt timoris boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem bonum fac et habebis laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bono. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram et qui malum agit. De illo enim specialiter divina auctoritas dicit: gladium Dei portat ad vindictam malorum, non quolibet alio. E contra vero nescimus qua pernoxia inversione a nonnullis usurpatum est, ut hi qui nullo publico ministerio fulciuntur, per sua odia et diversissimas voluntates pessimasque indebitum sibi usurpant in judicandis proximis et interficiendis hominibus vindictae ministerium. Et quod rex saltem in uno exercere deberet per terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt per odium et putant sibi licere ab inimicitiarum vindictis, quod nolunt ut rex faciat per Dei vindictam.

Lib. VIII. c. 13.

De libero qui liberam habet uxorem si alicuius se subjecit servitio.

CAP. X.

Si quis liber homo uxorem habens liberam propter aliquod crimen aut debitum servitio alterius se subdit, eademque conjux manere voluerit cum ipso, ipsorum procreatio, quae a tali conjugio fit, libertatis statum non amittat. Si vero ea defuncta fuerit et secunda uxor etiam libera tali se sciens junxerit conjugio, liberi illorum servituti subdantur.



ANIMADVERSIO AD NOT. 10. CAP. PRAECED. pag. 314.

Praeter eos concilii wormatiensis canones, quos Burchardus operi suo inseruit, in nostra collectione scilicet Lib. X. c. 24. Lib. III. c. 181. Lib. VIII. cap. 118. Lib. VII. cap. 74. et Lib. I. cap. 128. alii canones nonnulli occurrunt, qui quamvis sub aliis numeris referantur, cum impressis 5. 20. 26. 28. et 40. (apud Hartzhemium T. II. p. 321. sq. at Mansi. T. XV. p. 866–886. concordant. Numerus canonum concilii nostri in vett. codd. Mss. multum inter se variat. In collectionibus conciliorum eorum passim LXXX recensetur, quorum nonnisi 45 priores Laurentius Surius synodo a. 868. habitae vindicandos, reliquos, qui sequuntur, aliis tum prioribus tum posterioribus synodis sub eodem episcopo Gunzone Wormatiae habitis adscribendos esse putat. Surius ad hanc sententiam amplectendam eo maxime permotus fuit, quod nonnulli horum posteriorum canonum ejusdem fare argumenti sint ac priores isti XLV. Quod vero saepius in conciliis horum temporum accidisse constat.– Mea vero opinio in eo versatur, ut canones qui a nobis primum hic proferuntur, nec non canones qui in collectionibus leguntur, variis omnino sub Gunzono synodis habitis adscribendos esse, at eos non ex ipsis synodorum actis sed ex quodam Gunzonis capitulari decerptos putaverim. Etenim mos horum temporum episcopis fuit, ut canones variarum synodorum ab ipsis habitarum in unum quasi corpus, *capitulare* vulgo dictum, in ecclesiae ac

cleri usum commodiorem redigerent. Capitularia Jonae et Theodulfi aurelianensium, Hetti trevirensis nec non Rodulfi bituricensis praesulum notissima sunt. Ad hanc sententiam amplectendam incitatus fui, quod in quodam vetustissimo cod. Mss. I. Leyseri, adnotante celeberr. Hartzheimio S. I. (Concilia Germaniae t. II. p. 320.) hujus concilii 165 canones recenseantur. Ipse auctor collectionis nostrae Lib. VIII. cap. 74. exhibet canonem hujus concilii XCV. inscriptum, unde certo certius patet canones synodi nostrae vel potius *capitularis* plures quam 45. vel 80. extitisse. Accedit porro alia ratio, quae non pauca ad meam sententiam roborandam facit. Auctor enim collectionis nostrae exhibet lib. V. cap. 20. canonem: *Ut si quilibet presbyterorum* ex concilio Wormatiensi inscriptum, qui vero ex concilio Nennetensi anni 900. desumptus est et inter canones hujus concilii decimus sextus deprehenditur in Mansii collect. amplis. concilior t. XVIII. p. 171. Regino (lib. II. cap. 269.) et Pseudo-Ivo (P. III. cap. 269.) eundem canonem sub genuine concilii Nannetensis inscriptione proferunt. Auctor porro noster in fine canonis Wormatiensis quaedam addita habet et sunt: *Haec autem omnia investignnda sunt et a magistris et decanis presbyteris per singulas matricas ecclesias et per capellas parochiae vestrae et nobis Kal. Julii renuncianda. Similiter etiam investigandum et renuntiandum nobis, qualiter observentur illa, quae capitulatim observanda presbyteris dedimus.* Verba ista canoni nostro Nannetensi addita satis superque demonstrant Gunzonem varias constitutiones synodales in capitulare quoddam redactas edidisse. Mirandum vero minime est canonem Nannetensem nonnisi an. 900 editum inter canones Wormatienses a. 868 inveniri. Etenim idem canon, de quo loquimur, integer deprehenditur inter Hincmari remensis *capitula presbyteris a.* 852 *data* et est ibi cap. 17. (Opera Hincmari rem. T. I. p. 715. ed. Jac. Sirmundi S. I. Lutet. Parisior. 1615 fol. et apud Mansi ampliss. collect. T. XV. pag. 476.) Unde animadvertas hoc Hincmari capitulum in concilia Wormatiense a. 868 ac Nannetense a. 900. transmigrasse. Res est notissima capitula priorum conciliorum ac antistitum a posteriorum conciliorum patribus modo integre modo paucis adjectis recepta eorumque statutis synodalibus inserta fuisse. In nostra collectione altera duo capitula. Lib. IV. cap. 86. et Lib. VIII. cap. 74. ex eodem Hincmari capitulari, caput scilicet 6. *De thuribulo et incenso* et cap. 13. *Ut presbyteri a publice peccantibus, vel a poenitentibus, quo ais faveant, munera non accipiant,* sub Wormatiensis concilii inscriptione deprehenduntur, quae ideo hic dedimus. Ita etiam Lib. X. cap. 103. collectionis nostrae inscribitur: *ex concilio Wormatiensi s. Augustini*, at est revera locus s. Augustini, qui vero inter canones concilii Wormatiensis receptus fuit, et a nobis relatus. Ceterum patres concilii nostri Wormatienses multas easque saluberrimas constitutiones ecclesiasticas edidisse oportet quorum nullum vestigium extat, vetustus enim Fulcensis annalista de hoc concilio ad annum 868 haec refert: *ubi episcopi nonnulla capitula de utilitate ecclesiastica conscribentes, graecorum ineptiis congrua adiderunt responsa.* Cf. I. Calles S. I. Annales ecclesiastici germanorum Lib. VI. §. 158 et 159. pag. 494. T. III. fol. Viennae Austriae 1757 in fol.

ANIMADVERSIO AD NOT. 12. CAP. PRAECED. pag. 314.

Collectionem hanc nostram iterato examini subjicientes alios concilii Althemensis canones detegimus, quos inter documenta hic retulimus. Notandum porro collectorem nostrum Lib. I.

cap. 174. et Lib. X. cap. 40. duos canones sub inscriptione concilii Althemensis proferre, quorum alterum Lib. I. cap. 174. Burchardus Lib. X. c. 65. et Ps-Iv. P. XII. c. 87. at P. XIII. c. 65. ex *concilio Tungrensi*, Gratianus vero C. XXIV. q. 3. c. 22. ex *capitulis Gregorii*, alterum vero Lib. X. cap. 40. iidem scilicet Burch. L. XII. cap. 21. Ps-Iv. P. XII. c. 78. Anselmus L. XI' c. 61. et Gratianus denique C. XXII. q. 5. c. 19. ex *dictis s. Augustini* citant, quod quantum a vero distet apertum est. Nullum enim concilium Tungrense hucusque cognitum est, atque capitulum alterum ideo s. Augustino tributum fuisse videtur, quod in concilii Althemensis canone, ea quae in documentis dedimus quaeque a Burchardo aliisque relicta sunt, sub s. Augustini nomine addita sint.

Quod porro canonem concilii Althemensis decimum sextum spectat, quem hic inter documenta inseruimus, idem celeberrimo Mabillonio jam cognitus fuit. Mansi eum alteri concilio Althemensi eodem anno habito vindicat eumque ex Psaudo-Anastasii vita Leonis P. III. protulit. Ampliss. Collect. concil. Tom. XVIII. pag. 332.



CAPUT IV.

De duabus ignotis canonum collectionibus quae ex Burchardi decreto fluxerunt.

Quae in praecedentibus diximus satis ostendunt nos esse omnino excusandos, si hanc occasionem nacti pauca quaedam de duabus canonum collectionibus proferimus, quarum utraque peculiari quadam ratione ex Burchardi decreto excerpta est.

§. 1.

Collectio codicis num. 552. monasterii cassinensis.

Codex noster celebre illud poenitentiale opus tribus libris comprehensum exhibet, quod a primo ejus editore Dacherio, *collectio dacheriana* vulgo appellatur [1]), atque a fratribus Balleriniis [2]) accurate descriptum est. Huic operi in codice nostro parva quaedam canonum collectio, ab eadem manu ac illa dacheriana exarata, tanquam liber quartus adjecta est. Praefatiuncula rubricarum indiculum praecedit, quem dein capitulorum textus cum totius operis epilogo excipit [3]).

---

1) Extat haec collectio typis edita in Spicilegio veterum aliquot scriptorum Tom. XI. p. 1-200. Parisiis 1672 in 4. et editionis novae Jos. de la Barre. T. I. p. 510-564. Parisiis 1725 fol.

2) Loc. cit. P. IV. cap. VIII. §. 1. 2.

3) Magnopere poposcisti ac praecepisti carissime rector, ut ad corrigendos vel instituendos tuorum mores subditorum, quaedam ex divinis constitutionibus breviter et succinctim excerperem capitula, ut mens in cunctis Deo familiariter dedicata, non per multiplices et densissimas librorum fatigaratur silvas, sed potius compendio breviante divinis uno in sancto divinarum scripturarum prato circumvallato auctoritatibus facilius, Deo donante, odoriferos quos cupit, et si non omnes saltem vel paucos possit decerpere floras. Et quia sanctae caritati tuae summum dilectionis et benevolentiae obsequium debeo, ut potui domino miserante juxta exiguitatem sensus mei quod jussisti, et quod per te mihi imperavit qui in sancto tuo jugiter residat pectore Deus. Quartus igitur pauperrimae exceptionis nostrae ex sanctorum opusculis sicut et tres anteriores excerptus incipit libellus, quos omnes auctore Deo tuo sancto nomini dicatos esse cupio. Iste etenim libellus hujus opusculi quartus constat esse studio brevitatis, ut jam dictum est, excerptus

Principio quidem in ea sententia fui, ut hanc collectionem ad dacherianam pertinere ejusque complementum esse crederem. Cum vero rem diligentius perspexerim omnino compertum habui dacherianam collectionem non solum in omnibus, qui hactenus innotuerunt codicibus manuscriptis, uti etiam in ejusdem monasterii codice manuscripto num. 554. tribus tantummodo absolvi libris, sed in praefatione ipsa quae illi praeposita est hujusmodi librorum numerum aperte significari.

Igitur collectionem nostram cum aliis canonum collectionibus conferre illorumque nexum investigare coepi, et hinc non sine magna admiratione detegi, illam nihil aliud esse quam epitomen quandam nullo consilio nulloque ordine ex Burchardi decreto excerptam.

Ex uno enim Burchardi opere auctor omnia hausit, et quidem ex omnibus ejusdem libris aliqua capitula non raro in eadem serie excerpsit [4]). Quo detecto minime dubitare potui, nostram collectionem nullo modo tanquam dacherianae continuationem aut quartam illius partem considerari posse. Hic enim poenitentialis liber jam ante Pseudo-Isidorum ac certo certius ante saeculi noni initium confectus pro maxima sui parte in Halitgaris librum poenitentialem transiit, qui jam inde ab anno 831. mortuus est. Hinc opus nostrum, a collectione illa plane diversum, a librario codici adjectum, et forsan ab ipso etiam confectum esse videtur. Tum ex praefatione tum ex epilogo erui posse videtur, auctorem illud jussu cujusdam supe-

---

de diversis peccatis ac criminibus, eorumque judiciis ac satisfactionibus ex sacrorum canonum orthodoxorumque patrum libris vel institutis.

. . . .

Explicit.

Ecce heec sunt pauca ex multis sanctarum scripturarum edictis Deo favente succinctim breviterque excerpta. Dum enim sanctae jussioni vestrae parere volui, praesumsi ultra vires meas facere quod optime non novi, pareat hoc cum ceteris commissis mihi meritis precibusque vestris omnipotens Deus, sed quia ut potui Deo donante feci quod jussistis. Obsecro beatitudinem vestrem ut mercedem orationum vestrarum mihi reddere procurctis.

4) Quaedam exempla sufficiant. Cap. 125. 128—130. 131. 134. 136—139. desumpta sunt ex Burchardi Lib. XI. cap. 63. 55. 53. 54. lib. XVI. c. 17.; Lib. VI. c. 27. 21.; Lib. X. c. 7. 23. 5. 6.

rioris seu Abbatis adornasse, quare illum monachum, et Cassinensis monasterii alumnum fuisse facile nobis persuaderemus.

Codex saeculo undecimo ad finem vergente exaratus est.

§. 2.

De canonum collectione, quae in codice num. 3878. regiae bibliothecae parisiensis habetur.

Haec collectio non minus quam ea, de qua hactenus locuti sumus, saeculo undecimo confecta, et ex Burchardi decreto excerpta est. Quoad fontes, poenitentialis cujusdam libri rationem sectatur, atque in duos libros dividitur, quorum primus 17. secundus 139. capitula continet.

Liber primus integer, nec non secundus ad capitulum 49. usque sine ulla mutatione ex Halitgaris episcopi cameracensis poenitentiali[5]) desumpti sunt. Primus enim liber integrum tertium Halitgaris operis librum, qui 16. tantummodo capitula complectitur, exhibet, in quo id solum auctor mutavit, quod capitula 3. et 4. in unum contraxerit.

Secundus liber, quem auctor *de judicio poenitentium laicorum* inscripsit, cum praefatione incipit, quam Halitgar quarto libro praeposuerat. Cap. 1—30 ejusdem libri quarti capita 3—34, et capitula 33—49, Halitgaris librum quintum exhibent. Cap. 33, inscriptum est: *incipiunt regulae de ministris ecclesiae si deviaverint*, quam inscriptionem Halitgar quinto suae collectionis libro praemisit. Dein auctor ab hac collectione recedit et cap. 50. ex hac annotatione exorditur: *Addimus etiam huic operi poenitentialem venerabilis Bedae presbyteri. Et idcirco adnectendum praescriptis canonum sententiis decrevimus, ut si forte haec prolatae sententiae alicui superfluae sunt in se, aut poenitus quae desiderat ibi de singulorum criminibus nequiverit invenire, in hac saltem brevitate novissima omnium scelera forsitan invenerit explicata.*

---

5) Halitgaris liber poenitentialis extat typis excusus apud Henric. Canisium. Lectiones antiquae. T. II. part. II. pag. 82—144. ed. Jac. Basnagii Amstelod. 1725. in fol. Cf. Ballerinii l. c. P. IV. c. VIII. §. 3. p. 620.

Capitula sequentia a capite 50 usque ad cap. 139 tum ex Bedae tum ex romano poenitentiali libro, tum ex Burchardi opere, praesertim ex decimonono ejusdem libro excerpta sunt, qui *corrector* inscribitur et libri poenitentialis speciem refert. Sed in hac etiam adornanda suae collectionis parte auctor nonnunquam priores duo Halitgaris libros adiit, atque epistolas Rhabani Mauri ad Heribaldum, Reginibaldum et Humbertum, quae poenitentialem disciplinam respiciunt et magni momenti sunt integras recepit. In fine dein capitula quaedam cujusdam sinodi wormatiensis posuit.

Nihil invenire potuimus, quod nos de auctore certos reddere possit. Vero tamen simillimum est eum germanum fuisse, ac versus saeculi undecimi finem, circa quod tempus codex quoque membranaceus splendidissimus exaratus videtur, collectionem suam adornasse.



CAP. V.

De quibusdam canonum collectionibus tum notis tum ignotis Gratiano anterioribus, quae omnes ex S. Anselmi Lucensis collectione originem sumpserunt.

Tantam Anselmi Lucensis collectio tum ob argumentorum gravitatem, tum ob auctoris merita nacta est celebritatem atque auctoritatem, ut ab aliis, qui ante Gratianum canones collegerint, ad eorum collectiones adornandas diligentissime adhibita fuerit. Plurimi quidem sunt qui brevi illo temporis spatio, quod Anselmum inter et Gratianum intercedit, eam adierunt; nos eas tantummodo collectiones scrutabimus, quae majoris momenti nobis esse videntur, atque in illis proferendis, quae jam a fratribus Balleriniis accurate illustratae sunt, lectores ad eos remittemus. Idcirco autem praecipue ita nobis agendum esse credidimus, cum id unum hic faciendum supererat, ut nempe ad critices regulas de hisce collectionibus judicium feramus, quod a fratribus Balleriniis fere semper neglectum fuisse miramur, cum eos in describenda earumdem collectionum argumentorum copia potissimum insudasse pateat.

§. 1.

De Canonum collectione quam exhibet Codex num. 552. Bibliothecae archicoenobii cassinensis.

Dividitur haec collectio in rubricas LXXIIII, quae singulae plura vel pauciora capitula complectuntur. Proprium illi est, quod capitula continuata per totum opus numerorum serie recenseantur, cum tamen in aliis collectionibus cum qualibet rubrica nova numerorum series incipiat. Capitula in rubricis LXXIIII contenta ad 315. ascendunt.

Rubricae singulae proprias habent inscriptiones, quae universim ex S. Anselmi opere desumptae sunt. Similiter capitula omnia ex eodem opere et quidem ex omnibus tredecim ipsius libris selecta et deprompta conspiciuntur. Caeterum auctor librorum seriem minime

secutus est, sed in una eademque operis sui rubrica capita ex diversis Anselmi libris desumpta recepit. Sic e. g. viginti primae rubricae capita hoc modo ex Anselmo mutuata sunt: I. 1; II. 6; I. 13; II. 10; III. 169; II. 8; I. 20; II. 15; 16, - Cap. 11-20. Anselm. I. 25. 10; II. 27: I. 22; II. 19. 25; I. 22; 11. 13; V. 2. Non raro tamen in singulis suis rubricis plura capita ex Anselmo quin mutata series fuerit recepta sunt. Ex. gr. cap. 33-38, 49-52, 168-190 rubricarum III. XI et XXV respondent capitibus collectionis Anselmi: IV. 48-52; et VI. 109. 110. 101. 102. et 103, quae omnia sine ulla mutatione in nostram collectionem immigrarunt.

Haec pro nostra collectione sufficiant, quae nullius momenti est, et ad nihil aliud inservire poterit, quam ut ejus ope capitulorum inscriptiones in Anselmi opere corrigantur, uti jam de alia huic nostrae simili collectione adnotavimus, quae in bibliotheca vindobonensi servatur [1].

Collectionis auctorem penitus ignoramus. Forsitan a quodam docto monasterii cassinensis alumno confecta est. Cum vero collectio nulla documenta exhibeat illis, quae ab Anselmo afferuntur, posteriora, vero simillimum est eam paulo post ejusdem Anselmi mortem compilatam fuisse. Codex membranaceus saeculo duodecimo exaratus est.

Collectionis demum rubricas hic apponemus, quod et dein faciemus, cum de aliis collectionibus sermonem habebimus. Ex hisce enim rubricis facillimum erit judicare, quomodo singulae hae collectiones cum suis fontibus prorsus cohaereant.

Sunt vero nostrae collectionis rubricae hujusmodi:

I. Diversorum patrum sententiae de primatu romanae ecclesiae. cap. 1-18.

II. Idem de eadem re, et quod Petrus et Paulus passi sunt una die. cap. 21-23.

III. De privilegiorum auctoritate. cap. 24-38.

IV. De monachorum monasteriorumque libertate. cap. 38-43.

V. De ordine accusationis et accusatorum personis. cap. 44-61.

VI. Ut infra provinciam accusatio terminetur, et quid sit provincia. cap. 62-65.

VII. Quod ordine inferiores non possint accusare superiores. cap. 66-69.

VII. Quod ecclesiarum pastores prius sint admonendi quam accusandi. cap. 70-73.

IX. Quod non possint oves accusare pastorem. cap. 74-87.

X. De judicio et examinatione episcoporum. cap. 82-90.

XI. De episcopis sine romana auctoritate depositis. cap. 91-96.

XII. De numero et qualitate judicum. cap. 97-

1) Vide Dissertationem de Ivonis Decreto III.

102.

XIII. Ut nemo absens judicetur et da injustis judieiis. cap. 102–107.

XIV. Da episcoporum judicio et de sinodica vocatione. cap. 198–110.

XV. De praelatis imperitis, indignis, symoniacis, neophitis. cap. 111–137.

XVI. Quibus saeri ordines sint tribuendi quibusve denegandi. cap. 138–156.

XVII. Ne ignotis sacri tribuantur ordines. cap. 157–159.

XVIII. De consecratione episeoporum et archiepiscoporum. cap. 160–162.

XIX. Da ordinatione presbyterorum, diaconorum, et eaeterorum. cap. 163–166.

XX. Ut episcopi semper secum testes habeant. cap. 167–169.

XXI De munditia sacerdotum, et continentia clericorum: cap. 170–173.

XXII. De romano pontifieatu. cap. 174–177.

XXIII. De observatione decretorum pontificum romanorum. eap. 178–183.

XXIV. Ne universalis quisquam vocetur. cap. 184–185.

XXV. De episcoporum auctoritate. cap. 186–190.

XXVI. Ut unusquisque suis con tentus sit terminis. eap. 191–196.

XXVII. De vana corepisco porum superstitione. cap. 197–198.

FXVIII. De reparatione sacerdotum post lapsum eap. 199–202.

XXIX. Quod non debeat missa celebrari nisi in sacratis ab episeopis loeis. cap. 203–204.

XXX. De sacramentorum oblationibus. cap. 205–209.

XXXI. De ecclesiarum consecrationibus. eap. 209.

XXXII. De ecclesiarum saeerdotumque solemnitatibus. cap. 210.

XXXIII. De benedietione salis et aquae. cap. 211.

XXXIV. Ut evangelia stando audiantur. eap. 212.

XXXV. De chrismatis conseeratione. cap. 213.

XXXVI. De sacramento manus impositionis et baptismatis. cap. 214–220.

XXXVII. Ne baptismus iteretur. cap. 221.

XXXVIII. De his qui ab haereticis ordinantur. cap. 222.

XXXIX. De clericis in haeresin lapsis et post eonversis. cap. 223.

XL. De sedibus episeoporum et de potestata eorum. cap. 224–223.

XLI. De auctoritate sacerdotali et de potestate regali. cap. 226–228.

XLII. Ne praesumat quis clericum servum retinere alienum. cap. 229–232.

XLIII. De auctoritate romanae ecclesiae. eap. 233.

XLIV. Ne feretrum romani pontificis veletur. 234.

XLV. De auctoritate arelatensis episcopi. cap. 235.

XLVI. De pastoribus luporum lauda gloriantibus. eap. 236.

XLVII. Ne eleriei vel saeerdotes sint cupidi vel feneratores. cap. 237–238.

XLVIII. De jejunio elerieorum ante paseha. cp. 259.

XLIX. Quod sacerdotes non debeant sacramentum faeere. eap. 240.

L. De auetoritate praedicationis. cap. 241–242.

LI. De vestimentis ecclesiae vel altaris. cap. 243–245.

LII. De cubieulariis pontificum. cap. 246.

LIII. Ut destruatur quod illicite commissum est. cap. 247.

LIV. De consecratione virginum. cap. 248.

LV. De eorreptione praelatorum in subditis. eap. 249–250.

LVI. Qualis debeat esse modus poenitentiae.

LVII. De illatione criminis. cap. 235–236.

LVIII. Ut homo *litteratus* a causis vaeet saeeularibus. cap. 257.

LIX. Ut singula ecclesiarum offieia singulis committantur personis. eap. 258–259.

LX. Ne laicis faeultates eommittantur ecclesiasticae, cap. 260–262.

LXI. De damnatione invasorum ecclesiasticorum praediorum. eap. 263–270.

LXII. De legitimis conjugiis. cap. 271.

LXIII. De conjugiis aliqua necesssitate divisis. cap. 272.

LXIV. Quod religionis causa non sint solvenda conjugia. cap. 273–275.

LXV. Ineipiunt quaedam capita a Beato Gregorio in generali synodo disposita. cap. 276–289.

LXVI. Haec capita sparsim collecta sunt at Angilramno mediomatricae urbis episcopo Romae a beato Papa Adriano tradita, quando pro sui negotii causa inibi agebatur. cap. 290–307.

LXVII. De inventione Sanctae Crucis. cap. 308.

LXVIII. Quod cum excommunicatis non sit communicandum. cap. 309.

LXIX. Ne judaeis ullum inferatur praejudieium.

cap. 310

LXX. Ne judaei christiana possideant mancipia. cap. 311.

LXXI. De clericis monachorum appetentibus praepositum. cap. 312.

LXXII. Ne quisquam sacerdotum libros legat gentilium. cap. 313.

LXXIII. Ut pro propria injuria nullus excommunicare praesumat. cap. 314.

LXXIV. De pastoribus injuste subditos excommunicantibus. cap. 315.

§. 2.

De celebri canonum collectione quae vulgo Polycarpus audit ex codice Vaticano num. 1354.

Fratres Ballerinii hanc collectionem satis accurate illustrarunt [2], quare lectores ad illos remittimus atque ea tantummodo hic adnotabimus, quae hujus operis nexum cum aliis collectionibus demonstrare possunt.

Collectio tota in octo libros distribuitur, quorum singuli plures rubricas seu titulos propriis distinctos inscriptionibus habent. Continet liber primus rubricas 27, secundus 38, tertius 30, quartus 40, quintus 8, sextus 23, septimus 16, et octavus 10. Tituli dein modo plura modo pauciora capitula amplectuntur; sunt qui 100, quandoque plura enumerant. Capitula vero neque numeris neque consuetis summulis distinguuntur, et pro maxima parte inscriptionibus carent.

Ubi vero hae inscriptiones habentur, generatim tantummodo capituli fontem, seu auctorem indicant, e. gr. Clemens P., Innocentius P., Leo P., Origenes, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, C. Carthaginense, C. Aurelianense, C. Toletanum etc. etc. ita ut, nunquam appareat ex qua Pontificum decretali littera, ex quo SS. Patrum vel scriptorum exclesiasticorum libro, ex quo demum concilio vel canone capitulum aliquod depromtum fuerit.

Capitula vero ipsa praecipue ex Anselmi Lucensis compilatione desumpta ac collectioni eodem modo ac illi alteri, de qua nuper locuti sumus, inserta sunt. [3] Praeter Anselmi collectionem, etiam

2) Loc. cit. P. IV. cap. 17. p. 666–669.

3) Ut pateat, quomodo collector noster Anselmi Lucensis collectione usus sit centum priora collectionis nostrae capita, simul cum anselmianis hic apponimus: Polyc. Lib. I. Rubr. I.

memoratam illam Anselmo dedicatam 4) auctor adhibuit, qui uti constat, Gregorius nominabatur. Plura quoque in ejus opere exstant capita, quorum fontem detegere minime potuimus.

Ad collectionis utilitatem quod spectat, eam nonnisi ad emendandum Gratiani decretum in iis, quae in Anselmo opere desiderantur et a nostro auctore adjecta sunt, inservire posse arbitramur. Quare in indice, quem de fontibus gratianei decreti adornavimus, ea loca quae Gratianus a Gregorio mutuatus est, quanta fieri potuit diligentia adnotavimus. 5)

Parum vero usui esse poterit haec nostra collectio, cum singulorum capitulorum fontes varie ita ac generatim indigitet, ut tum pro Anselmi recensione, tum pro eorum, quae Gratianus ab Anselmo accepit, emendatione nihil certi ex ea haberi possit. Praeterea ipsorum capitulorum textus mancus est ac mendis ubique refertus.

Rubricae hae sunt:

Tabula libri primi.

1. Da primatu Petri.
2. De primatu romanae ecclesiae.
3. De puritate fidei romanae ecclesiae.
4. De electione et ordinatione romani pontificis.
5. Quod ad Papam pertinet regimen omnium ecclesiarum, nullum episcopum ordinandum vel dampnandum nisi per pontificem romanum.
6. Quod irritum sit quicquid in apostolica sedet absque apostolico decernitur.
7. De appellanda sede apostolica.
8. De potestate papae sine synodo deponere episcopos, restituere, incardinare, transmutare.
9. De episcoporum mutatione auctoritate papae.
10. De ordinatis in ecclesia romana et a romano pontifice.
11. Ubi apostolica sedes consecrationes, ordinationes et dispositiones ordinare antiquitus consuavit.
12. De novis ecclesiis non consecrandis sine auctoritate papae.
13. Quod Papa non per se sed per legatos provincialibus conciliis soleat interesse et auctoritas ejus est in illo cui vices suas committit
14. Nullum concilium esse firmum sine auctoritate papae.
15. Ut dubiae et majores causae ad apostolicam sedem referantur.
16. De papa et apostolica sede non judicandis neque contristandis.
17. Quod non sit sentiendum contra romanam

capp. 1, 4-17. Anselm. I. 7. 52. 56. 67. II. 2. I, 23. II. 39. I. 18. II. 30. I. 69. 58. 19. 63. 37. 61. Polyc. l. c. capp. 22-32. Anselm. VI. 1. 14. 13. 28. 44. IV. 12. I. 27. 29. 34. II. 46. I. 40. 69. Polyc. l. c. capp. 34-55. Anselm. II. 9. 34. 35. 47. 48. 12. 38. 80. 11. 10. 49. 50. 55. 17. 36. Polyc. l. cit. capp. 38-62. Anselm. XII. 10. II. 16. XII. 9. II. 23. I. 64. Polyc. l. c. capp. 69-87. Anselm. VI. 101-164. V. 24. 25. II. 73. V. 7. 29. II. 53. I. 26. II. 41. 43. 44. II. 50. 62. II. 36. I. 53. Polyc. l. c. capp. 88-100. Anselm. II. 4. 12. 15. I. 16. 23. 67. II. 14. 27. 28. 29. 56. I. 5 et 6.

4) In ejusmodi libri eadem rubrica, capitula, quae sequuntur, ex collectione Anselmo dicata mutuata sunt: Polyc. l. c. capp. 26. 21. 63-66. Anselm. dedic. I. 49 et 30. III. 219. 220; II. 274. 275.

5) Vide Dissertationem III.

Tabula libri secundi.

Tabula libri tertii.

Tabula libri quarti.

Tabula libri quinti.

Tabula libri sexti.

ribus ecclesiae.
4. De conjugiis vel matrimonio et consanguinitate; et de separatione et de connumeretione graduum propinquitatis.
5. De tempore nuptiarum.
6. De observatione compatris et commatris.
7. De muliere quae ante mundum sanguinem ecclesiam intrat et quae nupserit hoc tempore.
8 De adulterio et incestu vel fornicatione raptoque feminarum.
9. De judicii impositione.
10. De homicidio.
11. De juramento et perjurio.
12. De incantatoribus et auguribus, de divinis et sortilegis.
13. Quod non imputetur si quid mali acciderit per ea quae propter bonum faciamus.
14. De laedentibus patrem et matrem.
15. De clericos et ecclesiastica laedentibus.
16. De furibus et praedatoribus atque dissidentibus et reconciliari renuentibus et fugitivis servis.
17. De crapula et ebrietatibus.
18. De animalibus sanguinem hominis sumentibus.
19. De caballo agresti.
20. De penitentia et penitentibus.
21. De justa misericordia.
22. De bono obedientiae.
23. Ne christiani temere offerant se periculis.

Tabula libri septimi.

1. De excommunicatione.
2. De potestate ligandi et solvendi.
3. De unitate ecclesiae.
4. De schismate.
5. De haereticis et schismaticis.
6. Sacramentum a schismate redeuntium.
7. Quod par sit culpa communicare haeretico vel ejus communicatori.
8. Quod per singulos deviantes non sunt.
9. De servandis conciliis.
10. De tolerandis malis vel fugiendis.
11. De vindicte.
12. De sacerdotali intercessione pro vindicta mitiganda.
13. De persequendo expugnandoque et praedando.
14. De judaeis.
15. De temperamento atque curatione adhibenda temporali necessitati.
16. Quod necessitas imperavit, cesset necessitate cessante.

Tabula libri octavi.

1. De infirmitatibus ad exitum venientibus.
2. Quod dies hominum nec minui nec augeri.
3. Quod angeli custodes hominibus praeponantur.
4 De morte et purgatoriis poenis.
5. De sepultura.
6. De oblationibus pro defunctis.
7. Quod non est rogandum pro peccato quod est ad mortem.
8. De humanis animabus.
9. De immortalitate animae.
10. De tormentis et pena malorum.
11. Quod boni bonos in regno, mali malos in supplicio agnoscunt.
12. Quod sanctorum animae pro inimicis in tormentis positis non orent.
13. De receptione animarum justorum in coelum ante restitutionem corporum.

§. 3.

De collectione quam Codex Vaticanus num. 1346. exhibet.

Haec collectio a Balleriniis itidem sed paucis tantum illustrata 6), non minus quam anteriores ex Anselmi collectione orta est.

6) Loc. cit. P. IV. cap. 18. §. 11. p. 671.

Septem libris constat, quorum singuli plures titulos seu rubricas, quas auctor capitula apellat, complectuntur. Quaevis dein rubrica sua habet capita, quae tamen nullibi numerantur. Habet vero liber primus rubricas 82, secundus 40, tertius 76, quartus 66, quintus 64, sextus 72, et septimus 88. Capitulis inscriptiones singulis singulae praefixae sunt, quae quam maxime accuratae atque diligenter expressae sunt.

Praeter Anselmi collectionem 7) tum collectionem Anselmo dedicatam, tum 'collectionem tripartitam adhibuit, quam in dissertatione de Ivonis Decreto pluribus illustravimus.

Quae modo diximus nonnullis exemplis declaranda sunt. Capitula 27, 28, 29, 31, 34=40, 43, 44, 47, 50, prioris libri secundi rubricae, sine ulla omnino mutatione ex collectionis Anselmo dedicatae libro III. cap. 144, 147, 148, 44, 47, 74, 75, 61, 33, 37, 45, 92, 158, 72 desumpta sunt. Eadem vero haec capitula neque in Bürchardi, neque in Anselmi Lucensis vel alterius cujuslibet collectoris opus transierunt, ex quo constat auctorem nostrum ea nonnisi ex collectione Anselmo dedicata desumere potuisse.

Facilius adhuc probari potest auctorem collectione tripartita usum fuisse. Canones enim omnes, quos ex conciliis praecipue ex conciliis graecis, gallicanis, hispanis atque africanis auctor noster magno numero affert, ex sola collectione tripartita hausit. Eodem vero modo hosce canones citat, quo ipsi in tripartita citantur, ac si plura ejusdem nominis concilia occurrunt, accurate notatur tum concilium tum canon. Sic e. gr. fol. 74. duodecim capitula qui se invicem suscipiunt hoc modo afferuntur: *C. Carthaginense IV. c.* 57, 59, 60, 61, 56, *C. Arelat. I. c.* 13. *C. Agath. c.* 26. *C. Carthag. IV. c.* 48. 49. *C. Carthag. III. c.* 11. 12. 14. Principio credideram, capitula haec ex Pseudo-Ivonis decreto potius quam ex tripartita in nostram collectionem fuisse traducta. Cum vero diligentius rem investigarem, errorem agnovi, illaque aut nullo modo in Pseudo-Ivonis decreto invenire potui, aut si unum alterumve ibi inveneram, illud valde neglitenter citatum detexi, e. g. ex *Concil. Africano*, vel etiam ex Con. Carthag.

7) Nihil hic de modo dicimus, quo auctor noster Anselmi collectione usus sit, cum idem

Eadem certitudine demostrari potest, auctorem nostrum plurima etiam decretalium fragmenta ex collectione tripartita desumpsisse, licet maximam earum partem a collectione Anselmo dedicata mutuatus sit.

Definiri nequit, utrum Gratianus nostra collectione usus sit nec ne. Plura quidem in ipsius decreto inveniuntur capitula quae tantummodo in nostra collectione habentur. Attamen ex paucis illis exemplis nihil certi concludi potest. Cum vero capitulorum textum admodum emendatum simulque inscriptiones accuratissimas singulis capitulis praefixas exhibeat, in nova gratianei operis recensione minime negligenda erit. Denique hic quoque collectionis rubricas seu uti auctor eas vocat singulorum librorum capitula apponimus. Ex ipsis enim melius videri poterit quomodo harum collectionum auctores diversa collectionum argumenta ordinarent, ut suorum temporum conditioni inservirent, dum illi qui Anselmum praecesserunt, et ipse quoque Anselmus, hanc rem penitus neglexerint, contenti si suas collectiones in partes aut libros distribuerint. Vero quam simillimum est collectores illos posteriores scholae theologicae methodum in peculiari illa rubricarum distributione imitatos fuisse, ita ut eorum rubricae Gratiani rubricis exemplum dederint, qui uti notum est, in sui operis recensione omnino scholam secutus est, atque juris canonici locos eodem plane modo eoque plus minus illi simillimo compilavit, quo Petrus lombardus rem theologicam disposuerat.

Rubricae vero hae sunt:

Incipiunt Capitula libri primi.

Cap 1. De primatu et auctoritate apostolicae sedis.

Cap. 2. De servandis judiciis, regula, ordine et consuetudine romanae ecclesiae.

Cap. 3. Quod prima sedes canones prae caeteris custodire et minores suos in bono debeat imitari.

Cap. 4. Quod romana ecclesia nunquam erraverit.

Cap. 5. Quod irritum est quidquid in apostolica sede absque apostolico decernitur.

Cap. 6. De romani pontificis electione.

Cap. 7. Qualis debeat romanus pontifex ordinari et quam reverenter audiri.

Cap. 8. De sanctimonia romani pontificis et quod ei propter privilegium peccare non liceat.

Cap. 9. Ut nullus episcopus universalis vocetur vel summus pontifex.

Cap. 10. De potestate ligandi et solvendi.

---

sit, ac ille, quem Polycarpus adhibuit. Majoris momenti est, ut demonstremus quomodo tum collectionem Anselmi dedicatam, tum illam, quam tripartitam appellavimus adhibuerit.

Cap. 11. Ut romanus praesul a nullo judicetur.

Cap. 12. De excellentia judicii romanae sedis et quod eam omnibus liceat appellare.

Cap. 13. Quod debet romanus pontifex suam in melius mutare sententiam.

Cap. 14. Quod non sit communicandum eis quos apostolica sedes non recepit.

Cap. 15. Quod papa vices suas quibus voluerit committat.

Cap. 16. Quod papa alterius ecclesiae clericum alteri concedere possit.

Cap. 17. Quod in ecclesia romana ordinatus egredi ex ea alterius licentiam non habeat.

Cap. 18. Quod in ecclesia romana altaris ministri cantare non debeant.

Cap. 19. De praediis romanae ecclesiae non alienandis.

Cap. 20. Ut romani pontificis feretrum nullo tegmine veletur.

Cap. 21. De auctoritate decretorum et privilegiorum pontificum romanae ecclesiae.

Cap. 22. De statutis quandoque temperandis.

Cap. 23. De synodo sine romanae sedis auctoritate non facienda et de constitutionibus vel conciliis quae non sunt rata.

Cap. 24. De canonibus apostolorum et auctoritate conciliorum et quae quibus praeponantur.

Cap. 25. De contemptoribus canonum.

Cap. 26. Qualiter lex dei sit legenda vel docenda.

Cap. 27. Quod nihil addendum est divino mandato.

Cap. 28. Quod pro uno adversus plures non fit facile ferenda sententia.

Cap. 29. Quando adversariis respondendum sit, quando minime.

Cap. 30. De praecepto, admonitione et consilio.

Cap. 31. De auctoritate et ratione.

Cap. 32. De consuetudine.

Cap. 33. Quae urbes primates habeant, quae metropolitanos.

Cap. 34. Ut primates cum ordinantur synodales sibi epistolas mittant.

Cap. 35. Ut nullus papam aut aliquem primatum pellere aut inhonorare praesumat.

Cap. 36. Ut nequaquam in duos metropolitanos dividatur certa provincia.

Cap. 37. De electione et ordinatione metropolitani.

Cap. 38. De usu et auctoritate pallii.

Cap. 39. Ut sine consilio comprovincialium episcoporum nil agat metropolitanus in eorum parochiis.

Cap. 40. Ut sine conscientia primatis vel metropolitani non ordinetur episcopus.

Cap. 41. Ubi episcopi constituendi sint vel non sint.

Cap. 42. Quod episcopia uniri possunt et mutari.

Cap. 43. Qui in episcopos eligendi non sunt.

Cap. 44. A quibus episcopi eligendi non sunt.

Cap. 45. Quod nec praemio nec praemii promissione vel impunitatis nec personarum patrocinio facienda sit electio.

Cap. 46. Ut ecclesiae saeculari potentia seu praetio vel laicali investitura minime pervadatur.

Cap. 47. Ut nemo per se sibi sumat honorem.

Cap. 48. Ut nullus invitis detur episcopus.

Cap. 49. Quod duo vel tres consensu caeterorum possunt episcopum eligere.

Cap. 50. De electione episcoporum et electionis contradictione.

Cap. 51. Quod episcopus valde debitor est eis qui sibi cum devota mente praeferunt.

Cap. 52. Ut episcopi vel presbyteri non ordinentur nisi omnes suos fecerint christianos.

Cap. 53. Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differri.

Cap. 54. Quod in loco lapsi vel aegroti episcopi alter possit episcopus ordinari.

Cap. 55. De ordinationibus episcoporum.

Cap. 56. De episcopis qui per praetium vel per ambitionem seu aliquo modo adversus formas canonum ordinant vel ordinantur.

Cap. 57. De episcopis qui ordinati non suscipiunt ministerium, vel qui non suscipiuntur.

Cap. 58. Ut episcopi posteriores se prioribus sese non praeferant.

Cap. 59. Quod omnes episcopi aequales sint nisi quemquam culpa subiciat.

Cap. 60. Cur episcopalis sedis emineat.

Cap. 61. Ut episcopus semper et ubique secum testes habeat.

Cap. 62. Quod episcopi vice apostolorum praesint, et ut a subditis timeantur et inter se concordes sint.

Cap. 63. Quod episcopi docere et comprimere illicita debeant et oppressis succurrere.

Cap. 64. Quod eos qui praesunt ignorantia non excusat.

Cap. 65. De habitatione et domestica episcopi conversatione.

Cap. 66. Ut episcopi pravorum hominum familiaritatem non habeant.

Capitula libri secundi.

Capitula libri tertii.

quam cedendum.

Cap. 66. Ut singuli presbyteri singulas habeant ecclesias.

Cap. 67. De indumentis sacerdotum.

Cap. 68. De his quae omnino prohibentur presbyteris.

Cap. 69. Quid oporteat agere presbyteros.

Cap. 70. De presbyteris qui habuere conjugia.

Cap. 71. Quae observanda sunt presbyteris in celebratione missarum.

Cap. 72. Si post illusionem per somnium saserdos sacra debeat celebrare misteria.

Cap. 73. De ministerio, numero et regulis diaconornm et reverentia ad sacerdotès.

Cap. 74. De diaconibus qui immolaverunt.

Cap. 75. Quod diacones cessare debent ab opere conjugali.

Cap. 76. De officio et numero subdiaconorum.

Cap. 77. Quod subdiaconibus carnale conjugium denegetur.

Cap. 78. Quod clericorum nomen lectores, psalmistae et hostiarii retinent.

Cap. 79. De lectoribus.

Cap. 80. De suscepta vita communi et voto.

Cap. 81. Quod in potestate nostra est utrum valimus esse perfecti.

Cap. 82. De ordinatis, qui episcopum proprium contemnunt vel in eius injuriam praedicant.

Cap. 83. De clericis desertoribus et non transferendis.

Capitula libri quarti.

Cap. 1. De profectione sacerdotum et ministeriorum.

Cap. 2. De formata.

Cap. 3. De clericis Incontinentibus.

Cap. 4. De clericis lapsis et rebus eorum.

Cap. 5. Quod lapsi clerici per manus impositionem poenitentiam non consequantur.

Cap. 6. De his qui attendentes ministros incongrue vivere legi dei non obtemperant.

Cap. 7. Quod nulla sacramenta per malos administrata obsint digne sumentibus.

Cap. 8. Quod sacramenta ecclesiae ab excommunicatis sive haereticis et haberi et dari possunt.

Cap. 9. Qualiter recipiendi sunt clerici ab haereticis ordinati, et de his qui ecclesias vel praebendas emerunt.

Cap. 10. Quod qui compulsus errorem suum anathematizat, anathemate tenetur.

Cap. 11. Juramentum a scismate redeuntium.

Cap. 12. Quod detractiones, et accusationes summopere sunt vitandae.

Cap. 13. De accusationibus et accusatoribus et testibus seu argumentis non recipiendis.

Cap. 14. Accusationes quas saeculi leges non ahmittunt lex romana.

Cap. 15. Ut clerici non cogantur testimonium dicere in publico.

Cap. 16. De ordine accusationis et de his qui accusant nec probant.

Cap. 17. Quod accusantibus probationis onus incumbit.

Cap. 18. De ecclesiastico judicio et loco judicii et accusationibus religiosarum personarum.

Cap. 19. Quod in omni judicio quatuor necesse sit adesse personas.

Cap. 20. Quod excommunicatus vel infamis nec procurator potest esse nec cognitor.

Cap. 21. Quod nullus sit sine cognitione damnandus.

Cap. 22. De possessionibus et honoribus ante litem contestatam restituendis.

Cap. 23. De ordine judicii.

Cap. 24. Ut judices praecipites non sint, nec temere quemquam judicent.

Cap. 25. De sententia.

Cap. 26. De injustis judiciis et excommunicationibus.

Cap. 27. De excommunicatis qui intra annum causam suam tractare negligunt.

Cap. 28. De appellationibus.

Cap. 29. Ut ab electis judicibus non provocetur.

Cap. 30. Ut quae decisa fuerint nulla refragatione turbentur.

Cap. 31. De clericis pro crimine damnatis.

Cap. 32. De ecclesiis faciendis et dedicationibus earum.

Cap. 33. De basilicis quae sine reliquiis dedicatae sunt.

Cap. 34. De ecclesiis clericorum.

Cap. 33. De imaginibus et picturis ecclesiarum.

Cap. 36. De vasis sacris er altarium ornamentis seu ecclesiarum thesauris.

Cap. 37. De lignis ecclesiae dedicatae.

Cap. 38. De celebratione missarum.

Cap. 39. De oblationibus sacramentorum et aqua benedicenda.

Cap. 40. Quae species ad altare offerantur.

Cap. 41. De oblationibus dissidentium fratrum vel pauperes opprimentium.

Cap. 42. De praecibus, orationibus et praefationibus.

Cap. 43. De pacis osculo dando post confecta

misteria.

Cap. 44. De eo qui accepit eucaristiam et non aumpserit.

Cap. 45. De his qui non integra sacramenta percipiunt.

Cap. 46. De iteratione missarum.

Cap. 47. Ut nullus in ecclesia accubitus sternat vel convivetur.

Cap. 48. De non contemnenda domo dei vel congregatione fidelium.

Cap. 49. De his qui episcopos, presbyteros et reliquos ordines mala tractaverint.

Cap. 50. Qualiter ecclesiastica patrocinia publicis reis inpendenda sint.

Cap. 51. De his qui ecclesiam incenderint, vel confregerint, vel violaverint,

Cap. 52. De his qui de ministerio ecclesiae aliquid furantur.

Cap. 53. Ut res. ecclesiarum in potestate sint episcoporum.

Cap. 54. De decimis.

Cap. 55. De redditu ecclesiarum vel oblatione fidelium.

Cap. 56. De ecclesiasticae pecuniae forma.

Cap. 57. De non alienandis rebus ecclesiae.

Cap. 58. De servis ecclesiae in monasterio converti volentibus.

Cap. 59. Quod servi ecclesiae donari et manumitti et distrahi possunt.

Cap. 60. De libertis ecclesiae.

Cap. 61. De rusticis ecclesiarum.

Cap. 62. Si episcopis a quibuslibet quicquam fuerit derelictum.

Cap. 63. De his quae sacerdotes emerint.

Cap. 64. De his qui oblationes defunctorum negant.

Cap. 65. De invasoribus rerum ecclesiasticarum.

Cap. 66. Ut ecclesia res alienas non invadat.

Cap. 67. Ut qui aliena invadit omnia cum multiplicatione restituat.

Capitula libri quinti.

Cap. 1. De catecumenis.

Cap. 2. De crismate per singulos annos in coena domini confiaiendo.

Cap. 3. Ut presbyteri parrochiani per se ent per sacristas suas accipiant crisma.

Cap. 4 Quo tempore baptisma celebrandum sit.

Cap. 5. Ut mortuis baptisma vel eucharistia non datur.

Cap. 6. Si laicus baptizat vel is qui christianus non est.

Cap. 7. Ut mulier non baptizet.

Cap. 8. De baptizandis aegrotis qui jam loqui non possunt.

Cap. 9. De baptizandis praegnantibus et eo quam genuerunt ipse hora qua natus est.

Cap. 10. Quod in nomine patris et filii et spiritus sancti plenum sit fidei sacramentum.

Cap. 11. Quod in nomine trinitatis debent baptizari.

Cap. 12. De trina et simpla emersione.

Cap. 13. De uno patrino.

Cap. 14. Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.

Cap. 15. De his qui parvulos sine baptismo salvari posse asserunt.

Cap. 16. Quod baptismi vicem aliquando impleat passio.

Cap. 17. De baptizatis qui antequam corpus christi sumant moriuntur.

Cap. 18. Per quam manus impositionem rebaptizati reconciliari debeant.

Cap. 19. De parvulis qui se baptizatos non reminiscuntur.

Cap. 20. De his qui ab haereticis baptizati sunt.

Cap. 20. De Paulianistis et Catafrigis rebaptizandis.

Cap. 22. De non baptizando.

Cap. 23. De his qui vel timore vel sponte per ignorantiam aetatis rebaptizati sunt.

Cap. 24. De manus impositione et infantibus consignandis.

Cap. 25. De fundandis monasteriis.

Cap. 26. Ut monasteria non sint saecularia habitacula vel sub clericorum gravamine aut episcoporum.

Cap. 27. De episcoporum gravamine erga sacerdotes.

Cap. 28. De duobus monasteriis uniendis.

Cap. 29. Ut in monasterio mortuos sepeliri vel missas celebrari non contradicat episcopus.

Cap. 30. De rebus monasteriorum vel eorum qui in monasteriis conversi sunt vel converti volunt.

Cap. 31. De servis monasteriorum.

Cap. 32. Qualiter monachus fiat.

Cap. 33. De illis quos unus aut ambo parentes religioni tradiderunt.

Cap. 34. Quod ita vir in monasterio suscipiatur si uxor illius simul convertitur.

Cap. 33. De his qui ex saeculi actionibus vel ex militia in monasterio convertuntur.

Cap. 36. Quod alia est monachorum causa alia

Capitula libri sexti.

Capitula libri septimi.

Explicit liber septimus.

S. 4.

De collectione, quae Caesaraugustana communiter appellatur, ex codice bibliothecae Barberinae Romae num. 2864.

Cum haec collectio omnibus nota sit, supernacaneum esset si pluribus de externa illius forma hic disserere vellemus. Antonius Augustinus episcopus tarraconensis, vir de juris canonici historia optime meritus, primus illius mentionem fecit, atque in celeberrimis de gratianei decreti emendatione dialogis saepissime ea usus est. Fratres quoque Ballerinii aliqua licet non multa de hac collectione habent [8]).

Quod vero internam ipsius rationem spectat, plura habet, quae ipsi omnino propria sunt. Praecipui quidem ejusdem collectionis fontes tum Anselmi Lucensis tum Pseudo-Ivonis opera habenda sunt, ex quibus auctor totum suae collectionis argumentum ad instar aliorum anteriorum collectorum hausit [9]). Praeter illa tamen collectionem quoque tripartitam aliquoties licet rarius adiit; quod unico tantum exemplo demonstrabimus. In sexto collectionis nostrae libro habentur capitula 15—21 qui in collectionis tripartitae P. III. tit. 22. cap. 12—23 eodem dine eademque serie disposita inveniuntur. Jam vero haec ea-

8) Loc. cit. P. IV. cap. 18. §. 11. p. 671.

9) Paucis sed certis exemplis hic illustrabimus, quomodo istis collectionibus usus sit auctor.

1) Ex Anselmi collectione desumpsit capita:

Lib. II. cap. 62 et 63 Anselm. I. 14 et 15.

Lib. III. capp. 1, 2, 6, 7-11. Anselm. VI. 18, 13, 27, 28, 38, 14, 15, 12.

Lib. IV. capp. 16-21. Anselm. VI. 20, 72, 77, 79, 86, 88.

Lib. VII. capp. 14-16. 18-25. 26-54. Anselm. IV. 3, 6, 8, 12, 19-23, 38, 52. – V. 6, 7, 16-22, 24, 31, 33, 34, 36, 37, 40, 41, 44, 47, 51, 52, 53, 56, 57, 61, 62, 63.

Lib. XIV, capp. 1-7. Anselm. XII. 49-53, 61, 84.

2) Ex Pseudo-Ivonis decreto sumpsit capita:

Lib. II. capp. 27, 28, 29, 72, 73, 74, 77, 79. Ps-Iv. IV. 155, 159, 160. – V. 49, 53, 54, 56, 58.

Lib. VIII. capp. 81-86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 98, 99, 101-106, 110-114, 116. Ps-Iv. XI. 76-81, 83, 84, 89, 90, 95, 96. – XIII. 29, 33, 34, 91, 92, 114, 116, 118, 97, 98, 100, 102. – X. 115, 120, 125, 98, 126.

Lib. XIV. capp 34-42 Ps-Iv. XIV. 4-8, 34-37.

Lib. XV. capp. 19-22, 25-30, 60-64 Ps-Iv. XV. 32-42. – X. 53-56.

dem capitula in Pseudo-Ivonis decreto extant, ast ordine plane diverso; sunt enim duodecimae partis cap. 22, 23, 26, 29, 25, 36, 39; ex quo constat, auctorem nostrum eadem ex collectione tripartita et non ex decreto deprompsisse.

Nexum dein qui nostram collectionem inter et Gratiani decretum intercedit, quod attinet, nullo modo dilucide probari potest, Gratianum illam ipsam adiisse. Habet illa quidem capitula quamplurima quae nullibi nisi in collectione caesaraugustana inveniuntur, quaeque in nostro indice notavimus. Attamen fieri potuit, ut Gratianus aliunde illa arripuerit. Quidquid sit de hac re, plurimae saltem capitulorum inscriptiones, quae in Gratiani decreto aut mendosae, aut penitus deperditae sunt, ex nostra collectione corrigi, ac restitui poterunt.

Collectio Paschalis II. tempore confecta esse videtur, cum praeter exigua hujus pontificis decretalium fragmenta, posteriorum nullas decretales exhibeat. Ex eo vero quod illius auctor Pseudo-Ivonis decretum adhibuerit, opinio quam de hujus decreti aetate alias protulimus, ubi illud paulo post Ivonis mortem saeculi decimi nempe initio concinnatum fuisse diximus, mirifice confirmatur.

In fine codicis versus quosdam adscriptos detegimus, qui ex Renalli opere *de corpore Christi*, desumpti sunt. De hoc Renallo qui uti ex nostra inscriptione patet, Barcinonae magister fuit, nihil certi afferre possumus. Nicolaus Antonius doctus Hispanus praeter illius nomen aliud nihil habet, quam quod S. Eulaliae, quae sub Diocletiano martyrium passa est, vitam scripserit [10]. Sed de hac etiam vita Tomayo [11], et hagiographi Bollandiani altum silent [12].

Renalli seu uti Antonius illum vocat Raynaldi opus, tempore Berengarii turronensis et quidem contra ejusdem errores de S. Eucharistia conscriptum esse videtur. Versus ex eo excerptos hic subjungendos esse duximus.

---

10) Bibliotheca hispana vetus Matriti 1788. T. II. p. 376. in fol.
11) Ad 12. Februarii T. 1. p. 102. Martyrologii hispani. Lugduni 1651. in fol.
12) Acta SS. ad d. cit. T. II. p. 576.

Versus excerpti de libro Renalli magistri Barchinonensis Gerundensis de corpore Christi.

Quatuor in sacro signantur de corpore Christi
Quod monstrat fidei plena Deo ratio,
Oblatum quod sit, a quo, pro quo datur, aut cui
Se sibi dat Christus, se dat in hoc, quod homo
Sed sibi, quod Deus est; quoniam summae deitati
Offert se Christus, pro fidei sobole,
Scilicet ecclesia, quam participem Deitatis
Assumens in se glorificando facit.

Quomodo panis et solummodo sacramentum et non adhuc caro Domini.

Hic noster panis prius est communis et ille
Oblatus, sumptus fiat, ut ipse caro.
Est sacramentum, sacrae signum pietatis.
Et panis nondum vera caro domini.
Sed non communis panum semotus ab usu
Sed signum sacrari rem quia significat.

Quando sacramentum et res sacramentum, quia retinet speciem panis, res quia vera caro domini est.

Postquam sacrat cum Christo sacrante sacerdos
In nexu pacis, in gremio fidei,
Ecclesiaeque domo, quae dicitur unio, per quam
Sponsa suo sponso jungiter ecclesia
Inspirante deo, natura prior benedicta.
Vera caro domini est, et remanent species
Dum sacramento res est caro vera creantis.
Sed sacramentum dicitur esse, ideo
Quod retinet species non vi panis remanente
Fit natura prior vera caro domini.

Quod panis non accipitur in sacramento secundum formas sed secundum vim materialem et temporalem, quae transit in vim aeternam scilicet in aeternam vitam.

In sacramento panis non sumitur ille
In quantum panis vi, sed in hac propria
Quod manducanti dat vitam temporis hujus;
Haec oraria vis sanctificante deo
Transit in aeternam vim, quam sumens homo digne
Vivit in aeternum vi saciatus ea.
Ipsa quidem formas habet illas spirituales
Quae nequeunt cerni corporeis oculis.
Illa quidem virtus formam, quam panis habebat.
Sed non naturam suscipit, et retinet.

Quod in sumendo desinit esse sacramentum
et remanet tantum res.

Jam sacramentum in sumendo desinit esse,
Discedunt formae, res ea sola manet
Illa vero domini substantia vivificatrix
Qua redit ad vitam mortua nostra caro.
Nos reficit, redimit, jungit, coena, cruce, patre,
His tribus; haec tria rex pacificator agit.
Dum caro libatur christi, pietas renovatur,
Et pietate nova, fit caro nostra nova.



CAP. VI.

De collectione, quae continetur in codice num. 334. *VI.* 9. 36. *bibliothecae Borbonicae Neapolitanae.*

Collectio haec a nemine hactenus memorata Neapoli a nobis detecta decem comprehenditur libris. Libri plures habent rubricas, quibus singulis inscriptiones propriae praefixae sunt; rubricarum vero capitula propriis numeris non distinguuntur, sed per totum opus non interrupta serie numerantur. Liber primus 174, secundus 261, tertius 151, quartus 315, quintus 348, sextus 286, septimus 348, octavus 424, nonus, 375, et decimus 432 capita habet.

Universa haec collectio ex sola collectione caesaraugustana compilata est, ipsiusque auctor, cum plurima juris romani locos inde decerpserit, pauca tantummodo illius capita reliquit. Ubi vero breviora quaedam capitula invenerat, quae caesaraugustanae collector, in hoc Pseudo-Ivonem secutus, in unum contraxerat, ea ab invicem separavit atque singula suis propriis inscriptionibus, ut illas invenerat, suae collectioni inseruit. Immo, ut longiora quaevis capita a suo opere removeret, breviora, quae apud antecessorem extabant, selegit, eaque ipsa non raro in plures partes discerpsit. Hinc etiam factum est, ut majorem capitulorum numerum haec nostra quam caesaraugustana collectio exhibeat. Nostra enim eorum habet 3223, dum altera 1295 tantum contineat.

Nullius pene momenti est haec nostra collectio, cum eam Gratianus penitus ignoraverit, ex eaque nec pro illius decreto, nec pro caesaraugustanae, aut Pseudo-Ivonis decreti emendatione quidquam erui posse sperandum sit.

Tempus quo confecta est definiri nequit, cum nulla caesaraugustanae posteriora monumenta complectatur. Hanc vero proxime subsecuta esse videtur. Codex membranaceus saeculo decimo tertio conscriptus est.

Praeterea neque de auctore certi aliquid afferre possumus. Eum tamen Hispanum fuisse duo demonstrare videntur. Primum quod tota illius collectio ex caesasaugustana deprompta sit, quam si non ab

Hispano, saltem in Hispania compilatam fuisse constat; alterum quod auctor noster totius operis capita arabicis numeris distinguat. Jam vero arabici illi numeri in codicibus latinis ante saeculi decimi quarti initium exaratis raro admodum et nonnisi in codicibus hispanis occurrere solent.

Accedit quod auctor operi titulum dederit, qui mysticos illos librariorum lusus praefert, quibus Hispani ob commercia cum Arabibus habita saeculo duodecimo et decimo tertio tantopere delectabantur. Omnes quidem libros, qui palaeographiam tractant evolvimus, nullibi vero ad explicandum ejusmodi titulum indicia invenimus. Quocirca illius illustrationem peritioribus palaeographis relinquimus.

Collectionis rubricae, quas de more hic apponimus, hominem scholae methodum sectantem indicant.

Corpus decretalium constitutionum, nominatum

[illegible] propter profunditatem et nimiam claritatem divinorum praeceptorum, quae continentur in ipso.

Quod dividitur in decem libros. Primus inscribitur de doctrina. Secundus de baptismo. Tertius de sacramento altaris. Quartus de ecclesia. Quintus de episcopatu. Sextus de clericatu. Septimus de conjugio. Octavus de judiciis. Nonus de festis. Decimus de potestate ecclesiae.

Agit liber primus de sex causis. 1) De auctoritate et ratione. 2) De scripturis canonicis. 3) De consuetudine. et usu 4) De conciliis et canonibus. 5) De compendio fidei. 6) De legibus imperatorum.

Secundus liber agit de totidem. 1) De sacramento quod sit. 2) De originali peccato. 3) De exorcismo et catechismo. 4) De virtute baptismatis. 5) De ministris sacramentorum. 6) De consignatione pontificum.

Tertius liber agit de totidem. 1) De visibili sacrificio. 2) De institutione ipsius. 3) De prima ejus haeresi. 4) De incorruptibilitate illius. 5) De praesentaneo statu Christi. 6) De administratione sacrificii.

Quartus liber tractat de totidem. 1) De unitate ecclesiae. 2) De fundatione ipsius. 3) De statu ecclesiastico. 4) De thesauris, decimis et redditibus. 5) De quiete et securitate sacrorum. 6) De custodia rerum ecclesiasticarum.

Ratiocinatur liber quintus de septem. 1) De episcopi unitate. 2) De ordinatione papae. 3) De electione pontificum. 4) De consecratione eorum. 5) De conversatione ipsorum. 6) De translatione eorundem. 7) In quo regibus subjiciantur.

Causatur liber sextus de sex. 1) De officio clericorum. 2) De celebrandis ordinibus. 3) De lege privata vel publica. 4) De dignitatibus dividendis, 5) De castimonia clericorum. 6) De reparatione post lapsum.

Liber septimus agit de septem. 1) De matrimonio et origine ejus. 2) De contractu sponsalitii. 3) De re conjugii. 4(De vita conjugali. 5) De cavendis in conjugio. 6) De gradibus cognationis. 7) De solutione conjugii.

Octavus liber tractat de decem. 1) De quaerenda judicii veritate. 2) De synodis celebran-

dis. 3) De judiciis episcoporum. 4) De restitutione spoliatorum. 5) De pastoribus non accusandis. 6) De qualitate accusatorum et testium. 7) De judiciis largiendis. 8) De appellatione facienda. 9) De purgatione sacerdotum. 10) De non deponendis episcopis nisi per papam.

Nonus liber agit de novem. 1) De haeresi. 2) De simonia. 3) De schismate. 4) De juramento et mendacio. 5) De usura et helemosina. 6) De homicidio. 7) De jejunio. 8) De sortilegio. 9) De gentilibus et judaeis.

Decimus liber ratiocinatur de tribus. 1) De excommunicatione. 2) De monachatu. 3) De poenitentia.



CAPUT VI.

S. Anselmi Lucensis canonum collectio.

Omnium quotquot Gratianum praecesserunt canonum collectorum tum sanctissimus tum doctissimns fuit S. Anselmus Lucensis. Ab Anselmo episcopo quondam lucensi, qui sub nomine Alexadri II. a. 1061 ad summum ecclesiae principatum evectus est, anno 1075, episcopus lucensis designatus et a S. Gregorio VII Alexandri successore rite consecratus fuit. [1])

Ob eximiam, qua praeditus fuit, sanctitatem a Mathilde celeberrima Hetruriae comitissa electus, ut ipsi a confessionibus esset, S. Gregorium septimum tum opere tum scriptis, uti narrat Paulus Bernriedensis [2]) ordinis s. Benedicti monachus in Bavaria et s. Anselmi coaevus, strenue defendit, atque ipsius causa aerumnas et persecutiones animo prorsus intrepido sustinuit. S. Anselmus ecclesiae et ordinis s. Benedicti, cujus alumnus fuit, immortale orna-

---

1(Juvat Domnizorum presbyterum O: S. Benedicti Canossensem et S. Anselmii coaevum de sancto nostro loquentem andire:

Huic similis, credo, fuit hoc in tempora nemo.
Officium duplex monachorum Pontificumque
Nocte die complens, corpus macerabat ut hostem;
Catholicus, coelebs, pius et sobrius fuit aeque.
De cujus vere tristantur morte fideles;
Schismatici gaudent: erat his contrarius autem,
Quem sibi commissum per Gregorium Comitissa,
Ut decuit digne sepelivit moesta benigne,
Artus Anselmi condivit Mantua terris:
De quo quod gliscit, monstrasti, Christe, Mathildi:
Nam virtute tua fecit miracula plura.
Servulus iste tuus de sanctis extitit unus
Catholicae parti signum quasi debilitatis,
Inde triumphando gaudet Comitissa precando.

Vita comitissae Mathildis auctore Domnizone lib. II. cap. 3. apud Muratori SS. rer. ital. T. V. pag. 369.

2) Hic introducendus videtur praecipuus virtutum ejus sectator et haeres, beatus videlicet Anselmus Ecclesiae lucensis antistes: qui ante omnia id studii semper habuit, ut imitaretur eum in omnibus, adeo ut discrepare ab illo prorsus nollet in aliquo. Deinde quidquid in eo fuit, illius semper meritis attribuit. Gregorius namque veluti fons erat, Anselmus quasi rivus fluebat, et arida irrigabat. Ille quasi caput totum corpus gubernabat; iste ceu manus studiosa, quod injunctum superabat. Ille sicut sol illuminavit omnia; iste velut splendor declaravit singula. Append. ad Marianum Scotum ad a. 1082.

namentum, Mantuae XV. Calend. April: a. MLXXXVI exul diem supremum obiit.

Varia s. Anselmus in ecclesiae illiusque summi hierarchae Gregorii VII. defensionem opera conscripsit; quorum aliqua typis edita sunt, alia, ut ipse s. episcopi poenitentiarius ac biographus jam adnotat [3]) memoria retinentur, et, ut suspicari licet, in bibliothecis latent. Principem vero inter ipsius opera locum sine dubio celeberrima canonum collectio obtinet, quam, adhortante atque suadente Gregorio VII, adornasse vero simillimum est. Id enim operis epigraphe demonstrare videtur, quam inclitae Barberiniorum bibliothecae codex ante medium saeculum decimum tertium exaratus exhibet, quaeque ita se habet: *Incipit authentica et compendiosa collectio regularum et sententiarum Ss. Patrum et auctorabilium conciliorum facta tempore Gregorii sanctissimi papae a B. Anselmo lucensi ejus diligenti imitatore et discipulo, cujus jussione et praecepto desideranter consummavit hoc opus*. Eandem inscriptionem habent codex vaticanus num. 3531. cartaceus, nec non duo parisienses, bibliothecae regiae alter, bibliothecae vero celeberrimi Maurinorum monasterii s. Germani a pratis alter, qui tamen omnes nonnisi praelaudati codicis apographa sunt.

Quamquam vero haec inscriptio non ab ipso s. Anselmo operi suo apposita videatur, nihil tamen ex eo deduci potest, quod nostram sententiam evertat, cum eadem plane manu, qua ipse codex exaratus est, conscripta sit, ac proinde tanquam cujusdam s. Anselmi coaevi testimonium considerari possit. Accedit quod codex iste barberinius Lucae exaratus esse videatur. In ejus enim exordio tum charta manumissionis, tum littera, quam dicere solemus formata, in ecclesiae lucensis usum conscriptae extant. Celeberrimus

3) Multa sibi sacris ex scripturis divinitus exposita cognovimus, quorum aliqua ab ipso habemus scripta, aliqua retinemus in memoria: multos libellos propriis manibus conscripsit: Apologeticum unum ex diversis sanctorum patrum voluminibus compilavit, quibus Domni Papae sententiam et universa ejus facta atque praecepta canonicis defenderet rationibus et approbaret orthodoxis auctoritatibus. In lamentationes Hieremiae dilucidissimam fecit expositionem: Psalterium quoque rogatu benedictissimae Dei ancillae Mathildae exposuit loculentissime, breviter quidem, sed utiliter, usqoe ad illum in locum, ubi ait: *Benediximus vobis in nomine Domini.* Vita S. Anselmi §, 20. pag. 654. apud Bolland. Acta SS. ad 18. Martii. T. 2. pag. 654. et apud Mabillon. Acta SS. O. S. Benedicti saec. VI. P. 2. pag. 480. edit. Venet. Eadem S. Anselmi vita una cum variis ejusdem sancti opusculis a celeberrimo Luca Waddingio edita fuit. Romae 1657. in 4.

Dom. Mansius, archiepiscopus quondam lucensis, et doctissimus sacrorum conciliorum editor hanc manumissionis chartam ex nostro codice excripsit et typis pervulgavit 4).

Caeterum idem codex versus quosdam in s. Anselmi opus exhibet, qui eundem ac inscriptio auctorem habere videntur, quosque hic apponere lubet.

In trinitatis nomine
Sanctae et individuae
Incipit hinc feliciter
Istius libri series
Quem scilicet ex Italia
Anselmus, quique pontifex
Lucanae fuit ecclesiae,
Vir prudens ac catholicus
In Christi fide fervidus
Carpsit ex toto canonum
Et patrum sanctorum corpore.

Anselmiani operis codices quod attinet, maxime inter se varii sunt. De qua re consule ea, quae doctissimi fratres Balleriniii disserunt 5). Codices nimirum in multis locis interpolati sunt, iisque documenta plurima inserta conspiciuntur, quae Anselmo tum priora tum posteriora sunt.

Inter ea quae posteriora sunt, synodi placentinae a. 1109 habitae capitula, nec non summorum pontificum Urbani II, Calixti II, Paschalis II, immo et Innocentii II. epistolae quaedam decretales habentur. Unde factum esse putamus, ut nonnulli hanc collectionem s. Anselmo lucensi tribuendam esse negaverint, quorum vana argumenta a fratribus Balleriniis docte et scite explosa sunt, ad quos proinde benignos lectores remittimus, cum nos in hac nostra dissertatione, quam de s. Anselmi canonum collectione inscripsimus, ea tantummodo daturi simus, quae virorum illorum sagacitatem effugerant vel quae anselmiani operis naturam atque indolem melius declarare possunt.

---

4) Ampliss. collect. Concilior. T. XVIII. p. 221.
5) De antiquis canonum collectionibus, etc. P. IV. cap. 13. pag. 640-643. edit. cit.

Ceterum documenta illa, quae uti diximus anselmianae collectioni adjecta sunt, in singulorum librorum fine passim addita conspiciuntur. Ita ad libri septimi calcem in codice bibliothecae Barberinianae Innocentii II decretales habentur, quas celeberrimus Sartius typis edidit [6]. Nos hic dabimus aliam ejusdem Innocentii II. epistolam ad libri decimi calcem in codice vaticano num. 1364 adscriptam. Idem codex in fine libri sexti alteram Urbani II. epistolam *dilecto filio Lucio praeposito ecclesiae s. Juventii apud Ticinum directam* habet, quam Mansius publici juris fecit [7]. Gratianus eandem Urbani P. epistolam integram fere decreto suo C. 1. q. 3. c. 8. inseruit. Superius jam ex codice vaticano num. 1363, qui eandem s. Anselmi collectionem exhibet, quandam Silvestri P. II. decretalem epistolam ad libri undecimi finem adscriptam dedimus [8].

Plurima vero ex istis documentis sive Anselmo priora sive posteriora, quae in anselmianae collectionis codicibus reperiuntur, in illis etiam collectionibus extant, quae ex Anselmi collectione decerptae sunt, quarum nonnullas supra recensuimns [9]. Quod prae caeteris ex collectione, quam Bonnizo sutrinus episcopus et s. Anselmi coaevus paullo post anno 1089 composuit et *Decretale* seu syntagma decretorum ecclesiasticorum inscripsit, dein ex illis, quas Gregorius presbyter et Deusdedit [10] ardornarunt, nec non ex anselmia-

---

6) De claris archigymnasii Bononiensis professoribus T. I. in eppend. num. V. pag. 191–194. Bononiae 1769. fol.

7) Ampliss. collectio concil. T. XX. pag. 660–663. Innocentii epistola est: *Ut homines non prohibeantur accipere monachilem habitum in fine, neque sepeliri in monasteriis nisi excommunicati.*

Innocentius, episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus R. mediolanensi archiepiscopo, Ar. cumano et J. laudensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum est ad aures nostras quod contra romense ecclesiae privilegia quaedam nova et inaudita in vestris parochiis statuere contendatis, ut videlicet nullus deinceps saecularium in monasteriorum cimiteriis tumulatur. Et si quis infirmitate praeventus se monachum fieri postulaverit, nullatenus suscipiatur. Mandamus itaque vobis et universo clero vestro quatenus ab hujusmodi praesumptione omnimodis desistatis, et eos qui in vita vel in morte in monasteriis converti, vel sepeliri decreverint, ut juxta consuetudinem hactenus habitam, eis liberam licentiam permittatis per apostolica vobis scripta mandando praecipimus, nisi forte excommunicati fuerint. Dat. Later. VIIII. Maji. Cod. Vatic. num. 1364. fol. 255.

8) Syllogis nostrae dissert. V. cap. 3. adnot. 24. pag. 318.

9) Ballerinii loc. cit. P. IV. cap. 15. pag. 657–661.

10) Ballerinii loc. cit. P. IV. cap. 14. pag. 646–656.

nis excerptis, vindobonensi [11]) nempe, et cassinensi [12]), ac denique ex amplissima illa et a nobis saepius laudata canonum collectione apparet, quae olim in celeberrima societatis Jesu bibliotheca Parisiis extabat, nunc vero Berolini, in clarissimi Savignii bibliotheca asservatur. Hinc facillime fieri potuit, ut ejusmodi documenta ex istis collectionibus, quae omnes cum anselmiano opere maximam similitudinem habent, desumerentur atque codicibus, in quibus Anselmi collectio describebatur adjungerentur.

Sed jam de codicibus MSS. anselmianis nonnulla dicenda esse videntur. Nos in elaborandis nostris in Anselmi et Gratiani opera disquisitionibus tum vaticanos tum parisienses codices inspeximus. Codices parisienses parum aut nihil ad rem facere possunt, quippe qui omnes recentiores, et prout jam superius adnotavimus, ex codicibus romanis, barberiniano scilicet et vaticano num. 4993, paucis solummodo, quae alii anselmiani codices forsitan vaticani suppeditarunt adjectis, exscripti sunt. Codex vaticanus modo citatus cartaceus atque nullius pretii, jussu sacrae congregationis de emendatione decreti Gratiani conscriptus est. Librarius omnes operis anselmiani codices vaticanos ad suum codicem exarandum adhibuisse, atque capitula quae unus prae aliis plura exhibet, in suum codicem recepisse videtur. Hujusmodi codice correctores romani prae caeteris usi sunt, unde factum credimus, quod plurima capita, quae tamquam ex Anselmi collectione a Gratiano mutuata afferunt, in genuinis illius operis codicibus minime inveniantur.

Codex barberinianus, qui vaticano mox laudato simillimus est, septem priores tantummodo collectionis libros complectitur, ac parum aut fere nihil rei criticae adjumento esse poterit ex eo, quod nimis interpolatus sit. Doctissimus Sartius ordinis Camaldulensis decus, quem de juris civilis et canonici antecessorum historia optime meritum esse constat, operi, quod de claris archigymnasii bononiensis professoribus publici juris fecit, accuratam ac diligentem ejusdem codicis illustrationem inseruit [13]).

Restat ut de aliis duobus codicibus vaticanis n. 1363 et 1364

11) Vide dissert. nostram de Pseudo-Ivonis decrete supra pag. 186.
12) Vide Dissert. nostrem quintem cap. 5. §. 1. pag. 338. sq.
13. Loc. cit. Cf. Adnot. 6. hujus capitis.

signatis pauca dicamus, posterior mancus est et libro undecimo caret. Uterque membranaceus ac elegantissimus medio, uti videtur, saeculo duodecimo conscriptus est. Codex vero num. 1364. longe praestantior et mira diligentia exaratus. Nos etsi hisce duobus codicibus prae caeteris usi simus, nequaquam tamen reliquos adire neglexi- mus, in iis praesertim, quae ad restituendam capitulorum seriem, quam in omnibus fere anselmiani operis codicibus turbatam esse deprehendimus, aliquid inservire posse videbantur.

Anselmus opus suum in tredecim libros divisit, quorum singuli prout rerum tractandarum argumentum expostularet, tum majorem tum minorem capitulorum numerum complectuntur. Juvat librorum rubricas una cum capitulorum numero ex Balleriniorum opere hic apponere:

Lib. I. *De primatu et excellentia romanae ecclesiae.* Alias *de potestate et primatu apostolicae sedis.* c. 90. al 91. vel 94.

II. *De libertate appellationis.* Alias *de primatu romanae ecclesiae et libertate adpellationis.* c. 78. al 81. vel 82.

III. *De ordine accusandi, testificandi et judicandi.* c. 117. al 124. vel 127. vel 131.

IV. *De privilegiorum auctoritate.* c. 55. vel 56. aut 57.

V. *De ordinationibus ecclesiarum, et de omni jure ac statu illarum.* Alias *de ordinatione et jure ac statu ecclesiarum.* c. 71. al 83. vel 93.

VI. *De electione et ordinatione ac de omni potestate, sive statu episcoporum.* c. 201. al 203. vel 207,

VII. *De vita et ordinatione clericorum.* Alias *de vita et ordinatione presbyterorum, diaconorum et reliquorum ordinum.* c. 207. vel 209. aut 213.

VIII. *De lapsis.* c. 39.

IX. *De sacramentis.* c. 74. al 69.

X. *De conjugiis.* c. 63. al 68. vel 70. aut 76.

XI. *De poenitentia.* c. 174. al 179.

XII. *De excommunicatione.* c. 75.

XIII. *De vindicta et persecutione justa.* c. 28. al 29. vel 34.

Ad methodum quod spectat, quam Anselmus in suo opere compilando adhibuit, illum ab antecessorum vestigiis minime recessisse deprehendimus. Summorum pontificum decretales litteras modo in-

tegras modo in partes discerptas compilationi inseruit, in quibus recipiendis potius Burchardi wormatiensis decretum, quam aliam illam Anselmo dedicatam collectionem adhibuisse dicendus est.

Minime necessarium ducimus, ut modum fusius explicemus quo Anselmus Burchardi decreto usus est, cum hoc a viris doctissimis Antonio Augustino et Stephano Baluzio satis superque demonstratum fuerit. Illud unum praetermittere non possumus, quod burchardiana capitula in septem prioribus Anselmi libris raro admodum occurrant, in reliquis vero ejusdem libris Burchardi decretum saepissime adhibitum fuerit. Ad priores nempe illos libros compilandos Anselmus collectionem Anselmo dedicatam adiit [14], eaque eodem modo usus est, quo hoc ab aliis canonum collectoribus factum esse jam saepius animadvertimus.

Verum praeter ea decretalium pontificiarum documenta, quae Anselmus tum ex Burchardi decreto, tum ex collectione Anselmo dedicata excerpsit, alia quaedam summorum praesulum decreta in Anselmi lucensis opere inveniuntur, quae ex ipsis archivii romani scriniis desumpta esse videntur. Huc referenda censemus excerpta nonnulla inscripta ex libro pontificum romanorum, quae res more historicas exhibent, atque a rebus, quae Anastasius bibliothecarius in opere quod vulgo sub eodem *libri pontificum* titulo notum est, narrat, in multis diferunt [15]. Frequenter etiam loca quaedam

---

14) Pauca tantum exempla haec probent. Sequentia capitula collectionis Anselmo dedicatae in opus s. Anselmi transierunt.

Ans. dic. lib. I. cap. 1. 10. 11. 17. 20. 21. 24. 27. 31. 38. 41. 42. 52. 64. 65. 67.

Ans. lucens. Lib. III. c. 1. lib. II. c. 4. lib. I. c. 67. 34. lib. II. c. 47. lib. I. c. 14. 17. lib. II. c. 8. 49. 75. lib. I. c. 35. lib. IV. c. 29 lib. II. c. 62. 37. 25.

Ans. dic. lib. II. cap. 81. 86. 192 194. 195.

Ans. lucens. lib. VI. c. 164. 167. lib VII. c. 108. 109. 110

Ans. dic. lib. III. cap. 28. 32. 36. 44. 46. 52. 68. 73.

Ans. lucens. lib. III. c. 34. 30. 13. 35. 55. 14. 44. 46.

Ans. dic. lib. IV. cap. 138. 141. 151. 152. 156. 157. 158.

Ans. lucens. lib. VII. c. 60. 59. 58. 57. 55. 54. 52. etc.

Capitula haecce modo indicata Anselmiana in nulla alia canonum collectione quam in illa Anselmo dedicata occurrunt.

15) Vide quae de Athanasii bibliothecarii libro pontificum docti ejus editores L. A. Muratorius, Blanchini et Vignoli adnotent. Haud spernenda est doctissimi Pertzii, recentissimi monumentorum Germaniae editoris, disquitio de Anastasio nostro in itinere ejus italico Hannoverae a. 1823. edito.

ex *libro diurno romanorum pontificum* [16]; nec non ex *ordine romano* [17] desumpta occurrunt, quorum alia genuinam documentorum inscriptionem prae se ferunt, alia ejus generis monumenta quam plurima continent, quae ad veterem ecclesiae disciplinam illustrandam maximi momenti sunt. Sic, ut unum tantum exemplum proferamus habetur in libri sexti capite 49 celeberrima Joannis P. VIII. constitutio de jure cardinalium, quam Mansius in sua conciliorum collectione typis mandavit [18].

Nullae, uti jam adnotavimus RR. PP. decretales in genuina s. Anselmi collectione deprehenduntur; quae decretalibus a s. Gregorio VII editis recentiores sint; ejusdem vero pontifices canones, in conciliis romanis editi, collectioni inserti sunt. Caeterum decretales litterae ab Ansel. aductae non raro ampliores accuratioresque inscriptiones apud ipsum quam apud alios canonum collectores habent; subscriptiones quoque saepissime illis additae sunt [19], quin imo Anselmus eas aliquando in iis etiam decretalibus litteris affert, in quibus in ipsis decretalium regestis desiderantur. Sic e. gr. libri decimi caput sextum .. Gregorii Magni *ad Velocem magistrum militum* [20] datam litteram exhibet una cum subscriptione: *Data die V. kalend. Octobris indictione decima*, quae subscriptio adnotantibus doctissimis

---

16) *Liber diurnus romanorum pontificum* typis primum excusus fuit e docto J. Garnerio S. J. Parisiis 1680. Mabillonius in Museo italico T. I. pag. 33. sq. monumenta quaedam inedita in appendicem libri diurni adjecit, quae una cum libro ipso diurno a Garnerio edito recusit 1) Chr. God. Hoffmann. Nova scriptorum et monumentorum collectio Lipsiae 1735. Tom. secundus in 4. 2) P. J. de Riegger Viennae Austriae 1792 in 8.

17. Quid de hoc libro sentiendum consule eruditos editores monumentorum ordinis romani, Georgium Cassandrum, Melchiorem Hittorpium, Georgium Ferrariam, J. Mabillonium, Edm. Martenium et Durandum.

18) T. XVII. pag. 247.

29) Cf. Vide sis: lib. V. cap. 6. D. 1. de cons. c. 7. *Dat. Idib. Aprilis.* lib. V. cap. 7. Dat. XIII. kal. Aug. C. 16. q. 7. c. 26. lib. V. cap. 19. Dat. Idus Majarum Asterio et Praesidio V. V. Coss C. 13. q. 1. c. 1.

Lib. V. cap. 47. *Joannis P. VIII. decretum de ecclesiarum violatoribus*, quod Baluzius primum edidit: Miscellaneor. T. VII. pag. 352. Parisiis 1705 in 8. et T. I. pag. 402. editionis Dom. Mansi Luccae 1751. in fol. et et in ejusd. collect. concil. ampliss. T. XVII. pag. 244. lib. V. cap. 51. s. Leonis P. IX. decretum contra exemptionem monachorum cum integriori inscriptione quam quae in actis conciliorum legitur: *Leo episcopus, servus servorum Dei, omnibus fidelibus in Christo per totam Italiam. — Data Romae mense Aprilis die XX. Indictione quinta.*

Cf. Collectiones concilior. Labbe et Cossart. T. IX. col. 484. Hardouini T. VI. P. 1. pag. 961. Coleti venet. T. XI. p. 1353. Mansi T. XIX. pag. 670. — Haec pauca exempla sufficiant.

20) Regest. s. Gregorii lib. XI. ep. 3. pag. 101. edit. Venetae T. VII.

operum s. Gregorii editoribus Maurinis non nisi in uno eoque vetustissimo codice Colbertino parisiensi, nec non in s. Gregorii epistolarum collectione, quam Paulus diaconus adornaverat, invenitur. Gratianus C. 23. q. 8. c. 17. epistolam hanc fere integram, rejecta solummodo inscriptione ab Anselmo mutuatus est. Pseudo-Ivo nonnisi exiguum ejusdem epistolae fragmentum operi suo (P. X. c. 70.) inseruit.

Quod sacros conciliorum praecipue graecorum canones spectat, eos Anselmus fere omnes ex Dyonisii Exigui collectione mutuatus est. Tamen etiam alias graecorum canonum versiones, tum eam quam genuina ecclesiae hispanae canonum collectio, nuper anno nempe 1821 regiae Matritensium accademiae curis et impensis edita, exhibet, tum eam quae huic proxime accedit atque a Pseudo-Isidoro in suam collectionem recepta est. Saepius etiam unius ejusdemque canonis duplicem versionem affert, isidorianam scilicet et dionysianam. Paullo frequentior alia demum graecorum canonum versio in anselmiano opere occurrit, quae tum a modo relatis tum ab illa, quam in vetustis italicis collectionibus deprehendimus ideoque priscam versionem italam nuncupamus, quam maxime recedit.

Verum ut hujusce versionis indoles melius pateat, nonnullorum canonum tum textum graecum, tum illam eorum versionem hic apponendam esse censuimus, quam priscam italam vocamus, quamque fratres Ballerinii ex vetustis Italiae membranis primi sedulo studio collegerunt [21]) et celeberrimus dein Mansius amplissimae suae conciliorum collectioni inseruit [22]). Animadvertendum interim est, Gratianum, qui Anselmi opus fere totum in suum decretum recepit, hanc illi propriam versionem penitus neglexisse, qua de causa rei criticae studiosos haec nostra specimina grato animo suscepturos esse confidimus.

LIB. XI. cap. 36.

Ex concilio Ancirano cap. 20.

Mulieres, quae fornicantur et partus suos necant et illae, quae

---

21) Inter opera s. Leonis P. I. T. III. pag. 473—622. Venetiis 1757. fol.
22) T. VI. pag. 1109—1230.

ex utero suo conceptos excutiunt, antiqua definitio usque ad exitum vitae eas ab ecclesia removet. Nunc vero humanius definitum est; decem annos poeniteant.

Collectio codicis Saviniani lib. X. cap. 32. priora hujus canonis verba paullo aliter habet: *antiqui patres constituerunt usque ad exitum vitae.*

Prisca versio itala.

Quae erunt fornicatae, et interficiunt natos, et festinant abortivum facere, primum constitutum usque ad exitum vetuit, et hoc definito humaniore aliquid consequantur, constituimus eas decennio tempore, secundum gradus qui sunt constituti.

Apud Ballerinios loc. cit. pag. 488. et Mansium. Tom. VI. pag. 119.

Textus graecus hujus canonis audit.

Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορευουσῶν καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γυνώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν, ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ τουτῷ συνπίθενται. Φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους.

Apud Mansium T. II. pag. 520.

Lib. VI. cap. 141.
Ex conc. chalced. cap. 26.

Ut omnis ecclesia habens episcopum habeat oeconomum.

Quoniam, ut in quibusdam ecclesiis reperimus, sine oeconomis res ecclesiasticas tractant episcopi, placuit omnino, ut omnis ecclesiae habens episcopum etiam oeconomum habere de proprio clero, qui res ecclesiasticas dispenset cum consensu episcopi sui ne cum dispensatio sine testimonio fuerit, res ecclesiasticae dispensae sint ad contumeliam pontifici irrogandam. Si vero hoc non fecerint, reos eos sanctis subjacere canonibus judicamus.

Versio prisca.

Quoniam in quibusdam ecclesiis, sicut reperimus, sine oeconomis res ecclesiastica tractatur, placuit omnem ecclesiam episcopum habentem oeconomum habere de suo clero dispensantem ecclesiasticas res cum voluntate sui episcopi, ut ne sine testimonio sit dispensatio ecclesiae, et ex hoc dispergantur ejusdem ecclesiae res, et detractio infligatur sacerdotum (sacerdotio). Si vero hoc non fecerit, subjacere eum sacris canonibus.

Apud Ballerinios pag. 622. Mansium pag. 1230.

Textus graecus hujus canonis:

Ἐπειδὴ δὲ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα· ἔδοξε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν, καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου τὰ τῆς ἐκκλησίας σκορπίζεσθαι πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσι.

Mansi Tom. VII. pag. 368.

Gratianus canonem hunc concilii chalcedonensis bis recepit ex versione Pseudo-Isidori. D. 89. cap. 4., et ex versione Dionysii exigui. C. 16. q. 7. c. 21.

Capitulum 156. libri septimi collectionis s. Anselmi exhibet fragmentum perexiguum canonis 24 concilii antiocheni ex versione nostra prisca itala.

Praeter eos conciliorum graecorum canones, quos ex modo dictis versionibus mutuatus est Anselmus, plurima eorundem capita ex capitulis s. Martini braccarensis et Hadriani P. desumpsit. Priora passim cum inscriptione: *ex concilio Martini Papae*

braccarensis, seu *ex decreto Martini P.* occurrunt, quorum plurima Gratianus sub eadem Martini. P. braccarensis, seu concilii Martini P. inscriptione in suo decreto affert [23]). Inde factum esse credimus, quod nonnulli ejusmodi capitula s. Martini P. I. adscribere voluerint, eundemque sanctissimum pontificem tamquam veteris ecclesiasticae disciplinae corruptorem insimulare audereut, propterea quod permiserit, ut bigami in minoribus ordinum gradibns permanere possint. Recentiornm nonnulli eousque protervIæ progressi sunt, ut haec Pseudo-Martini P. capitula in suae opinionis suffragium adducerent, atque episcopos nostris quoque temporibus in irregularitate ad ordines minores suscipiendos dispensare posse contenderent. At quantum hoc a vero distet, nemo est, qui ignoret, et summus Pontifex Sixtus V ejusmodi cavillationes satis superque explosit. [24])

In indice alphabetico, quem in praecipuas quibus, Gratianus usus est, canonum collectiones elaboravimus, passim falsam Martini braccarensis inscriptionem retinuimus, quoties nempe illam in veteribus collectionibus invenimus.

Caeterum s. Martini braccarensis capitula, uti notum est, omnibus tum spuriae tum genuinae collectionis Isidorianae codicibus inserta sunt. Jacobus Merlinius una cum Pseudo - Isidori collectione primus ea vulgavit, ac dein in omnes fere conciliorum collectiones transiernnt. Mansius eadem ex Garsiae Loaisae et P. Labei S. J. recensione recusit [25]) quod etiam Justellus [26]) et Harduinus [27]) fecerunt. Posterior cum adnotet se capitula ista in amplissima collegii S. J. parisiensis canonum collectione ms. invenisse, non de alia,

23) D. 50. c. 44. C. 26. q. 5. c. 3. et C. 32. q. 5. c. 9. Reliqua, quae ex hisce Martini braccarensis capitulis, in Gratianum abierunt sunt: D. 18. c. 15. D. 23. c. 32. D. 24. c. 7. D. 27. c. 1. D. 28. c. 12. D. 30. c. 17. D. 34. c. 12. 17. et 18. D. 44. c. 12. D. 50. c. 8. et 22. D. 54 c. 7. D. 55. c. 9. D. 63. c. 6. D. 64 c. 7. D. 65. c. 2. D. 92. c. 3. 4. et 9. D. 95. c. 11. C. 1 q. 1. c. 67. C. 1. q. 7. c. 22. C. 6. q. 4. c. 2. C. 8. q. 1. c. 4. C. 9. q. 3. c. 1. C. 10. q. 2. c. 7 et 8. C. 11. q. 3. c. 7. C. 12. q. 1. c. 20. C. 14. q. 4. c. 4. C. 15. q. 8. c. 4. C. 17. q. 4 c. 38. C. 21. q. 5. c. 5. C. 26. q. 5. c. 3. C. 26. q. 6. c. 6. C. 26. q. 7. c. 13. C. 27. q. 1. c. 8. et 26 C. 32. q. 7. c. 9. C. 33. q. 4. c. 9. D. 1. de cons. c. 29. D. 2. de cons. c. 4. et 18. D. 3. de cons. c. 7. D. 4. de cons. c. 59. 116. et 124.

24) Fagnanus in commentario ad caput secundum de bigamis. T. I. pag. 450. Venetiis 1709. fol.

25) Concil. T. IX. pag. 845—860.

26) Bibliotheca juris canonici veteris T. I. in append. p. 7—32. Parisiis 1661. fol.

27. Collect. concil. T. III. pag. 390.

quam de illa canonum collectione locutus esse videtur, quae in Saviniano codice a nobis saepius comemorato continetur. Codex enim iste olim in illa collegii Soc. J. bibliotheca Parisiis servabatur, atque ipsa collectio integra ex s. Anselmi lucensis opere desumpta est. Posteriores canonum collectores, qui ex *decretis* seu ex *concilio Martini papae* s. Martini capitula citant, nullomodo codicis Saviniani collectionem, uti fratres Ballerinii opinantur [28]), sed ipsum s. Anselmi lucensis opus prae oculis habuerunt.

Ad Hadriani P. capitula quod attinet, ea Anselmus vel singulatim vel plura simul sese invicem excipientia sua collectioni inseruit. Quae singulatim hinc illinc in diversis libris sparsa deprehenduntur passim *ex decreto Hadriani P.* inscripta sunt; quod si vero eorum seriem recepit, vulgarem inscriptionem iis praefixit. Sic. e. gr. post 85. libri tertii caput sequentia Hadriani P. capitula exhibentur: 22. 50. 52. 53. 54. 55. 72. et 80. et quidem cum hac inscriptione. *Incipiunt capitula, quae ex graecis et latinis canonibus et synodis romanis atque decretis praesulum ac principum romanorum sparsim collecta sunt, et Angelramno mediomatricae urbis episcopo Romae a beato papa Hadriano tradita sunt XIII. kal. Octobris Indictione IX. quando pro sui negotii causa agebatur.* Integra capitulorum Hadriani pont. series, hac eadem inscriptione praemissa in plurimis vetustis Pseudo-Isidorianae collectionis codicibus exstat, unde Anselmus sine dubio sua capitula deprompsit. Gratianus saepissime eadem capitula affert [29]), atque Antonius Augustinus ea integra doctissimo commentario instructa publici juris fecit [30]).

---

28) Loc. cit. P. IV. cap. 2. pag. 578—582. Omnium doctissime de hisce s. Martini bracarensis capitulis disseruit Antonius Augustinus; de emendatione Gratiani dialogor. lib. prior dialog. X. XI. et XII: apud Galland. T. II. pag. 290—314. ed. cit. et post eum Carol. Sebast. Berardus, antecessor taurinensis, in opere: Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati. Venetiis 1777. T. I. cap. 33. pag. 292—309.

29) C. 2. q. 3. c. 3. et 4. C. 2. q. 6. c. 40. C. 2. q. 7. c. 50. et 33. C. 3. q. 5. c. 7. C. 3. q. 6. c. 16. et 18. C. 3. q. 7. c. 1. C. 3. q. 11. c. 3. C. 4. q. 6. c. 4. C. 5. q. 1. c. 1. C. 5. q. 3. c. 1. et 2. C. 5. q. 6. c. 1. et 5. C. 6. q. 1. c. 2. et 6. C. 11. q. 1. c. 48. et 49. C. 25. q. 4. c. 3. et C. 25. q. 1. c. 11.

30) Operum T. III. pag. 349—369. Lucae 1767. fol. Mansius capitula Hadriani P. una cum Ant. Augustini commentario recusit collect. concil. T. XII. pag. 903—936. Vide quae C. Seb. Berardus de hisce capitulis adnotat: Gratiani canones etc. T. I. pag. 350—355. ed. cit.

Praeter haec monumenta, quae ecclesiastica sunt s. Anselmus plura fragmenta, tum ex jure romano, tum ex regum francorum capitularibus recepit, quae ad res ecclesiasticas spectant. De juris romani usu vide quae a Reisachio in dissertatione, quam de hae re nostris disquisitionibus adjunxit [31]) dicta sunt, ubi indicem quoque a clariss. Savinio adornatum invenies, in quo omnia capitula ab Anselmo ex jure romano mutuata notata sunt.

Gratianus, ut jam saepius admonuimus s. Anselmi collectione in adornando decreto quam maxime usus est, ita quidem, ut si celebrem canonum collectionem, quam tripartitam nuncupamus, et Ivonis panormiam excipias, nullo canonum opere tam frequenter usus esse dicendus sit. Quod cum celeberrimi *correctores romani* animadverterent, singulis Gratiani capitulis ex anselmiano opere desumptis, ejusdem et libri et capitis numerum in margine addiderunt.

Caeterum in excerpendo s. Anselmi opere Gratianus eandem omnino methodum retinuit, quam ab eo quoad collectionem tripartitam atque Ivonis Panormiam observatam fuisse demonstravimus [32]). An-

---

31) In sylloge nostra dissertatio IV. pag. 219—268.

32) Gratianus in quantum fieri potuit, ordinem operis Anselmiani sequutus est; pauca tantummodo exempla hoc comprobent.

Ans. lib. I. cap. 11. 16. 31. 37. 39. 57. et 65.— C. 24. q. 1. c. 18. 15. 16. 10. 13. 22. 25. lib. I. c. 20. 25. 54.— C. 9. q. 3. c. 13. 14. 15.— lib. I. c. 33. 44. 46. 50.— C. 25. q. 1. c. 1. 2. et 4.

Ans. lib. II. cap. 6. 7. 8. 10.— C. 2. q. 6. c. 8. 6. 4. 2.

Ans. lib. III. cap. 6. 13. 15. 17.— C. 3. q. 5. c. 13. 2. 4. 7. lib. III. Cap. 65. 66. 67.— C. 1. q. 1. c. 20. 4. et 5.

Ans. lib. IV. cap. 1. 2. 5. 6. 7.— C. 25. q. 2. c. 1. 2. 7. 8. 9.

Ans. lib. V. cap. 1 2. et 3.— C. 24. q. 1. c. 18. 19 20. lib. V. c. 4. 5. 6. 12. 16. 17. 21. 22. 23.— D. 1. de cons. c. 6. 5. 7. 19. 36. 38. 21. 22. 16. Lib. V. c. 59. 60. 61.— C. 18. q. 2. c. 25. 26. 27. lib. V. c. 72. 73. 74. 75.— C. 26. q. 7. c. 40. 36. 35. 33.

Ans. lib. VI. cap. 27. 28. 29. 30. 31.— D. 79. c. 9. 4. 3. 5. 6. lib. VI. c. 42. 43. 54. 56.— D. 64. c. 6. 8. 1. 5. lib. VI. c. 64. 65.— C. 7. q. 1. c. 5. et 6. lib. VI. c. 91.— 95. 97. 99. 100.— D. 100. c. 1. 2. 9. 7. 8. 5. 11. 4. lib. VI. c. 100—106. 107—111.— C. 7. q. 1. c. c. 34. 43. 31. 34. 35. 42. 44. lib. VI. c. 121. 123. 129. 130.— C. 23. q. 8. c. 26. et 27.— D. 99. c. 4. et 5.

Ans. lib. VII. cap. 2–8.— C. 12. q. 1. c. 5. 8. 9. 3. 10. 11. 14. 1. lib. VII. c. 18–20 21–23. 32– 34.— D. 50. c. 60. 56. 58.— D. 98. c. 1–3.— D. 55. c 6. 7. 12. lib. VII. c. 38–40.— D. 75. c. 3. 4. 7. lib. VII. c. 48–55.— D. 33. c. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 11. 7. lib. VII. c. 56–58. 66 et 67. 108–110. 114 et 115.— D. 93. c. 13–15.— D. 92. c. 1. et 2.— D. 38. c. 3–5 D. 68. c. 4 et 5.

Ans. lib. VII. c. 140–142.— D. 81. c. 20. 21. 30. 31.— lib. VII. c. 185. 186.— C. 18. q. 2. c 19. et 20.

Ans. lib. IX. cap. 22. 23. 25.— D. 5. de cons. c. 1. 2. et 3.

selmi capitula aut integra aut in partes dissecta recepit [33]), nonnunquam etiam plura duo vel tria se invicem sequentia retentis eorum inscriptionibus in unum conjunxit. Saepius capitulis pauca verba addidit, in aliis vero quaedam reliquit. Inscriptiones quae apud Ansel. longiores erant, Gratianus contraxit, quod etiam cum summulis, singulis capitulis ex more praefixis, fecit. Epistolarum decretalium subscriptiones, quas Anselmus saepissime exhibet, fere omnes omisit.

Quae cum ita sint dubium non est anselmianae collectionis ope multa Gratiani capitula, quorum inscriptiones aut deperditae aut depravatae sunt, restitui, textumque ipsum, qui nonnunquam magis integer ac correctior in s. Anselmi collectione, quam in Gratiani decreto deprehenditur, emendari posse. Nimis longum atque a nostro instituto plane alienum esset, si singula gratianeae collectionis capitula adnotare vellemus, quae ope collectionis anselmianae corrigi possunt. Attamen pauca quaedam hic exempla dabimus, ut pateat quanti momenti sit Anselmi opus pro iis, qui critices ope gratianei decreti textum emendatiorem reddere student.

Ans. lib. X. cap. 7–9. 18–20.— C. 27. q. 2. c. 50. 46. 49. 19. 21. 22.— lib. X. c. 27. 28.— C. 30. q. 3. c. 1. et 2.

Ans. lib. XI. cap. 51–54 130 et 140.— C. 22. q. 5. c. 1–4.— D. 1. de poenit. c. 81. et 82.

Ans. lib. XII. cap. 13. 14. 16. 18. 25–27. 32–34. 36.— C. 11. q. 3. c. 16–19. 27. 6. 9. 20. 3–5. lib. XII. c. 41. 42. 44. 48. 52.— C. 24. q. 1. c. 31. 33. 34. 23. 30. lib. XII. c. 45–47. 49–50. 53. 54–56. 64. et 65.— C. 23. q. 5. c. 42–45.— C. 24. q. 3. c. 26–28. 31.— C. 23. q. 4. c. 37–39. 18. 4.

Ans. lib. XIII. cap. 3. et 4. 10–12. 15. 16. 28. et 29.— C. 23. q. 1. c. 1–3.— C. 23. q. 5. c. 1–3.— C. 23. q. 4. c. 42. et 43. 48. et 49.

33) Ita ex gr. cap. 152. libri XI. in sex partes discerpsit: D. 1. de poenit. cap. 50–56.

LIB. IV. cap. 3. *Privilegium omnino*
C. 11. q. 3. c. 63.

Gratianus ex solo Anselmo capitulum hocce mutuatus est, idem vero inscripsit: *Ex registro Gregorii M.* Anselmus offert genuinam ipsius inscriptionem: *Simplicius P. Joanni episcopo Ravennati*. Hard. T. II. p. 803. Mansi T.

Burchardus Lib. I. cap. 29 et Pseudo-Ivo P. 5. cap, 140. idem fragmentum sub genuino Simplici P. nomine proferunt, ast multo amplius et locupletius. Cod. Sav. lib. I. cap. 13. Anselmum quidem ex ungue sequutus est sed capitulum falso inscripsit: *Leo P. cognomento Magnus.*

Lib. IV. cap. 14. 15. et 19.
In qualibet civitate.- Universos quos.- Sancimus
C. 23. q. 8. c. 23.

Anselmus hic tria inter se discrepantia legum saecularium fragmenta profert et quidem L. 16. et 26. C. Theod, *de episcopis ecclesiis et clericis* (XVI. 27.) et L. 22. C, *de SS. ecclesiis* (I. 2.). Gratianus tria ista fragmenta, in unum vero conjuncta integra, recepit. Cod. Savinianus et codices operis s. Anselmi, qui Parisiis exstant in bibliotheca regia, integram constitutionem Justiniani Imp. L. 22. C. de SS. ecclesiis exhibent, cujus Gratianus et codd. anselmiani vaticani nonnisi fragmentum proferunt, ex quo patet Gratianum, romano vel saltem italico Anselmi exemplari usum fuisse.

Ceterum de hisce legum fragmentis eorumque usu in monumentis ecclesiasticis conf. doctis. J. Dan. Ritterum in edit. sua Cod. Theodos. T. VI. P. 1. p. 49. et 65. Lipsiae 17. 13. fol.

Lib. IV. cap. 39. *Nemo*
C. 9.q. 3. c. 13.

Gratianus capitulum istud ex Anselmo quidem integrum recepit sed falso inscripsit: *Innocentius P.* Anselmus et auctor collectionis caesaraugustanae Lib., I. c. 1. et lib. V. c. 1. inscriptionem: *Silvester P. in concilio CCLXXVII. episcoporum*. Capitulum desumptum est ex cap. 20. Act. II. constitutionis Silvestri P. a Pseudo-Isidoro procusae; Hard. T. I. p. 290. et apud Pet. Constant. epistolae RR. PP. append. pag. 50. ed. Paris. 1721. fol. Cod. Sav. et codices anselmiani vaticani in fine capituli addunt: *Subscripserunt omnes episcopi et XLV. presbyteri et diaconi VII. et Constantinus Augustus et mater ejus Helena*, quam subscriptionem Gratianus nec non Ivo in Panormiae lib. IV. cap. 5. resciderunt. Ivo insuper capitulum nostrum sub duplici profert inscriptione: *In*

decretis Innocentii Silvester P. in generali residens synodo dixit: nemo. Quid plura? Fontem inde inscriptionis gratianeae detectum videmus.

Lib. V. cap. 1. *Ecclesia una est.*
C. 24. q. 1. c. 18. *Loquitur Dominus ad Petrum.*

Locus, quem Anselmus hic profert, desumtus est ex S. Cypriani libro *de unitate ecclesiae*. Alterum hujusce cyprianei loci fragmentum: *Loquitur Dominus ad Petrum* occurrit in eodem Anselmi opere Lib. I. cap. 11. Polycarpus Lib. VII, Tit. 3. utrumque fragmentum ex Anselmo recepit, sed in unum conjunxit, posterius priori praeponens. Gratianus in recipiendis hisce duobus fragmentis Polycarpum sequutus esse videtur, cum ea in eodem omnino ordine verbis solummodo paucis resecatis exhibeat. Ceterum Gratianus aurea ista Cyprianea verbà fragmento nostro inserta, *Hanc ecclesiae unitatem, qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiae renititur et resistit, in ecclesia se esse confidit?* supra paullulum mutata denuo profert: D.93. c.3. *Qui cathedram Petri, super quam fundata est ecclesia, deserit in ecclesia se esse non confidat*. Gratianus locum istum ex collectione tripartita P. III. tit. 9. cap. 18. et ex Pseudo-Ivone P. V. cap. 361. axcerpsit, Uterque auctor tum collectionis tripartitae tum decreti Pseudo-Ivonis verba quaedam fragmento nostro praemittit: *Petri unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit?* Quae Gratianus rescidit cum ea in argumentum, vel summulam capituli traustulerit: *Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur*. Locus noster hisce verbis conceptus in veteribus Cod. MSS. vaticanis et gallicanis omnino deest, sed in nonnullis aliis itemque vetustis deprehenditur uti *correctores romani* et cruditissimus operum S. Cypriani, editor, Stephanus Baluzius adnotarunt. Unde animadvertas quam injuste criticae modernae sectatores Gratianum nostrum ceu textuum SS. patrum corruptorem accusent,

Lib. VI. cap. 49. *Concessio.*
C. 12. q. 2. c. 26.

Gratianus locum nostrum omissis tantummodo quibusdam verbis ex Anselmo, quem et auctor collectionis caesaraugustanae Lib. IV. cap. 74. sequutus est desumpsit, sed in duas partes divisit, posterius fragmentum; *Venerabilis baptismi* infra D. 4. de consecrat. c. 17. decreto suo inserens. Gratianus vero posteriori fragmento aliam inscriptionem dedit idque inscripsit *Gelasius P. clero et plebi Tarentino*, Ivonem, ut videtur sequutus, qui capitulum hocce (Pannor. lib. I. cap. 21.) sub inscriptione *Gelasii P. clero et plebi Tharensi* profert. Auctor pseudo-decreti Ivonis idem capitulum bis exhibet tum sub inscriptione: *Gregorii P. clero et plebi Tarensi* (P. I. cap. 63.), tum sub inscriptione: *ex concilio Wormatiensi cap. 10.* (P. I. cap. 202.), Pseudo-Ivo in primo loco

Ivonis Panormiam prae oculis habuit, in posteriori vero Burchardi decretum, ubi lib. IV. cap. 7. capitulum istud ex conc. Wormatiensi inscriptum conspicitur, mutato solummodo ejus initio *Sacrosancti baptismi* loco *Venerabilis baptismi*. Et revera caput hocce una cum initio *Sacrosancti* inter canones conc. a. 868. Wormatiae editos deprehenditur. Apud Hartzheimium Concil. Germaniae T. II. pag. 868. Harduin. T. V. pag. 737. et Mansi T. XV. pag. 871. Quod capituli nostri inscriptionem, quam Pseudo-Ivo P. I. cap. 63. exhibet, attinet, ea sine dubio incuria librariorum orta est, cum caput, quod huic in opere Pseudo-Ivonis praecedit, inscriptionem *Gregorii Augustino respondentis* habeat. Ceterum animadverti debet eadem fere hujus capituli verba in capitulari Gregorii P. II. *Martiano episcopo, Georgio presbytero et Dorotheo subdiacono euntibus in Bajoariam ablegatis* decreto deprehendi. Apud Harduin. T. III. pag. 1681, Hartzheim T. I. pag. 36. Mansi T. XII. pag. 258. Mansius utrumque capitulum, tam ex Anselmi collectione, tum ex decreto Gratiani inter decreta S. Gelasii P. I. recepit, collect. ampliss. concilior. T. VIII. pag. 87. 120, 135, et 139. Cf. conferatur etiam Harduinus collect. concilior. T. II. pag. 930. et 936.

Lib. VI. cap. 89.
D. 100. c. 3.

Anselmus uti Polycarpus legunt rectius *Novit fraternitas tua.* Ita habet littera S. Gregorii M. ad Joannem Corinthiorum episcopum, cujus nostrum caput fragmentum est. Lib. V. epist. 59.

Lib. VI. cap. 100.
D. 100. c. 4.

Anselmus et Deusdedit offerunt genuinam inscriptionem *Joannes P. VIII. Vuiliberto episcopo*. Etenim eamdem inscriptionem exhibet altera ejusdem Pontificis epistola ad nostrum praesulem transmissa. Mansi T. XV. pag. 209. Idem Mansius capitulum nostrum sub hac inscriptione inter fragmenta epistolarum Joannis P. enumerat loc. cit. p. 242.

Lib. XIII. cap. 33. Si quis.
C. 1. q. 3. c. 7.

Capitulum hocce in genuinis collectionis anselmianae codicibus omnino deest, et ex collectionibus Deusdediti, Gregorii presbyteri, Bonizonis aliorumque, quae Anselmi opus communem originem habent, in illam Anselmi transmigrasse videtur. Collectio aeque codicis Saviniani Lib. IX. cap. 247. idem capitulum exhibet cum inscriptione: *Paschalis P. in epistola ad Mediolanensem ecclesiam*

in libro VII. Ivo in Pannormia idem caput inscriptum: *ex decretis Paschalis P. cap.* 18. profert, ex veteri, ut adparet, canonum collectione nondum cognita deprromptum. Pseudo-Ivo (P. II. cap. 84.) integram Paschalis. P. I. epistolam sub eadem inscriptione insertam habet, quam celeberr. Mansius ex Burchardi Wormatiensis pervetusto codice Lucensi s. Martini denuo recensit ignorans eam in Pseudo-Ivonis decreto jam reperiri, Collect. ampliss. T. XIV. pag. 378. sq.

C. 12. q. 5. c. 17. Decrevit.

Etiam hoc capitulum in nonnullis codicibus collectionis Anselmi falso deprehenditur Lib. III. cap. 98. Burchardus Lib. XII. cap. 20. et collectio codicis Saviniani Lib. XII. cap. 109. idem caput sub genuina inscriptione *ex concilio apud S. Medardum cap. 4.* exhibent. Gratianus omnino eandem inscriptionem retinuit. Fragmentum hocce alioquin multo integrius occurrit in Capitulari Caroli Calvi (Tit. XI. cap. 8. inter Iac. Sirmundi opera T. III. pag. 70. Parisiis 1696. fol. in ejusque Concilia Galliae. T. III. pag. 89. apud. St. Baluzium Capitularia regg. francor. T. II. pag. 53. Hard. Coll. Concil. T. V. pag. 53. Mansii Collect ampliss. T. XVII. pag. 39. in Append,) nec non in Reginone de eccles. disciplinis. Lib. II. cap. 319. pag. 333. ed Steph. Baluzii. Parisiis. 1671. in. 8. Fragmentum istud in capit. Caroli Calvi inscriptum est ex synodo Suessionensi anni 853. Quanquam inter canones hujus concilii, quod apud Suessiones in monasterio S. Medardi a. 853. celebratum fuit, non iuvenitur. Vide quae viri docti Hartzhemius Concil Germ. T. II. pag. 563. et P. I. de Riegger in editione sua Reginonis ad loc. cit. pag. 333. Viennae Austriae 1765. in 4. adnotent. Mansius recte canonem nostrum a Gratiano receptum una cum tribus aliis a Burchardo ex eodem conc. apud S.Medardum alibi relatis, actis suis concilii suessionensis a 853. inseruit. Collect. concil ampliss. T. XIV. pag. 995. Ceterum auctor collectionis codicis Savigniani in fine capituli huius verba quaedam adjecit, quae nullibi deprehenduntur et sunt: *Sin autem: ut perjurium sponte commissum singuli poeniteant.*

Haec pauca de s. Anselmi collectione disseruisse sufficiat, cum a nostro scopo plane alienum sit hic integrum opus notis criticis illustrare, quod insuper fastidiosum nimis, et inutile prorsus esset, si non simul totius collectionis textum daremus. Caeterum cum nostrae collectionis tum in Antonii Augustini, Stephani Baluzii aliorumque operibus, tum in animadversionibus, quas correctores Rom.Gratiani decreto adjecerunt, frequens occurrat mentio, nonnulli in errorem inducti, s. Anselmi collectionem jam dum typis vulgatam esse dixerunt. Forsitan non pauci ex eo decepti sunt, quod celeberrimus et

eruditissimus Andreas Schottus S. J. in laudatione, quam in Antonii Augustini funere habuit, defuncti opera commemorans dicat: *Sacro vero juri illustrando, post duos Antonios Gallos Democharem et Contium, qui in Gratiani collectaneis elaborarunt, Ilerdae collectiones integras Anselmi lucensis, ut dixi, foras dedit, opus rarum et utile* [34]). Quis non videt, oratorem hic de editione locutum fuisse, quam Antonius Augustinus de veteribus decretalium epistolarum collectionibus, Bernardi nempe Papiensis aliorumque, adornavit, quod Gregorius Majansius celeberrimus sui temporis jurisperitus hispanus jam animadvertit [35]).

Multi inter viros doctos s. Anselmi collectionis typis mandandae consilium coeperunt. Lucas Waddingius, celeberrimus ordinis minorum annalium compilator, pluries de hac re cogitavit, ut praefatio, quam opusculis s. Anselmi ejus curis editis, praefixit, demonstrat. At praematura morte abreptus curam hanc posteris reliquit. Si fidem Stephano Baluzio habemus [36]), Lucas quoque Dacherius s. Anselmi opus praelo jam praeparatum habuit, et quam maxime dolendum est, ipsum consilium suum non ad exitum perduxisse, cum codex integer ac vetustus, qui in celeberrima Benedictinorum s. Germani a pratis bibliotheca asservabatur, seditionis gallicae tempore deperditus sit. Docti insuper viri Andreas Rota [37]) et Mich. Ang. Monsacratus [38]) idem consilium habuisse videntur. At nobis eorum opera inspicere minime licuit. Una tandem eademque virorum doctorum sententia est, ut s. Anselmi lucensis collectio typis edatur.

---

34) Apud Galland. pag. 589. Tom. II. edit. cit.

35) Anselmi Augustini Tarraconensis pontificis vitae historia quam hispanice scribebat Gregorius Mayansius Siscarus nobilis Valentinus, Hispaniarum regis bibliothecae custos et codicis justinianei in valentina academia interpres: latina vertebant Fabius Prosper Cenamius et Joannes Baptista Montecatinius patritii lucenses. Inter opera Ant. Augustini T. I. pag. XLI. Lucae. 1766. fol.

36) Praefatio in Antonii Augustini dialogos de emendatione Gratiani §. XIX pag. 215. apud Galland. T. II.

37) Notizie istoriche di s. Anselmo. Verona 1737. in 4.

38) S. Anselmi epistola nunc primum vulgata acc. in decretum ms. s. Anselmi animadversiones. Lucae 1821. in 8.

CAP. VIII.

De codice Anselmiano, qui in Sacrosanctae Basilicae vaticanae bibliotheca asservatur.

Collectio, quam codex hic, num. 118. C. signatus, exhibet, a multis pro eadem, ac illa, quam s. Anselmi lucensis decretorum opus complectitur, habita fuit. Quam opinionem etsi jam Ballerinii falsam demonstrarent [1]), nihil tamen attulerunt, quo istius operis indoles illustrari possit. Quocirca pauca de illo hic proferamus.

Opus de quo loquimur, canonum collectionem exhibet, quae ad earum genus referri debet, quarum nonnullas in quinto hujus dissertationis capite illustravimus. Universa etenim ex Anselmi opere excerpta est, ad quod proprius adhuc ac illae Bonizonius, Deusdedit et Gregorii collectiones accedit. Auctor in ea ordinanda eandem fere rationem eandemque methodum secutus est, quam in collectione Savigniana Berolinensi, saepius a nobis laudata, nec non in excerptis anselmianis, altero vindobonensi et altero cassinensi, observatam fuisse animadvertimus. Ipsum quidem Anselmi opus adiit, librorum vero numerum ad novem contraxit, quorum singulis excriptionem generalem praefixit, quas hic apponimus:

Lib. I. *De potestate et primatu apostolicae sedis.*
Lib. II. *De praelatorum electione.*
Lib. III. *De consecrandis ecclesiis et earum ritibus.*
Lib. IV. *De sedibus episcoporum et auctoritate praedicationis.*
Lib. V. *De excommunicatione.*
Lib. VI. *De accusatione.*
Lib. VII. *De unitate ecclesiae.*
Lib. VIII. *De conjugio et adulterio.*
Lib. IX. *De raptoribus et furibus.*

Singuli libri plura vel pauciora capitula complectuntur, quibus eodem modo ac Gregorius, vulgo Polycarpus dictus, fecit, generales quaedam inscriptiones seu summulae praefixae sunt. Quodsi canones ex diversis conciliis, quae idem nomen habent, afferuntur, concilia

[1]) Loc. cit. P. IV. c. 13. §. 8. p. 648.

numeris minime distinguuntur; canonum quoque numerus passim deest, quod in RR. Pontificum decretalibus litteris nec non in SS.Patrum et scriptorum ecclesiasticorum operum fragmentis pariter animadvertimus. Praeter nuda conciliorum, pontificum, aliorumque scriptorum nomina, aliud nihil occurrit, atque in multis capitulis, inscriptiones penitus omissae sunt.

In singulis dein libris plurimae habentur inscriptiones, rubro colore exaratae, quae rubricis simillimae videntur, quaeque non raro tria, quatuor et plura etiam capitula, saepissime vero nonnisi unum amplectuntur. Aliquando, et quidem non raro, 20, 30, 40, imo et 50. capitula se invicem excipiunt, quibus praeter hujusmodi inscriptionem nulla alia praefixa est, quaeque, uti ex eorum argumento apparet, ad praecedentem inscriptionem minime pertinent. Hinc non sine ratione concludi posset, ejusmodi inscriptiones nihil aliud esse, quam generales quidam argumentorum indices, qui a rubricis differunt, atque ab auctore ad lubitum appositi sunt. Caeterum nec capitula singula, nec inscriptiones numeris distincta sunt.

Praefatio omnino deest, et plura in diversis collectionis libris ab aliena eaque posteriore, licet vetusta, manu codici adscripta sunt, qui insuper hac illac folia nonnulla habet, quae vel ex integro vel ex parte vacua sunt. Minime tamen hac de causa cum Balleriniis asserere auderem, opus ipsum incompletum esse, cum nullibi appareat auctorem opus ex omni parte absolutum edere voluisse. Quod si investigare velimus, undenam factum sit, quod nostra collectio Sancto Anselmo lucensi tribueretur, certum quidem est, id non ex eo explicari posse, quod codex inscriptionem: *Anselmi decretum* prae se ferat. Haec enim inscriptio a posteriori manu ac multo tardius apposita est. Potius ipsa hujus nostri operis ratio ac maxima, quae ipsum inter et Anselmi collectionem intercedit, similitudo doctos in errorem induxerunt, qui cum viderent, singulos nostri operis libros eisdem omnino capitulis incipere, quibus iidem in anselmiana collectione incipiunt, atque inter inscriptiones plurimas invenirent, quae ad verbum ex Anselmi capitulorum inscriptionibus desumptae sunt, opus quoque ipsum universum idem omnino ac Anselmi decretorum opus esse crediderunt [2]).

2) Nimis longum esset si hic fuse demonstrare vellemus, quomodo collectio nostra cum illa

Caeterum plurima in nostra collectione capitula occurrunt, quae neque in Anselmi, neque in aliorum, qui cum proprius secuti sunt, uti Bonizonis, Deusdedit, et Gregorii collectionibus extant [3]. Frequentiora itidem sunt fragmenta ex jure romano desumpta, quorum nonnulla praesertim ca, quae ex digestis et ex codice excerpta sunt, a posteriori manu circa saeculi XIII initium codici adscripta esse videntur. Ab eodem manu libellus accusationis, quem Ballerinii ex nostra collectione publici juris fecerunt, exaratus est. Incertum omnino est, utrum auctor ejusmodi capitula, ab Anselmo praetermissa, ex alia collectione desumpserit, et quamnam ipse adierit. Burchardi tamen wormatiensis decretum saepissime adhibuisse videtur, cum plurima capitula ex eo in suum opus receperit [4].

Restat ut videamus quomodo nostra collectio ad Gratiani decretum se habeat. Indubium porro est, Gratianum eam et cognovisse et adhibuisse, cum loca permulta, quae tum in Anselmi collectione, tam in aliis illis collectionibus, quas correctores romani ad emendandum Gratiani decretum adhibuerunt, penitus desiderantur, in

---

Anselmi in omoibus suis partibus cohareat. Pauca exempla sufficiant,

Lib. I. c. 1-8, 9-20, 23-30; Auselm. lib. I. c. 1-8, 10, 11, 13, 14, 15, 16, 17, 18-21, 22-31.

Lib. II. cap. 1 et 2, 4-10. Anselm. lib. VI. cap. 35. lib. VII. cap. 109, 30. Lib. VI. cap. 74, 17, 18, 19, 137. 21.

Lib. VIII. cap. 1-3, 3-7, 9-11. Anselm. lib. X. c. 1, 2, 5, 20, 18, 19. et 29 et 39. etc.

3) *Transcripsimus canonem lib IV. fol. 47. ex collectione hibernensi, quem nullibi reperiri potuimus quique antiquam ecclesiae hibernensis et anglicanae disciplinam poenitentialem respicit.* Sancta hibernensis synodus cui praefuit Leo S. R. ecclesiae episcopus tempore Carolis regis francorum cum Theodorico anglorum et hibernensium archiepiscopo multisque illarum regionibus episcopis de lapsu sacerdotum sic ait: sacerdos si suggerente diabolo in fornicationem cecidit, et Deo miserante ad poenitentiae remedia confugit IV. annis in hunc modum expiabitur. Imprimis XL. diebus et noctibus se expurget tuto loco remotus in solo pane. Quibus exactis primo anno prosequitur similiter in pane et aqua exceptis dominicis diebus et pascalibus praecipuis festivitatibus in quibus vino et omnibus pulmentis uti poterit excepta sola carne. Ceteris vero diebus sola aqua et pane sit contemptus, et tunc considerata personae qualitate in his indulgeatur ei de modico vino, legumine, lacte, pomis pisciculis et oleribus sicut suo confessori visum fuerit. Igitur decurso primo anno statim sacri corporis et sanguinis particeps fiat. Psalmos cum fratribus ultimus in choro canat et ad pacem veniet, minora gerat officia. Secundo anno tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada expleat in pane et aqua. Expletis duobus annis si juxta praefixos poenituit; episcopus sum in suum gradum poterit revocare. Cf. D. 82. c. 5.

4) En quaedam exempla.

Lib. III. c. 3. 6. et 12. ex Burch. lib. III. c. 63. 225. 90. 41. 39.
Lib. V. c. 2. 4. 7. 12, 22. 23. Burch. Lib. XI. c. 38. 32. 43. 36. 48.
Lib. IX. c. 1. 2. et 4. Burch. lib. V. c. 39 55. 53.

nostra collectione habeantur, atque ex eà a Gratiano in decretum recepta sint. Sic e. g. ex nostrae collectionis lib. II. fol. 23. est. C. 19. q. 2. c. 10. et C. 19. q. 3. c. 2. ex lib. III. fol. 33. C. 16. q. 7. c. 13 et 17. C. 16. q. 2. c. 1.[5]) et c. 6. C. 1. q. 1. c. 124. ex lib. IV. fol. 37. D. 1. de consecr. c. 68. D. 33. c. 3. ex lib. V. fol. 58. C. 24. q. 3. c. 17. C. 11. q. 3. c. 73. C. 7. q. 1. c. 22. C. 24. q. 3. c. 17. C. 25. q. 6. c. 4. Lib. VII. fol. 83. C. 7. q. 1. c. 8. C. 1. q. 1. c. 56. Serie non interrupta recepit Gratianus ex lib. IV. cap. 16. 17. 18. et 19. in decreto C. 11. q. 3. c. 21. 22. 23 et 24. ex lib. IX. cap. 5. et 6. C. 14. q. 5. c. 2. et 3. Supervacaneum esse credimus plura ejusmodi exempla hic apponere, cum jam ex his paucis sat superque appareat, quanti momenti haec nostra collectio pro emendando plurimorum Gratiani locorum textu sit.

Quod ad tempus, quo collectio haec nostra compilata fuit attinet, ea paullo post s. Anselmi mortem adornata videtur, cum praeter quaedam Urbani II. ac Paschalis II. litteras decretales, recentius documentum nullum in ea occurat. Litterae vero haec decretales eaedem fere sunt, quae et in aliis interpolatis s. Anselmi collectionis codicibus extant, ex quo mirifice confirmatur opinio, quam superius enuntiavimus, ejusmodi scilicet documenta in Anselmi collectionem ex collectionibus ipsi proximioribus recepta fuisse.

Codex versus saeculi duodecimi finem exaratus at collectio ipsa in Italia compilata esse videtur; conciliorum enim tum gallicanorum tum germanorum nomina multis erroribus proferuntur. Sic e. g. concilium *magotiense*, *warmiense*, *avirense*, *gabilense*, *ludinense*, occurrit loco: concilium *magontinum*, *wormatiense*, *cabillonense*, *lugdunense* etc. etc. Similiter pontificis *Aniceti* nomen semper *Anitius* scribitur, qua scribendi ratione collectores itali ab aliis distinguntur.

Nos pro more collectionis rubricas hic apponimus.

---

5) C. 16: q. 2. c. 1. Nostra collectio habet: *Joannes P. VIII. Isaaco Syracusano episcopo*, atque insuper decretalis diem adjungit: *Dat. prid. kal. Aprilis.* Gratianus rectius habet: *ad Isacum Lingonensem.* Mansius aliam Joannis VIII. decretalem litteram ad eundem episcopum Lingonensem vulgavit inter epistolas ejusdem pontificis n. 96. ampliss. coll. concilior. T. XVII. pag. 83.

Lib. I. *De potestate et primatu apostolicae sedis.*

1 Quod in antiquo testamento post Christum dominum sacerdotalis coepit ordo.

2. Ut Petrus habeat concessum sibi jus ligandi ac solvendi in suos transponere successores.

3. Quod praepositi non laeduntur dum a fratribus pro rigore justitiae odio habentur imo magis amor dei illis conciliatur

4. Quod post Christum non recipit qui Papam contristaverit:

5. Quod Christus sancto Petro concessit volentibus apostolis ut primus esset inter illos.

6. Quod nec loqui debemus cui Papa non loquitur.

7. Quod ad formam apostolorum facta est quaedam distinctio episcoporum, quibus tamen omnibus beati Petri sedes praeminet.

8. Quod ecclesia romana omnibus praeest ecclesiis sicut beato Petro datum est praeminere cateris ecclesiis.

9 Quod super unum, id est, Petrum aedificavit dominus ecclesiam.

10. Ut nemo dissentiat a romana ecclesia quae est caput omnium ecclesiarum.

11. Quod a regulis romanae ecclesiae nullatenus convenit deviare.

12. Quod ecclesia romana nunquam a fide deviaverit.

13, Quod per universam ecclesiam quicquid nocivum in ea est debet Papa corrigere vel emendare

14. Ut antiochena ecclesia romanae subjecta nec ab ea dissentiat.

15. Quod prima salus est regulas rectae fidei custodire et a statutis patrum non deviare, sicut Roma permansit ecclesia beati Petri sacerdotio ditata.

16. Quod romana ecclesia omnibus est praelata non tantum canonum decretis sed voce ipsius salvatoris.

17. Quod ecclesiae columnae, quae sunt episcopi, confirmatae sunt super fundamentum Petri.

18. Ut prima sedis a nullo judicetur.

19. Ut sacerdotes sive omnes ecclesiae statuta conservent sanctae romanae ecclesiae, si nolunt ejus communione carere.

20. Ut nemo praesumat judicium primae sedis retractare vel judicare.

21. Quod apostolica sedis caput est omnium ecclesiarum.

22. Quod habeat romana ecclesia singulari privilegio potestatem ligandi et solvendi.

23. Quod Papa a nullo nisi a Deo judicandus.

24. Ut Papa vices suas alteri committat ubi praesens esse non potest, quod et subdiaconus potest.

25. Ut ad apostolicam sedem ab episcopis referatur dum in fidei ratione dubitatur.

26. Quod Papa pro universis ecclesiis principaliter curare debet.

27. De apostolicae sedis auctoritate, quod pro necessitate temporis adhibenda est cura.

28. De principatu romanae eclesiae et quod discipulus Marcus a beato Petro non dissensit.

29. Quod pro omni statu ecclesiae Papa debet curam habere.

30. Ut omnes qui veri filii volunt esse sciant et sequantur quae in romana ecclesia sacro ritu aguntur.

31. Quod apostolica sedis nunquam haereses fovet sed destruit.

32. Quod non sit liberum apostolico tacere quia omnibus praeest.

33. Quod apostolica sedis a beato Petro percepit fiduciam defendendi fidem rectam in omni ecclesia.

34. Quo Papa major cunctis necessitas corrigendi incumbit.

35. Quod traditionem romanae ecclesiae debent reliquae observare quia principium ab ipsa acceperunt.

36. Non aliter de scriptis sentiendum est praeter quae sancti patres docuerunt.

37. Quod non sit recedendum ab apostolicis statutis.

38. Ut nullus decreta sedis apostolicae temerare praesumat, quia hoc ad potentissimum sacerdotem, Papam pertinet.

39. Quod apostolica sedis absque synodo potest solvere inique damnatos.

40. Quod nullus magis observare canones debet quam apostolicus.

41. Ut irritum sit quicquid in apostolica sede absque apostolico decernitur.

42. Quod auctoritas congregandarum synodorum generalium soli apostolicae sedi sit commissa nec sine ejus auctoritate esse non potest.

43. Quod sanctus Petrus vim ligandi atque solvendi Lino et Cleto non tradidit licet eos sibi associaverit.

44. Petitio niceni concilii ut ab apostolica au-

Lib. II. *De Praelatorum electione.*

byteri vel diaconi, quae a principe fit. Ex secunda actione VI synodi CCCL episcoporum.
16. De his qui se a populo electos asseverant.
17. Ut extranei non praeponantur his qui bene servierunt in ecclesiis suis.
18. Quod jus ordinationis debet amittere qui neophytum improvide consecravit.
19. Ut inter episcopos vel abbates non habeantur nec audiantur qui de laicis hanc susceperint dignitatem et idem de inferioribus dignitatibus
20. Quod bigamus aut concubinam habens non potest fieri episcopus, aut presbyter, nec diaconus nec cetera.
21. Quod mediolanensis episcopus jubente papa ordinatus est.
22. Ut episcopus minus quam a tribus non ordinetur.
23. Ut ordinatio episcopi non differatur.
24. Ut modica civitate episcopus non ordinetur.
25. De episcopo qui non potest accedere ad parochiam cui ordinatus est.
26. De episcopis non receptis a sua parochia.
27. Qualiter ordinentur presbyteri et ceteri clerici
28. De ordine presbyterorum.
29. Ut in principio dominicae noctis fiant ordinationes.
30. Quod clericus semel consecratus in eodem ordine consecrari non debet.
31. Ut presbyteri a pseudo-episcopis ordinati consecrentur.
32. Quomodo reparandi sunt qui injuste dejiciuntur.
33. De receptione sedis et sacerdotii Athanasii.
34. Quod irrita sit ordinatio illius qui ordinatur nesciente proprio episcopo
35. Ut ecclesiis duarum civitatum clericus non ordinetur.
36. Ut extraneus clericus sine commendatitiis litteris non ministret.
37. Ut clericus in aliena civitate non ordinetur.
38. Ut metropolitanus suam provinciam gubernet salva auctoritate apostolici.
39. Ut nullus metropolitanus audiat causas aliquorum absque comprovincialibus episcopis.
40. Ut in duos metropolitanos provincia non dividatur.
41. Qui sint vocandi primates.
42. De his civitatibus ubi primates sunt ponendi.
43. De honore jerosolimitani episcopi.
44. Quot civitates provincia continere debeat.
45. Quomodo possunt habere episcopum qui nunquam habuerunt.

Lib. III. *De consecrandis ecclesiis et earum ritibus.*

1. De ecclesia haereticorum consecranda.
2. De ecclesiarum benedictione quid sit observandum.
3. De non sacrificandis nisi in loco sancto.
4. De solemnitate dedicationis.
5. Ut missa non cantetur nisi in sacro loco.
6. De re aliena non consecrata.
7. Ne ligna ecclesiae ad laicorum opera admittantur.
8. De vasis sacris.
9. Ut vestimenta ecclesiae non tangantur nisi a sacris viris.
10. Ut altaria nisi lapidea consecrentur.
11. Ut in omni missa pro defunctis oretur.
12. De ministeriis ecclesiasticis.
13. Quantum spatii quaeque ecclesia obtinere debeat.
14. Quod non sit habenda ecclesia per pretium consecrata.
15. De invasoribus ecclesiasticae rei.
16. De episcopi potestate in rebus ecclesiarum et qualiter eas expendant.
17. Quod praesuli non liceat praedia ecclesiastica alienare.
18. Ut res ecclesiae propriis usibus non applicentur,
19. De damnatione rectoris ecclesiae.
20 De raptoribus et consentientibus.
21. Ut qui ecclesiasticas res sine jussu episcopi tenet de ecclesia pellatur.
22. De raptoribus ecclesiasticae rei.
23. De poena illius qui ecclesiam combussit.
24. Quod damnandus sit qui de ecclesia subtractum aliquid vendidit.
25. De persecutione sacerdotum et quod gravius sit sacrilegium fornicatione.
26. De vexantibus ecclesiastica praedia.
27. Quod episcopus sine consilio fratrum quaedam ab ecclesia alienare potest.
28. Ut episcopus nec nescientibus clericis nec ipsi eo nesciente res ecclesiae vendant.
29. Ut nullus rem tituli sui usurpet et de salariis ecclesiae.
30. Ne res ecclesiae dentur vel vendantur.
31. Qualiter episcopus rebus ecclesiae utatur.
32. Ne praedia ecclesiastica a militibus te-

Lib. IV. De sedibus episcoporum et de auctoritate praedicationis.

tur episcopus.
17. Quod ex acolitis et subdiaconis possint promoveri ad presbyterum.
18. Ut obnoxii licet ordinati sint dominis suis reddantur.
19. Ut servi non promoveantur.
20. Ut obnoxii dominis suis ignorantibus non admittantur ad clerum.
21. Quod ex monachis presbyteri possint ordinari in ecclesiis.
22. Quod monachi possint aggregari officiis clericorum.
23. Quod qui concubinam habuerit non promoveatur.
24. Quod qui post baptismum secundo nupserit aut concubinam habuerit non sit episcopus vel clericus.
25. Ut viduae maritus si ordinatus fuerit deponatur.
26. Ut omnes ministri altaris continentiam servent.
27. Ut XXV. annorum ordinetur sacerdos.
28. Quod sit cito manus alicui imponere.
29. De eo qui ens in crimine sine examinatione ordinatur.
30. Ut penitens non ordinetur.
31. Qui non sunt ordinandi.
32. Quos ordines penitentes possint accipere.
33. Ut qui invitus ad penitentiam in monasterium mittitur non ordinetur.
34. Propter cingulum militiae non ordinetur quis.
35. Clericus viduam non ducat uxorem.
36. Ut penitentes vel alique membrorum damna perpessi non promoveantur.
37. Quod debilitus in corpore post susceptum ordinem non abiciatur.
38. Quid fiat de sacerdote redeunte ad lectum uxoris.
39. Ne clerici frequentent domos vel colloquia foeminarum.
40. De incontinentia sacerdotum.
41. Quod nec subdiacono conceditur carnale connubium.
42. Ut subdiaconus non ordinetur nisi castitatem promiserit.
43. Ut clerici excommunicentur qui se post tertiam ammonitionem non convertuntur.
44. Ut presbyter conjugium non sumat.
45. Ut mulieres cum episcopis non habitent.
46. Diaconi uxoribus non misceantur.
47. Ut subdiaconi uxoribus non misceantur.
48. De presbyteris filios generantibus.
49. De his qui post sacerdotium filios procreaverint.
50. Ut sacerdotes uxores non abiciant.
51. De filiis subdiaconorum.
52. Qui clerici uxores accipient.
53. De relicta presbyteri.
54. Ne presbyter conjugatus spernatur.
55. Ut lapsus in peccato carnis sacro ordine careat.
56. Ut lapsi ad ordinem non redeant.
57. Quid fiat de presbytero fornicatore, perjuro et fure aut homicida.
58. De diacono fornicario.
59. Difficile est post crimen redire.
60. Quod lapso post penitentiam concedatur.
61. Differentia occulte peccantium sacerdotum.
62. Ut restituti altius quam fuerant non ascendant.
63. Ut clerici non misceant sese saecularibus negotiis.
64. Ne clerici sint cupidi vel foeneratores.
65. Qui ordinandus non sit implicitus his criminibus.
66. Ut episcopus non cogatur dimittere clericum suum.
67. De his qui moveri volunt.
68. Quae culpe subditorum ad praelatos referenda sit.
69. Ut singula officia ecclesiastica singulis committantur personis,
70. De yconimo eligendo.
71. Ne facultates ecclesiae committantur laicis.
72. Ut episcopus corrigat quod ab antecessore suo illicite commissum est.
73. Quod sola lectio non sufficiet.
74. De episcopo ne levitate eredat.
75. De episcopo qui indignos consecrat.
76. De his qui negligunt plebes sibi commissas
77. Ne quisquam episcoporum libros gentilium leget.
78. De episcopo qui concubinam habuit.
79. De correptione senioris episcopi et de ejus consiliariis excommunicatis.
80. De ministerio chorepiscopi.
81. Ut plebes quae proprium pastorem perdiderunt vice parochiae gubernentur.
82. Ne diaconi cantores fiant.
83. Ut monachi vel clerici ministerio cubili pontificis obsequantur.
84. Ut feretrum romani pontificis non veletur.
85. Ne fiscali more titulos imprimant.
86. De portionibus ecclesiasticae oblationis.
87. De obedientia erga episcopos et de conspi-

rantibus.

88. Ut clerici manasteriorum sint sub potestate episcopi.

89. Non esse communicandum inimicis episcopi

90. Ut nemo contristet vel accuset suum episcopum.

91. Ut qui episcopo non obedierint ab ecclesia arceantur.

92. De contumeliosis ergo episcopos.

93. De his qui non obtemperant sacerdotibus.

94. De insidiantibus ut curiae tradantur.

Lib. V. *De excommunicatione.*

1. Quod audiantia danegetur excommunicatis per annum et quod fiat si ita moriuntur.

2. De poena communicantis cum excommunicato.

3. Ut damnati si ministraverint maneant sine spe reconciliationis.

4. De his qui ante audientiam communicant.

5. Ut excommunicatus et communicator ejus aeque puniantur.

6. Quod mortui excommunicati non possunt reconciliari.

7. Quod faciat presbyter excommunicatus.

8. Separatos esse qui falsa crimina intendunt.

9. Ut nec excommunicati ab alio recipiantur ab alio.

10. De separato ab ecclesia.

11. Ut scienter excommunicatis communicens excommunicetur.

12. De his qui infra annum excommunicationis se non expurgant.

13. De his qui contra apostolicam ecclesiam suas erigunt cervices.

14. Convictum vel contumacem tantummodo excommunicandos esse.

15. Excommunicandum esse qui aliena tollit nisi restituat.

16. Quod absolutionem quam superstes non quaesivit mortuus non impetrare non possit.

17. Ut excommunicatis fidelitas non servatur.

18. Ut propria injuria episcopus non excommunicet.

19. Ut sententia episcopi timenda licet injusta.

20. De episcopo qui totam domum pro unius excessu excommunicat.

21. Ut non excommunicetur nisi confessus vel convictus.

22. Qualiter episcopi debeant solvere vel ligare.

23. De injusta excommunicatione.

24. Quod papa possit absolvere ab alio excommunicatos.

25. De his qui excommunicatis fidelitate adstricti sunt.

26. Quibus licitum sit cum excommunicato communicare.

27. quod episcopi imperatores excommunicare possunt.

28. De privilegiie ecclesiarum.

29. Quibus clericie privilegia valeant.

30. Ut clerici vacatione gaudeant.

31. De privilegiis monasteriorum.

32. Ne episcopue faciat clericos in monasteriis.

33. Ut monasteria non sint habitacula clericorum.

34. Ut monasteria releventur a gravamina clericorum.

35. Ut clerici abbates non sint nisi omisso clericatu.

36. Ut privilegia indulta non confundantur.

37. Quod non liceat monasteriis diversoria saecularia fieri.

38. Ne decimae exigantur a monachis.

39. De monachis.

40. De clericis non manentibus in suo proposito vel monachis.

41. Quod non liceat monachis conjugium.

42. Quod liberum sit clericis monachos fieri.

43. Quod tribus modis monachi fiant.

44. Ut monachi non morentur in urbibus.

45. Ne quis promoveat aliquem de alterius monasterio.

46. De milite non recipiendo sine consensu papae.

47. De his qui reddunt bona quae vovent.

48. De communi vita servanda.

49. Quod conversi non possint testari

50. Ut monachi commatres non habeant.

51. Ut episcopus tantum monachos judicat.

52. Non licet monachis abbatem expellere.

53. De proprietate romanae ecclesiae quam dedit Gregorius P. ad construendum monasterium.

54. Ut altare erigatur ubi fontes fuerunt.

55. De pecto servando.

56. De implendis voluntatibus defunctorum.

57. De monacho qui servus receptus est.

58. De viro non recipiendo nisi uxor convertatur.

59. Quae sint deliciae monachorum.

60. De monachis infirmis.

61. Quod laicus plus monacho habeat.

62. De his qui tonsurantur sine eorum voluntate.
63. De his qui dimissa tonsura uxorem ducunt.
64. Ut monachi in ecclesia non praedicent.
65. De monacho non exhaeredando.
66. De substantia monachi monasterium relinquentis.
67. Ut episcopus non cogat abbatem ire.
68. De novis cellis.
69. Ut unus abbas duobus monasteriis non praesideat.
70. Quid habeat fundator in monasterio suo.
71. De traditione vel commutatione monasteriorum.
72. De translatione monasteriorum.
73. De incognito per biennium probando
74. Quod abbas pro humilitate proprium locum deserere potest.
75. Abbatem ab episcopo non esse eligendum.
76. De abbate qui per cupiditatem quemlibet tondit.
77. Nullum invitum praeter justam causam in monasterium retinendum
78. Ad episcopos monasteria pertineant.
79. De venditione abbatis ab episcopo revocanda.
80. Ut monachi non prohibeantur mortuos sepelire vel missas facere.
81. de virginibus.
82. Ut de juvencula abbatissa non sit.
83. De sacris virginibus indicta poenitentia.
84. Quae vivente viro alteri nupserit ei non debetur poenitentia nisi alter eorum morietur.
85. De virginibus non velatis si deviaverint.
86. De virginibus non servantibus propositum.
87. De puellis devotis si nupserint postea.
88. De consecratis si nupserint.
89. De virginibus sacris quae vim barbaricam tulerint.
90. De raptoribus virginum.
91. Ut viduae votum habentes non nubant.
92. Ut diaconissa ante annos XL. non ordinatur.
93. De praescriptione vel integritate locorum servanda.
94. De praescriptione romanae ecclesiae.
95. De terminis non transferendis.
96. Quando valeat trienalis possessio.
97. Ut diocesis quae episcopum non habuit, non habeat et quae aliquando habuit habeat.
98. De episcopis qui ultra sex menses loca sua negligunt.
99. Quod clericis non valet praescriptio quam in rebus per renunciationem habuerunt.
100. Ex quo die computatio praescriptionis incipiat.
101. Quod non valet mora quam necessitas facit.
102. Ut episcopus in proprie cathedra assiduus sit.

Lib. VI. *De accusatione.*

1. Ut adversus sacerdotes vox mortui non audiatur.
2. Ut criminosis non credatur.
3. Ut accusatio absentis non recipiatur.
4. Doctores non esse accusandos.
5. Ut minores majores suos non accusent.
6. Ut infamis non testificatur.
7. De examinando accusatore et de ordine totius causae.
8. Quod non nocet si fuerit extorta confessio.
9. De accusatione clericorum.
10. Quod non sit facile credendum.
11. De eo qui non probanda detulit.
12. Ut apostatae non accusent.
13. Ut qui nuper inimici fuerunt abjiciantur.
14. Ut viles non accusent.
15 Ut nihil fiet contra quemlibet accusatum.
16. Episcopos prius familiariter conveniendos esse quam accusandos.
17. Ut inimicis familiaribus non credatur.
18. Ut propria voce et praesente accusato accusatio fiet.
19. Ut primates notificent accusatis quod eis opponitur.
20. Quod non sint accusati recipiendi.
21. De judicandis episcopis.
22. Ne alicui liceat convolare ad alias provincias sine praejudicio rei ecclesiae.
23. Qui sint ab accusatione submovendi.
24. Qui sint infames.
25. Ut non accuset nisi accusatus expurgat.
26. Ut nemo per scriptum accuset.
27. Quatuor personas necessarias esse et quod singulae faciant.
28. Ut servus aut libertus non accuset.
29. De pastore non reprehendendo nisi erret et ut expulsus restituatur prinsquam accusetur.
30. Ut accusatores episcoporum tales sint ad minus quod provehi possint ad sacerdotium.
31. Accusatores sacerdotum tales sint quales

Lib. VI. *De judiciis et judicibus.*

Lib. VII. *De unitate ecclesiae.*

Lib. VIII. *de conjugio et adulterio et consanguinitate.*

*

Lib. IX. *De raptoribus et furibus.*



VI.

DISQUISITIO CRITICA

IN

DECRETORUM COMPILATIONEM

QUAM

M. LABORANS S. R. E. CARDINALIS

ADORNAVIT.

EX CODICE MSS. BIBLIOTH. SACROS. VATICANAE BASILICAE
PRINCIPIS APOSTOLORUM.

DE COMPILATIONE DECRETORUM

QUAM

CARD. LABORANS ADORNAVIT

Ex quo I. M. Suaresius episcopus vasionensis primus Laborantis canonum collectionem compilasse significavit [1]), omnium, qui juris canonici historia delectantur, curiositas ac diligentia in eam conversa sunt. Attamen cum clarissimus ille vir hoc uno contentus videretnr, ut maecenati suo celeberrimo, Francisco scilicet Barberinio S. R. E. Cardinali persuaderet, maximum tum romanae purpurae decus addi, tum juris scientiae incrementum accedere posse, si Laborantis opus quam citissime typis ederetur, pauca solummodo in hac re praestitisse dicendus est. Antonius postea Zaccaria ex societate Jesu, inter historiae litterariae cultores hisce ultimis temporibus facile princeps, cum in id potissimum mentem convertisset, ut quaecunque ad sedis apostolicae auctoritatem tutandam, vel ad ejus splendorem augendum aliquid conferre posse videret, id sedulo arriperet, atque ex bibliothecarum latebris in apertam lucem proferret, diligentissime ea omnia collegit, quae ab antecessore suo utpote ignota relicta erant [2]). Hinc non solum accuratissime de ejusmodi celeberrimi cardinalis vita disseruit, quandoquidem ipsum et Alexandro III. pontifici maxime acceptum, et ad omnia tum ecclesiae tum reipublicae negotia procuranda prae ceteris adhibitum fuisse demonstravit, sed operum quoque ejusdem cardinalis diligentissimum examen

---

1) De Magistro Laborante Cardinali Florentino, ob summum laborem ite dicto extat inter ejus dissertat. de chronologia operum S. Augustini, de opere perfecto adversus Julianum, et de crocea veste Cardinalium in conclavi. Romae 1670. in 4.

2) De inedita canonum collectione, quam XII. saeculo Cardinalis Laborans composuit. Apud Galland. T. II. p. 766–800. ed. cit.

instituit, ut errores refellere posset, quos Fabritius adversus Laborantem in vulgus disseminare conatus erat.

Attamen in describendo praestantissimo Laborantis opere, canonum nempe collectione, Zaccaria Ballerinios imitatus est, ac praeter externam collectionis descriptionem nihil protulit, quod ipsam operis rationem, interioremque ejus naturam patefaceret, simulque demonstraret quomodo cum aliis canonum collectionibus, atque in primis cum Gratiani decreto cohaereat. Aequum igitur esse duximus, ut cum peropportuna nobis sese occasio praebuerit examinandi codicem qui Laborantis compilationem exhibet, atque unicus est, qui hucusque innotuerit, de ipsa paulo fusius in hac nostra dissertatione disseruimus.

§. 1.

Operis partitio.

Laborans opus universum primitus in quinque libros distribuerat, quorum singulos in partes divisit. Singulas dein partes tum majorem tum minorem rubricarum seu titulorum numerum complectuntur, qui *capitularia* nominantur. Capitularia singula proprias inscriptiones praeferunt atque ad instar rubricarum plura vel pauciora, prout argumentorum, quae in singulis rubricis tractantur, natura exigeret, capitula exhibent. Tum librorum partes, tum partium capitularia numeris distinguuntur, qui in capitulis desunt, quibus licet inscriptiones non desint, nulla tamen summulae seu argumentorum indices praefixae sunt, quae in omnibus anterioribus canonum collectionibus, atque etiam in gratianeo decreto inveniuntur.

Liber primus undecim constat partibus quorum prima 16, secunda 12, tertia 6, quarta 18, quinta 14, sexta 51, septima 29, octava 14, nona 14, decima 24, atque undecima 6 capitularia seu titulos habet.

Liber secundus in quatuor partes dividitur quarum prima 23, secunda 28, tertia 40, quarta 21 capitularia continet.

Tertius liber duas tantummodo partes complectitur, earumque altera 10, altera 6 titulos habet.

Liber quartus caeteris perfectior atque amplior duodecim parti-

bus et titulis 25, 40, 40, 31, 25, 15, 19, 21, 22, 15, 4, et 18, constat.

Quintus denique liber quatuor partibus ac titulis 10, 8, 12, et 10 coalescit. Hisce quinque libris, sextus epilogi instar additus est, qui quinque habet partes, quarum prima 10, secunda 14, tertia 35, quarta 7, et quinta 13 titulos praefert.

Singuli libri praefationem habent, quae modo brevior modo prolixior eorum argumentum explicat, illudque cum iis, quae in antecedenti tractantur conjungit [3]).

---

3) Hasce praefationes hic apponimus, cum Zaccaria illas omiserit

Liber primus agit de varietatibus ecclesiasticae promotionis.

Quibus et qualiter ad ecclesiasticos ascendere liceat gradus, docuit liber primus. A modo secundus quos e contra, veluti saepenumero fit, quibusve de causis ex ejusmodi sublimatis liceat vel oporteat degradari compendiosa breviatione docebit. Pestilens ergo simoniace haeresis primo notanda, quia prima contra dei ecclesiam diabolica suggestione surrepsit, omneque peccatum quod senile actum constat esse mortiferum, tam auctori quam operario, nihilominus et fautori suo, periculum necessariae degradationis importat. Veniale vero quia sui reddit inhibita frequentatio crimen, ut ebrietas et alcatio, scilicet deponit, licite quidem, sed non necessario, nisi cum obstinatione tenatius radicatum nequeat explantari. Quoniam autem sic expedit et haec et alia depositoria de cetero fient plenius planiusque scitis autenticis manifesta.

Liber tertius hujus excerpti decretorum seu canonum liber, quos degradatorum et quomodo reparari conceditur, partim exemplis partim canonibus indicat et declarat.

Quartus hic liber, qua disciplina sine degradatione fieri valeat, tum exemplis, tum venerandis edocet institutis. Contingit enim frequentius non degradari clericum, neque deponi laicum, sed et hunc atque illum, sit anathemate vel excommunicatione confundi, beneficio denudari; extenuari jejunio, vel amissione mulctari peculii, humiliari exilio, affici mancipatione custodiae, vel affligi curiae servitute, macerari abstinentia, atque aliis tam canonum quam legum vel ecclesiastici arbitrii corripi modis. Quibus autem haec fiant casibus, *partiliter* ostendetur, sed prius anathematis ab excommunicatione distantia.

Quintus liber numerum personarum quas exigit causa, qualitates earumdem, et caetera quae praecipuea requiruntur in ipsa, brevitate qua valuerit demonstrabit, dilucidans quorum et quibus in causis intentione vel testificatione convinci clerici vel laici possint atque alia quae per titulos distinguntur, asserens etiam primo loco judicialem ordinem in omni causa servandum et sic propositum adoritur.

Non omnis causa eadem, nec omnis ordo judicialis idem. In omni tamen causa servandus est ordo judicialis, dum nihil judicari congruat inauditum. Pro triplice enim causarum themate, triplex est ordo judicialis. Litis etenim cautivum, thema scilicet conflictionis primae causarum, id est causa propter quam pulsatus vel impetitus vel reus, sive sit sive fiet, in judicium convocatur, est aliquoties notorium seu simpliciter notum, et aliquotiens est ignotum. Ignotum deputatur, quamvis judici notum sit et non aliis, aut aliis et non judici, aut aliis et judici, sed non judicialiter. Dico autem non judicialiter notum judici, si reus non contumaciter absens, sed in jure situs, nec juri convictus est, nec sponte confessus, nec notorie notus, id est, populi rumoribus manifestus. Contumacia namque reum qui absens est et praesentem facit. Unde *de illicita* supra lib. IV. p. III. tit. VII. – C. 24. q. 3. c. 6. *Decrevimus*. P. XII. tit. VIIII. – C. 10. q. 1. c. 10; – et in consistorio seu jure sito judici, judicialiter, quod est legitime, notum id est sufficienter ad judicialem sententiam judici et curiae manifestum. Unde *Presbyter aut diaconus* infra tit. III. – C. 13. q. 5. c. 2. Sic notorum thematum vel potius

Ad quinti libri calcem brevis additur nota, qua singulorum librorum argumentum denuo indicatur, ac sexto libri natura declaratur. Laborans ita rem explicat:

Liber sextus epilogus est partim praecedentium quinque librorum, singulorum namque materiam ad facultatem intelligentiae revocat et in amminiculum memorandi, sub brevi compendio repraesentat.

Erit ergo materia primi libri in clerum, et ad officia cleri promotio, et modi promotionis.

Secundi, promotorum depositio et causae depositionis.

Tertii, depositorum reparatio et modi reparationis.

Quarti pro culparum varietate sine depositione correptio.

Quinti, personarum aliorumve contingentium causae non descienda pluralitas.

Partes librorum faciunt vel quasi diversa rerum genera, vel quasi diversae generis species, vel tedium multitudinis copiosae. Primi namque libri quatuor primae partes, quatuor veluti generibus distant, septem vero sequentes et quarta generis sunt unius, quia circa promotionem materiam libri consistunt. Quinti vero libri partes et sexti, efficiunt tanquam plures unius generis species. At vero secundi, tertii quoque partes et quarti, quo fierent persuasit taedium multitudinis et longae pluralitatis. Primi rursus tres primae partes et si materiam non informent, sunt tamen informantibus et quibusque sequentibus opus.

Rursus autem liber sextus anterioribus est adjectio nonnullo-

---

ignotorum, nihil adhuc constat sententiae gladio feriendum. Imo nihil prorsus absque judicio, nec sine provisione pacis generalis. Unde *Nos* infra tit. III. – C. 2. q. 1. c. 22. *Cum quisque* supra lib. III. p. I. tit VIII. – C. 23. q. 4. c. 19.

Notum vero dicitur illud thema, de quo sub examine legitimo is qui fuerat impetitus, in jure aut convictus est aut sponte confessus, vel quod est vulgari certitudine publicatum, hoc tertium notorium vocatur, quasi realiter et simpliciter notum.

Haec tria causarum themata, quorum primum dici valet evictum, secundum confessum, tertium per se notum, sicut abinvicem natura discrepant, sic in suis executionibus judiciales habent ordines discrepantes. In probatione siquidem rei, quae intenditur, quinque vel quatuor esse personae sub audientia curiae debent, aliae quidem ab invicem et ad invicem sibi praesentes. Hae causae sunt judex electus, accusator sive impetitor idoneus, testis cum legitimo teste legitimus, accusatus sive reus sive potius dixeris impetitus, defensor congruus, si voluerit impetitus, nisi causa sit criminalis seu capitalis, aut status. Illic enim nec experitur vicarius, nec defendit. Unde *Nullus* etc. C. 4. q. 4. c. 1. etc.

rum, sine quorum notitia ministri canonum, rusticani quandoque putantur et contemptibiles et ignari.

§. 2.

De fontibus, quibus Laborans usus est, deque modo quo eos disposuit.

Ad ejusmodi decretorum opus conficiendum nullam aliam canonum collectionem adhibuit Laborans, quam Gratiani decretum. Mirum sane videri debet, quod Gratiani opus, quod simul ac editum fuerat, summis plausibus exceptum atque in academiis non solum sed in foro et in judiciis quoque adhibitum, et juris romani collectionibus adjunctum fuerat, denuo ex integro mutare ac novo omnino ordine ejusdem argumentum disponere Laborans conaretur. Quodque magis admirationem movet illud est, quod vix elapso post confectum a Gratiano decretum triginta annorum spatio suum opus elaborare coeperit. Gratianus enim decretum tempore Eugenii III. (1145. —1153) compilavit, Laborans vero, uti ipse sub finem operis significat, operi suo post viginti annos, quos in illo elucubrando insumpserat, anno 1182 finem imposuit.

Attamen si ipsam gratianei decreti indolem atque naturam accuratius perscrutabimur facillime intelligemus, qua de causa hoc consilium coeperit. Hinc prae omnibus ordinem, quem Gratianus secutus est, explicabimus ac dein cum ordine, quo Laborans suum opus confecit conferre studebimus.

Gratianus, quod omnibus notum est, collectionem suam in tres partes divisit, quarum prima centum et unum titulos amplectitur, quos Paucopalea, qui primus in eos glossas conscripsit, distinctiones appellavit. Agit haec prima pars de jure personarum, atque in hunc modum disposita est.

1) Agitur de legibus in genere, tum naturalibus tum positivis, divinis et humanis, de jure romano, de consuetudine, de jure canonico, ac de ejusdem cum jure civili nexu. *Dist.* 1—14.

2) De juris canonici origine et fontibus, de conciliorum canonibus et R. Pontificum litteris decretalibus; de ipsis conciliis, quando

et a quibus celebranda, deque eorum auctoritate; de ss. Patribus eorumque auctoritate. *D.* 15—20.

3) Plurimae denique hujus partis distinctiones agunt a *D.* 21. usque ad 79 de personis ecclesiasticis, de ipsarum qualitatibus, juribus, officio ac consecratione. Quod porro argumentum ita distribuit: *D.* 22. De dignitate et auctoritate ecclesiae romanae, ceterarumque principalium maxime orientis ecclesiarum. *D.* 23. De personarum ecclesiasticarum, a papa usque ad ostiarium ordinatione. *D.* 24. De examinatione ordinandorum. *D.* 25. De ministrorum qualitate atque officiis, incipiendo ob ostiario usque ad episcopum.

D. 26. de episcopi moribus, ut sit *unius uxoris vir. D.* 27—32. De clericorum castitate et continentia universim. *D.* 33. De clericorum qualitatibus, seu de irregularitatibus, ne *bigami*, *corpore vitiati*, *usurarii*, *publice poenitentes*, *lusores*, *in scena ludentes*, *furiosi*, *arreptitii*, *accipientes meretrices in uxores et concubinas habentes* ad sacros ordines admittantur. *D.* 34. De moribus episcopi, *ut nimiam familiaritatem domesticarum personarum etiam consanguinearum* devitet et ut venatione non distrahatur *Dist.* 35—38. *De sobrietate*, *de scientia clericorum*, *ne libros gentilium legant.*

D. 39—49. De necessaria prudentia episcoporum in rebus saecularibus ne eorum imperitia ecclesiae damnum patiantur, de ornatu interiori episcoporum, uti sint graves in incessu et in habitu, temperantes, hospitales, pudici et docti, non vinolenti, non percussores, non litigiosi, non cupidi, non neophyti, non criminosi et vitiosi. *D.* 50. De lapsu et reparatione clericorum. *D.* 51—59. Quaedam alia continent, quae ex parte jam superius *D.* 33. tractata sunt, uti *de qualitatibus et moribus ordinandorum*, *ne quis saltu promoveatur*, *ne curiales officiarii et advocati et judices*, *ne servi a non dominis manumissi*, *ne corpore vitiati*, *bigami illiterati*, *publici poenitentes*, *ne filii presbyterorum et nati de fornicatione vel adulterio*, *ne baptizati in aegritudine ordinentur*; *ne monachi sine licentia abbatis ordinentur*, *ne laici litterati subito ordinentur*. D. 60-74. Agunt *de statu personarum*, *quae promoveri possunt*, *et quidem de electione episcoporum*, *archiepiscoporum*, *presbyterorum quomodo facienda*, *et quibus jus eligendi et consecrandi competit*, *de ordinibus non iterandis*, *et de tonsura*, *de litteris formatis et dimissoriis* D. 75—80. Agunt *de tempore et die consecrationis epi-*

scoporum, nec non de temporibus ordinationum aliorum clericorum, de jejuniis quatuor temporum eorumque origine et causa, de interstitiis temporum, de aetate sacerdotum ordinandorum; de ordinatione summi pontificis a solis Cardinalibus facienda.

Dist. 81—89. sunt fere epilogus earum, quae praecesserunt, ac de necessariis qualitatibus eorum disserunt, qui ad sacerdotium admittuntur. Gratianus hic denuo agit, *quod episcopus ordinandus sine crimine sit, et ne clerici cum mulieribus cohabitent, quod praelati immunes a peccato sint, et quod peccatis aliorum consentire non debeant, de vigilantia praelatorum circa res ecclesiae, circa defensionem pauperum, miserorum et oppressorum, de hospitalitate maxime episcopis necessaria, de cura episcoporum circa viduas, orphanos, ne cupiditatis causa negotiatores sint, et ut episcopi propriam domum et ecclesiam bene administrent.* Dist. 90 agit *de litigiosis corripiendis et non ordinandis.* Dist. 91 et 92 *De cantu ecclesiae.* Dist. 93. *De obedientia subditorum erga majores.* Dist. 94 *De legato romani pontificis nec non de ejus potestate.* Dist. 95 *Quod presbyteri subjecti episcopis his praesentibus sacra mysteria celebrare possint.*

Dist. 96, 97, 98 nullum omnino nexum habent cum praecedentibus. Distinctio siquidem 96 et 97 agunt de laicorum conditione in ecclesia, *quod laici*, nempe, *quin imo ipsi imperatores nullum ordinare, neque de rebus ecclesiarum judicare possunt*, quod vero laici et imperatores *et caeteri principes saeculares praecibus eorum ecclesias juvare possint.*

Dist. 98. agit, quin pateat ratio, *de clericis peregrinis et ultramarinis, quod sine testimonio quinque episcoporum non sint recipiendi*, qua de re jam superius Dist. 73, ubi de litteris formatis et dimissoriis sermo instituebatur, agere debuisset. Ultimae denique tres distinctiones 99, 100, 101 agunt *de primatibus et potestate eorum et quod nullus appellandus sit universalis; de pallio et usu ejus, et quod una provincia in duas non dividatur.*

Jam vero si ordinem a Gratiano in disponendo primae partis argumento observatum, uti eum hic exposuimus, attente quis examinaverit, facile profitebitur non omnia hic sibi invicem cohaerere, immo vero omnia sine delectu ac sine consilio esse consarcinata. Id ipsum etiam atque etiam apparet, si singularum distinctionum ratio-

nem ac disposionem consideres. Saepe enim argumentum, de quo agere deberent, vix attingunt, nullibi fere ex integro illud exponunt. Quod si aliquoties paulo accuratius rem examinare, atque adductis omnibus tum pontificum decretalibus tum sanctorum patrum locis, qui ad eam explicandam facere possent, rem ipsam confirmare videtur, saepe etiam qualibet data occasione ab argumento recedit, et alia quaecumque extranea in medium profert. Pauca exempla sufficiant: In distinctione 6, in qua disserit *de dignitate juris naturalis*, agit quoque *de illusionibus nocturnis num ad peccatum imputentur*; in distinctione 25, quae est *de moribus ordinandorum*, postquam can. 3 exposuerat, episcopum ab omni etiam labe veniali immunem esse oportere necesse esse, agit in canone 4 *de igne purgatorio.* In distinctione 26, ubi de bigamis non ordinandis episcopis agit, quaerit, an bigamiae labes per baptismum tollatur; tractans in distinctione 29, 30, 31, et 32 de continentia sacerdotum, quaestionem movet de quibusdam juris positivi differentiis dicens, jus positivum ex causis, loco, tempore, et persona considerandum esse, ibique multa de Manichaeorum superstitionibus congerit.

Ea quae in distinctionibus 34-49 habet potius ad dist. 25 et 26 referenda fuissent, ubi argumentum sane amplissimum incredibili alienarum rerum commixtione perturbat. Nec rectior elucet ordo in dist. 51-61 ubi de variis personarum generibus disserit, quae ad sacerdotium promoveri nequeunt, ac postquam breviter de filiis presbyterorum egerat, ad aliam quaestionem divertit expendens, utrum patrum vitia filiis noceant. Iis, quae dist. 64 et 65 de consecratione ordinandorum profert, plurima immiscet, quae ad cathedrarum praerogativam spectant, et dist. 79 et dist. 81 iterum ad ordinationem episcoporum se convertit, suplens iis quae alias dixerat: *Haec de ordinandis*, inquit, *et ordinatoribus atque de singulorum graduum dictinctionibus, et officiis dixisse nos sufficiat. Verum, quia aliquantulum in his immorati sumus, quaedam praecedentibus cohaerentia sub epilogo ad memoriam subjiciamus. Debet ordinandus in episcopum, ut Apostolus scribit esse sine crimine.* etc.

Quam male inter se cohaereant, quamque prave ea sint congesta, quae in dist. 91. usque ad 101. habet, nemo est, qui non videat; quare de iis satis superque dixisse credimus.

Non minus ac in argumentorum dispositione hujusmodi ordinis ac

consilii defectus in iis deprehenditur, quae Gratianus in singulis distinctionibus ad conjungenda diversa capitula inseruit, nec non in summulis, quas capitibus praefixit. Hujusmodi Gratiani *partes et dicta*, uti vulgo nominantur, ab illis, qui glossas in decretum exararunt vix unquam dispiciuntur, utpote quae parum apte ac prudenter concinata sunt. Joannes Andreas, qui dicebatur *tuba et pater juris canonici*, ea ubique carpit ac supervacanea esse demonstrat 4).

Certum est Laborautem nostrum probe intellexisse, quam multa in Gratiani opere essent reprehendenda, atque hac praesertim de causa totum ipsius argumentum in novum eumque meliorem ordinem digerere voluisse, quod non solum in argumentorum dispositione, sed etiam in seligendis tum conciliorum tum patrum testimoniis praestitisse dicendus est.

Operae praetium erit ipsius methodum hic paucis exponere.

Universum primae Gratiani partis argumentum Laborans in primum collectionis librum recepit, cui praefationis loco *praeludium* adjecit, in quo generatim de juris origine et progressu disserit, et generaliora quaedam principia exponit. Agit porro aeque de jure publico ac de jure ecclesiastico, et maxime juris ecclesiastici veluti fontes conciliorum canones et pontificum decretales agnoscit. Dein brevibus quibusdam animadversionibus concludit, quibus omnium legum finem, quem nullum alium esse dicit, quam homines meliores perfectioresque reddere, aliaque plura, quae ad legum naturam pertinent, modo in scholis tunc tempore usitato, explicat atque exponit. Hinc *finis*, inquit, *est ad patriam genus humanum officii dispensatione reducere. Auctor*, *instinctu divinitatis*, *ordo pontificalis*, *ministri*, *pontifices et sacerdotes.*

Hisce praemissis ipsum opus agreditur, atque *in prima libri primi parte* de jure naturali et de consuetudine, de diversis ipsorum speciebus nec non de eorum nexu disserit. In exordio legis naturam explicat et de ejus vi ac de ejus auctoritate et usu nonnulla profert.

In parte secunda tractat de origine conciliorum oecumenicorum

---

4) Non obstat, si dicis, librum Decretorum fuisse per papam approbatum, quia nec hoc constat. Et dato, quod constaret; approbatio fuit quoad compilationem, non quoad *dicta Gratiani*, quae quotidie reprobamus. Comment. ad cap. 2. de rescriptis (I. 3.)

de eorum numero, de canone Sacrae Scripturae, de auctoritate congregandi concilia, quando et a quo celebrari debeant, de eulogiis ad concilia deferendis, de sollicitudine episcoporum erga concilia eorumque statuta, de decretalibus epistolis et sanctionibus apostolicis deque earum auctoritate ac tandem de auctoritate doctorum.

In tertia parte agitur de ministris canonum, et de origine ordinis sacerdotalis novi testamenti, de primatu romanaê ecclesiae, de ordine et origine sedium patriarchalium, de subjectione sedis contantinopolitanae aliarumque.

In parte quarta atque sequentibus, quinta, sexta et septima *de ordinatione clericorum* sermonem instituit, atque a minoribus ordinibus incipiens, omnes et singulos ad sacerdotium usque percenset. Cum vero non pauci sint prius laici dein in inferiores ordines fuere adscripti, ac demum ad sacerdotium promoti, in parte quarta de laicis personis, quae ad sacerdotium admitti possunt, et in quinta de iis quae ab inferioribus ordinibus ad majores ascendere cupiunt, disserit.

Cuique parti quoddam veluti oxordium praeponit in quo quae sit expositurus brevi declarat. Partem ergo quartam ita exorditur: *Quoniam autem minister canonum esse non potest qui non est taxatus in clero, et ex laicorum genere nec ex omni, nec quomodo libet, unde quisquis clericus designatur, assumitur, videndus unde sumendus et quomodo. Siquidem sunt laicorum genera multa, ut liberi, servi, manumissi ac curiales et alii*. Item partem quintam incipit dicens: *Viso quorum examinis servata regula semper aut nunquam aut difficile sit, luculenter ad funiculum pertingere clericorum; videndum quorum, eadem manente regula, semper aut nunquam aut difficile sit scienter sacrornm ministrorum gradibus applicari. Nam et horum genera plura sunt, ut filii presbyterorum, obnoxii et alii.*

Dein ad episcopos progreditur, disputationemque suam, hisce verbis exorditur: *Ad episcopalis tandem excellentiae culmen non ex quibuscumque generibus hominum licenter ascendunt, nec ex ullis nisi quos canonum providentissima norma designat quibus ad hujus speculae fasces non liceat aspirare, crimine detenti, bigami, et omnes quos ad sacerdotium vel infra determinavimus non admitti. Quicunque etiam gradus adimunt acquisitos, universa ne gradus*

acquirantur obsistunt. De talibus in secundo libro dicetur. In hoc autem, ut in ecclesiasticis gradibus et praecipue pontificali, quodam sub compendio certius ad eorum discretionem communitatemque memoria se posse retinere congaudeat; qualis esse, qualisque non esse debeat vel episcopus, vel presbyter vel diaconus, et quicunque praeficiendus est rector ecclesiae, tum descriptio notificabit apostoli, tum caeterorum constitutio patrum.

Quae de episcopis habet, ea libro sexto et septimo complectitur, atque eodem fere modo ac superius, uti de clericis sermonem habens fecerat, qualitates singulas enumerat, quibus episcopus ornatus esse debet, totamque rem summo ordine ac perspicuitate exponit, ita, ut longe praeferri debeat iis, quae Gratianus de hac eadem re protulerat. Ea enim, quae Gratianus confuse disseruerat, Laborans undequaque colligens in unum quodammodo conjunxit ac summa perspicuitate disposuit. Unde non ex distinctionibus solum seu ex prima decreti parte, sed etiam ex secunda, quae, uti notum est, in causas distribuitur, ac saepissime de iis etiam rebus tractat, quae omnino in prima parte absolvi debuissent, capitula sua deprompsit [5]).

Octava pars ea complectitur, quae ad romanum pontificem spectant. Hinc de ejusdem auctoritate in patriarchas et in universum clerum disserit, quo in loco ea quoque explicat, quae *ad obedientiam subditorum erga praelatos*, ad apostolicam legationem ejus-

5) Juvat hic integram partem sextam libri primi in harmoniam cum capitulis gratiancis revocare ut melius pateat, quomodo Laborans decreto Gratiani usus fuerit.

D. 81. c. 1. D. 25. c. 1, 4. D. 36. c. 3. D. 38. c. 3, 4, 1, 10. D. 37. c. 16. D. 38. c. 18, 5, 2, 7, 8, 12, 13, 14, et 16. (*Paleae*) D. 37. c. 1, 2, 3, 5, 6 (*Palea*), 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15. D. 41. c. 1, 4, 2. – D. 5. de cons. c. 29. et c. 30. D. 41. c. 3, 6, 7, 8. D. 42. c. 3, 4, 5, 6, et 7. D. 61. c. 4, 8. D. 43. c. 1, 4. C. 8. q. 1. c. 12. D. 43. c. 2. C. 11. q. 3. c. 22. C. 7. q. 1. c. 41. D. 44. c. 1. D. 49. c. 9. D. 47. c. 10. D. 28. c. 13. D. 35. c. 6, 3, 4, 9, 2. D. 37. c. 4. D. 45. c. 1, 2, 3, 4, 5, 8, 7. C. 17. q. 4. c. 29. C. 23. q. 5. c. 1, et 2. C. 20. q. 4. c. 3. C. 23. q. 8. c. 29. D. 45. c. 18. 16. D. 46. c. 1. D. 47. c. 6, et 7. D. 86. c. 26. D. 51. c. 5. D. 36. c. 2. D. 59. c. 1, 6, 2, 3. D. 60. c. 4. D. 61. c. 7, 6, 9. C. 1. q. 7. c. 18. C. 23. q. 4. c. 33. C. 1. q. 7. c. 19. D. 61. c. 10, 11. D. 39. c. un. D. 89. c. 7. D. 86. c 8, et 9. D. 76. c. 11. D. 86. c. 12. – Anselm. lucens. lib. VI. c. 183. – D. 84. c. 2. D. 86. c. 1, 2, 3 D. 45. c. 9, 14, 15, 10, 11, 12, 13, 17. D. 88. c. 6, 15, 16, 17, 18, 19, 21, 22. D. 34. c. 1. 2, 3. D. 32. c. 16. D. 81. c. 24, 25, 29, 31 26, 27, 28, 32. D. 32. c. 17, 18, 19. D. 34. c. 19. D. 83. c. 2. 3, 4, 5, et 6. D. 86. c. 23, 24. C. 15. q. 7. c. 2. C. 1. q. 7. c. 11. D. 86. c. 4. C. 28. q. 1. c. 13, 14. D. 88. c. 9, 10. D. 31. c. 11.

que auctoritatem pertineant, et post quam de pallio, de ejus origine et usu pauca protulit, agit tandem de auctoritate sedis apostolicae, deque ejus rescriptis autenticis.

Naturali rerum ordini inhaerens in non a parte *de clericorum promotione et de examine promovendorum loquitur eaque adjungit, quae de interstitiis ac terminis ordinum et de jejunio quatuor temporum dicenda erant.*

Eundem ordinem sectatur in decima parte in qua ea profert, quae ad *electionem* et *depositionem* singulorum ordinum clericorum pertinent, et incipiens a summo pontifice usque ad inferiorum ordinum clericos progreditur, iisque monachos quoque adjungit.

In ultima denique hujus libri parte explicat, quem locum laici in cleri electione habeant, habereque possint. Adjicit constitutiones Ludovici, Henrici et Ottonis imperatorum de electione romanorum pontificum editas [6]), quibus Laborans hoc adnotavit: *Ex his ergo constitutionibus et pacto Ludovici imperatoris colligitur imperatores renuntiasse privilegiis quae de electione summi pontificis, Adrianum papam imperatori Carolo et Leonem papam regi Ottoni fecisse praestruximus. Unde manifestum est, electionem romani pontificis solius esse ordinis clericorum, et electum inconsultis romanorum regibus ordinandum. Idem videtur et in episcopis observandum, ut scilicet in eis eligendis aut ordinandis, cujusquam laici super clericos nulla sit praeminentia. Fundatoribus tamen ecclesiarum, earundem eligendi rectores libera est facultas.*

Si igitur Gratiani ordinem cum eo, quem sequutus est Laborans comparemus, illico patebit, hunc omnia et accomodatius disposuisse, et incomodum illud maximum ac fastidiosum evitasse, in quod Gratianus saepe nimium incidit, cum easdem omnino res semel ac iterum in diversis collectionis suae partibus repetit.

Ut vero pateat Laborantem non solum primam decreti partem in meliorem redigisse formam, sed alias etiam quae ipsum subsequuntur, operae praetium est, ut hic paucis significemus, quomodo Gratianus secundam operis sui partem distribuerit.

---

6) Ex Distinct. LXIII. capp. 28, 29, 30, 31, et 32., ubi animadvertas Laborantem duo capitula, 31 nempe et 32, quae sub *palearum* nomine vulgo occurrunt, recepisse.

Facile cuique patet, Gratianum in hac secunda operis parte concinnanda multo quam in prima prudentiorem fuisse. Optimo enim consilio universum argumentum, quod diversa tum clericorum tum laicorum jura officiaque amplectabatur, ita distribuit, ut XXXVI causis, quas judiciali modo propositas in diversas quaestiones divisit, totum absolveretur, atque ecclesiasticis tum pontificum tum conciliorum sanctorumque patrum decisionibus questiones omnes dirimerentur. Caeterum judiciorum methodum secutus rationesque hinc inde pro utraque parte proponens, saepe inconcinne adeo rem ipsam pertractat, ut aliquando quaestiones aut indecisae remaneant, aut tanta confusione explicentur, ut certa illius sententia minime appareat.

In prima causa de simonia deque simoniacis ordinationibus agens hisce verbis secundam operis partem exorditur, ac primae adnectit: *Hactenus de electione et ordinatione clericorum tractavimus. Nunc ad symoniacorum ordinationes transeamus. Et ut facile liqueat, quid super hac haeresi sanctorum patrum decrevit auctoritas, causa deducatur in medium cujus negotium, et de scienter a simonicis consecratis, et de ordinationibus quae per pecunias fiunt, contineat.*

Sed et hic Gratianus denuo ab argumento in quod erat ingressus, deflectit, licet de simoniacis ordinationibus agere proposuerit, plura tamen de rebus minime huc pertinentibus disputat, videlicet: *de baptismate haereticorum, de natura baptismatis, de ordinatis a falsis episcopis, de his qui cum haereticis communicant, de remissione peccatorum, ubi quaerit, num crimina paterna filiis obsint, de alimentis pauperibus sustentandis ac his similibus.*

Cum vero simoniaci non raro beneficiis priventur, quinimmo deponendi etiam sint, Gratianus in secunda causa ad rem judiciariam ecclesiae transit, atque ad ea, quae hic de judiciis, de testibus, de accusationibus aliisque hujusmodi dicturus est, ita gradum facit: *His breviter praemissis, ad ea veniamus, quae ecclesia severitate disciplinae parata est ulcisci, ostendentes, quibus accusantibus vel testificantibus quilibet sint convincendi; quo judice quisque debeat condemnari vel absolvi; si causa vitiata fuit, quo remedio possit sublevari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut facilius pateat, exemplum ponatur sub*

oculis; in quo auctoritates hinc inde controversantes distinguantur, et quid sanctorum patrum sentiat auctoritas, liquido intimetur.

In causis tertia, quarta, quinta et sexta eandem rem prosequitur, eamque fusius pertractat, nonnulla tamen permiscet, quae omnino aliena sunt, uti de conciliis et eorundem celebratione.

In causa septima ab antecedentibus plane digreditur, et disputat de coadjutoribus episcoporum et clericorum aegrotantium, et num vivente episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari.

In causa octava ad simoniacas ordinationes repente revertitur, et quaestionem movet, utrum liceat episcopo sibi successorem eligere. Nona causa agit de ordinationibus clericorum, qua de re in parte prima plurimum disseruerat.

In causa decima aliam omnino materiam aggreditur, rerum scilicet ecclesiasticarum administrationem, quomodo ab episcopis peragenda; quam quaestionem in prima item parte discusserat. Sed in causa XI. rursus ad judicia revertitur et de foro competenti clericorum agit, in qua tamen re non satis consistit, quippe statim in causa XII denuo ad bona ecclesiastica regreditur, ubi de peculio clericorum et testamentis disserit. In causa XIII complexus est Gratianus jura quaedam ecclesiastica decimarum et sepulcrorum, nec non eorundem jurium praescriptiones. In causa XIV multa miscentur, quae minime inter se cohaerent, nempe clericos non debere pro rebus perituris, etiam in judicio provocatos, litigare, neque in rebus ecclesiae testimonium ferre; dein ibidem uberius de usuris agit. Causa XV nec cum prioribus, nec cum subsequentibus causis cohaeret, et agit 1) de non recipiendis muneribus a clericis pro patrociniis impensis; 2) an sacerdotes ex confessione mulieris sint condemnandi, 3) an episcopi et ministri ecclesiae die dominico causas ventilare possint; 4) an neganti crimen purgatio sit indicenda. 5) an in judiciis confessio cruciatibus sit extorquenda; 6) an episcopus proprio motu sine examine synodali sacerdotes possit damnare et deponere et 7) an clerici confessi vel convicti de his criminibus, quae ante ordinationem commiserunt, possint suscepti ordinis officium exequi, ac etiam de filiis presbyterorum disputat. Ejusmodi porro quaestiones, licet maximi momenti sint, non satis fuse pertractat, et quoniam ad judicia spectant, commodius a Gratiano in superioribus disputata fuissent. Digrediens ab hoc rerum ordine in

causa XVI a clericis ad monachos transit, atque in hac et in sequentibus XVII, XVIII, XIX et XX causis de monasteriis et de rebus ad monasteria pertinentibus disserit. Multa tamen confuse profert, alia aeque non minoris momenti, vix attingit, et plurima aliena et inutilia *de praescriptionibus et alienationibus rerum ecclesiasticorum*, *de jure patronatus*, *de beneficiis*, *de investitura laicorum* interserit. Cum in ultima causae XX quaestione quaesierit: *utrum liceat ab uno monasterio transire ad aliud*, iterum ad clerum se convertit, et causa XXI eandem fere quaestionem in duas tamen divisam qnoad clericos spectat proponit: scilicet: 1) *an clericus possit in duabus ecclesis inscribi*; 2) *an liceat clericis a sua ecclesia ad aliam transire*. Sic de clericis sermonem institnens, multa hic repetit, de quibus jam in prima parte fuse egerat, de *clericorum* nempe *moribus*, *indumentis*, *negotiationibus et judiciis*.

In causa XXII de juramento et perjurio disputat, ubi quin ulla pateat ratio de *clericorum consueta obedientia episcopis non deneganda* agit. In causa XXIII loquitur de *bello*, de *injuria*, de *vindicta*, et ad alia progrediens quaerit; 1) *an judices vel ministri reos occidentes peccent*? 2) *an mali ad bonum cogendi*? 3) *an haeretici suis et ecclesiae eorum bonis spoliandi*? et tandem 4) *an clerici arma movere possint.* In sequenti causa XXIV agit *de excomunicatione et de interdicto*, *et an excomunicatio ab haeretico valida sit*? Hic autem simul agit de haeresum et schismatum origine, causa, et de praecipuis haereticorum sectis, ubi Isidori locum celeberrimum ex ejus ethymolog. lib. VIII. c. 5. allegat. Causa XXV tota est *de privilegiis romanorum pontificum praeprimis auctoritate concessis*, et saltu quodam in causa XXVI ad tractanda ea se convertit, quae ad *sortilegia* et *sortilegos pertinent*, quibus tamen multa aliena immiscet, ac demum in quaestione sexta et septima quaerit 1) *an excomunicatus ab episcopo possit reconciliari a presbytero eodem episcopo inconsulto? et* 2) *num morientibus poenitentia sit imponenda.* His expeditis in causa XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII, et XXXIII de matrimonio et de rebus ad matrimonium pertinentibus agens, rem totam fusius ac rectius quam ullam aliam pertractat, nec ad aliena sese convertit, uti in superioribus eum fecisse animadvertimus.

Quoniam vero in matrimonio, et propter matrimonium pluri-

ma committuntur peccata, a Gratiano ipso aut forte ab alio tractatus *de poenitentia* causis istis inseritur, post secundam nempe causae XXXIII quaestionem, ubi plurima de poenitentia injungenda conjugibus disseruerat. Dubitari minime profecto potest, quin Gratianus hujusce tractatus auctor sit; ast vero simile omnino non videtur, illum hic extra locum operi suo inseruisse. Causam enim XXXIII statim prosequitur, et in duabus quaestionibus quae remanent examinat 1) an actus conjugalis sit prohibitus tempore orationis; 2) an vir sine consensu uxoris, et e converso, vovere possit continentiam, quae quam longe ab illis distent, quae in tractatu de poenitentia habentur, nemo est, qui non videat. Causa dein XXXIV materiam de adulterio prosequitur, et sequenti causa XXXV ad consanguinitatem et affinitatem transit. In ultima denique seu XXXVI causa quaedam omissa recolit atque agit 1) *de raptu virginum per oppressionem* et 2) *num raptori liceat raptam nubere?*

Secundam decreti partem tertia subsequitur, quae *de consecratione* inscribitur. Nisi objiceretur commune antiquorum testimonium, qui omnes solum hunc de consecratione tractatum, tamquam tertiam decreti partem comemorant, nihil vero similius esset, quam Gratianum huic tractatui alium de poenitentia praefixisse, atque utrumque a secunda parte separasse. Uterque enim eadem methodo dispositus atque ita adornatus est, ut minime ad secundam partem pertinuisse videatur. Quodsi dein argumentum ipsum, quod in utroque explicatur, attente consideramus, ac nexum, quem uterque cum universo Gratiani decreto habet perpendimus, alterum qui de consecratione inscribitur, primae partis, et alterum, qui de poenitentia agit secundae partis epilogum esse facillime probari posse confidimus. Sed haec etiam atque etiam patebunt, si prius Laborantis opus accuratius explicaverimus.

In disponendo secundae et tertiae gratianei operis partis argumento Laborans plura etiam praestitit, quam in primo collectionis suae libro. Universam enim materiam a Gratiano male digestam ac coacervatam tam bene distribuit ac tam concinne singulas ejusdem partes conjunxit, ut ubique pateat eum certas colligendi regulas sibi praefixisse, atque singula argumenta in illis locis pertractasse in quibus commodissime ad eam methodum revocari poterant, quam in ordinando universo opere secutus est.

Hinc in secundo operis sui libro unice agit de degradationibus clericorum, atque in quatuor ejus partibus, quae 23, 28, 40 et 21 titulos complectuntur, crimina omnia enumerat, propter quae clerici deponendi sunt. Totam hanc rem ita disposuit atque ordinavit, ut singula quae ad clerum pertinent ex ordine consideret, doctrinam nempe, officia, debitam clericorum erga superiores obedientiam, ac denique ipsorum vitae rationem. Capitula summo studio et labore ex universa secunda decreti parte conquisivit; quaeque hac illac dispersa et confusa congesta invenerat, ad ordinem et unitatem revocavit. Sequenti tertio libro de restitutione depositorum disserit, atque hunc tractatum bifariam dividit agens 1) *de restitutione depositorum ob crimina manifesta*, et 2) *ob crimina occulta, quorum judicium nonnisi deo reservatum esse potest.*

Agit porro hic etiam *de misericordia, cum qua poenae infligi debeant*, sicque gradum facit ad librum quartum, ubi de ecclesiasticis poenis earumque usu disserit. Incipit enim ab *excomunicatione*, de qua in tribus prioribus libri partibus disputat. In quarta dein parte ad sacrilegium transit, ac locos duos a Gratiano mutuatos, alterum Haimonis C. 20. q. 2. c. 39 et alterum concilii quarti toletani C. 17. q. 4. c. 31, qui de sacrilegio agunt, praemisit, quibus dein animadversionem, quam hic exhibemus, subnectit, ut ad sequentia sibi gradum faciat: ait porro: *Sic esse videtur collegium aliquorum unum collecta diversitas, ita sacrilegium, sacrorum in unum raptim congesta pluralitas, sed in usu locutionis humanae dicitur: malignitas ejusmodi rapiendi. Amplius autem est injuriosius rei sacrae, vel ei deputatae, contactus. Juxta quod Arrius sacrilegus extitit, quia mortem Christum, in injuriam tetigit Christi etiam sacrilegus extat, quisquis aedem vel quemlibet ecclesiae deputatum, in contumeliam contingit ecclesiae, sed etiam ille, qui clericis, monachis, deo devotis est aut peregrinis injurius. Cumque sacrilegium sit in personas, aut res, aut loca, vel tempora, pro varietatibus eorumdem etiam sacrilegiorum fit varietas ultionum.*

In iis vero explicandis, quae ad sacrilegium spectant, tres partes insumit, quartam nempe quintam et sextam. In septima de perjurio et de juramentis agit, atque in fine hujus partis quosdam veluti libellos ac formas jurandi adjungit, quarum aliquot hic apponimus, quae apud Gratianum desiderantur. Inter ipsas tamen ea prae

caeteris est memoranda, quae tempore schismatis Octaviani ex electione Alexandri III oborti praescripta fuit 7).

In parte octava *de modo excommunicationis*, *et de modo excommunicatos reconciliandi* disserit, sub cujus finem de haereticis disputat, atque adducto notissimo Isidori loco animadversiones gravissimas subnectit [8]).

---

7) Juramentum calumniae vel actoris.

Ego N. non moveo litem adversus N. animo calumniandi, sed quoniam arbitror me bonam habere causam. Et in tota lite sicubi quaesiero probationes, non per occasionem dilectionis hoc faciam, sed pro inquirenda veritate. Sic me deus.

Reus autem ita juret de calumnia

Ego N. putans me bona instantia uti, non calumniandi animo ad reluctandum perveni. Et in tota lite etc. sicut supra.

Hoc autem adjiciendum est in sacramento calumniae, quod utraque pars principalis jurabit; vel illi ad quos in medio judicio migravit, quod nihil penitus dederit judicibus, nec alicui personae, pro hac causa, nec promiserunt, nec postea dabunt, vel per se vel per aliam mediam quamcumque personam. Exceptis quae propriis advocatis pro patrocinio vel aliis personis quibus romanae leges dare disposuerunt.

Ego N. refuto et anathematizo omnem haeresim extollentem se adversus Sanctam Romanam et catholicam ecclesiam et praecipue schisma et haeresim *Octaviani*, *Guidonis* cremonensis et *Joannis* strumensis, ordinationes quoque eorum irritas esse pronuntio, et ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro et Sanctae Romanae ecclesiae et domino meo Papae *Alexandro* ejusque successoribus canonice intrantibus, et mandatum quod mihi super hoc delicto fecerit, sine fraude observabo. Sic me deus adjuvet et haec dei sancta evangelia.

Juramentum in anima absentis.

Ego N. recepi mandatum a N. quod postea mihi non demandavit ut videlicet hoc verbum aut factum sic fuisse, vel esse, vel fore, in anima illius jurarem. Sic me deus adjuvet et haec sancta evangelia. — Et ego N. in anima ipsius N. juro, hoc ita fuisse, vel esse, vel fore. Sic illum adjuvet deus et haec sancta evangelia. — Juraturus in anima praesentis ait ci: vis et mandas, quod ego jurem in anima tua, verbum istud factumve, sic fuisse, vel esse, vel fore? Et ille, volo et mando. Tunc jurator ait: hoc verbum factumve, sic fuisse, vel esse, vel fore, verum est. Sic istum adjuvet deus et haec sancta evangelia. Lib. IV. p. VII. tit. XVIII. fol. 151.

8) Laborans ita continuat tractatum s. Isidori:

Praeter has autem sectas haereticorum, quas denotavit Isidorus, alias secundum *Epiphanium* ciprium episcopum, vel *Philastrium*, episcopum brixiensem, notas reddit Augustinus in libro quam de prope omnibus sibi notis haeresibus scribit ad diaconum Quodvultdeum. Quare commoda satis et breviter hic nomina tantummodo ponimus, non errores, ne taedium forte generet eorum protelanda positio. Sunt ergo:

Saturniani, Sampsei, Elcesei, seu Elceseitae', Sevendiani, Ptolomei, Merciani, Colorbasii, Heraclionitae, Sinerai, Pepudiani, a loco sive Quintilliani a quadam Quintilla', Theodotiani, Bardasanitae, Valesiani, Origeniani, ab Origine, non illo tractatore fere omnibus noto, hii sunt inenarrabilis operationis; Melitiani, Vadiani, Semiarriani, Massilliani vel Euchitae vel Euphemitae vel Martyriani vel Sathaniani, Seleuchiani vel Hermiani, Proclinianistae, Ascitae, Passelorinchitae qui et Dactylofinchitae, Rethoriani, Paterniani, de quibus et Isidorus, sive Materniani seu Venustiani, Abeliovitae, vel Abeliani Abeloitae. Alii discendente ad inferos Christo, credidisse in credulos et omnes exinde extimant liberatos.

Has haereses in praenominato libro late satis et ab Isidoro positas, eo latius et ibidem pater Augustinus exequitur.

Et notandum Semiarrianos quasi non plenos Arrianos, dum non ejusdem essentiae cum

In parte nona, decima, et undecima *de matrimonio et de rebus ad matrimonium pertinentibus*, *de adulterio*, *de divortio*, *de consanguinitate et de affinitate* agit. Hoc vero argumentum summis ut ita dicam labiis attingit, et quae Gratianus in hoc operis sui tractatu simul collegerat, disjungit et in anterioribus compilationis libris, ubi occasio sese praebuerat, inserit. Hinc ea tantummodo heic profert, quae alibi nondum attigerat, ita ut hae partes nonnisi suplementum quoddam eorum, quae superius exhibuerit, dicendae sint.

Demum in duodecima parte, quae totius libri ultima ac omnium brevissima est, ea complectitur quae ad immunitatem forensem clericorum, ad purgationem accusatorum, ad injusta judicia hisque similia pertinent, ac viam sternunt ad quintum operis librum, qui totus in explicandis ecclesiae judiciis versatur.

Dividitur vero in quatuor partes, in quorum prima de ordine judiciario, de potestate judicia ferendi et de accusatoribus generatim disputat; agit in secunda de testibus et advocatis, in tertia de judicibus et eorum potestate; in quarta denique de appellationibus 9).

---

patre sed similis esse filium praedicent. Hi videntur appellari superius Tritoitas, quia tres deitates quemadmodum tres personas intelligentes, sicque tres deos asseverantes. Macedoniani quoque sed potius e quibusdam Semiarriani vocantur, quia in parte nobiscum sunt dicentes patrem et filium unius ejusdemque esse naturae atque substantiae, vel ut expressius dicatur essentiae, quae graece appellatur *usia*. In parte cum Arrianis dicentes spiritum sanctum esse tantummodo creaturam quamvis secundom alios esse divinitatem patris et filii et nullam propriam habere substantiam.

Insuper et id notandum quod illi qui apud Isidorum sunt gnostici apud Augustinum sunt et Borbonitae quasi Cenosi. Qui Cherentiani sunt et Marinthisni, qui Apostolici sunt Apotactitae; qui Cathari sunt Novatiani; qui Pauliani sunt et Fotiniani et Archaemoniani, sed apud Innocentium Paullianistae qui Fotiniani sunt et Marcelliani; qui Marcelliani sunt at Patripassiani et Praxeaui et Hermogeniani et Noetiani; qui Macedoniani sunt et Pneumetomachi vel Semiarriani; qui Donatistae sunt et Donatiani et Montenses et Parmenianistae; qui Helvidiani sunt et Aotidicomatitae; qui Pelagiani sunt et Celestiani a Celestio discipulo Pelagii.

Lib. IV. p. VIII. tit. XV. f. 165.

9) Juvat hic formulas quasdam in foro ecclesiastico tunc temporis usitatas et e Laborante huic ac primae parti libri quinti insertas exhibere, quod eo lubentius fecimus, cum insimul res mere historicas contineant.

Forma appellationis post sententiam.

Ego *Adelmus* sanctae reginae ecclesiae minister, licet indignus contra sententiam domini *Gualterii*, sanctae ravennatensis ecclesiae archiepiscopi, injuste in me illatam, pridie Kal. Maji anno incarnationis domini MCV feria quarta, romanam appello sedem et apostolos peto. Ante sententiam sic appellandum est: Ego A. s. r. m. l. ind. sentiens me praegravari domino Gualterio s. r. e. archiepiscopo, sedem romanam appello et apostolos peto.

Ante litem vero sic.

Ego *Philippus* sanctae pisanae ecclesiae deo miserente canonicus, in hac cause quam in-

Haec ultima pars omnium absolutissima est; eamque Laborans summa tum ecclesiaslici tum civilis juris peritia concinnavit, quare in ipsa plùrima quoque loca ex jure romano desumpta occurrunt.

Ita Laborans operi suo finem imposuit. Adjecit quidem sextum librum, tamen hic liber, quod in praefatione ipsemet monet, nonnisi epilogus librorum praecedentium dicendus est, cum ea contineat, quae in aliis aut omissa fuerant, aut opportune tractari non potuerant.

Excerptus vero est hic liber ex Gratiani tractatu de consecratione, atque in similitudinem quinque distinctionum, in quas Gra-

---

ter me dominum Villanum ejusdem sanctae pisanae ecclesiae archiepiscopum videtur forsitam eo praeside ventilanda, pisani collegii suspectum mihi judicium, vel, pisenos suspectos mihi judices, vel, Almechium suspectum mihi judicem, reformidans, ante litis initium romanam eppello sedem et dimissorias peto.

Unus autem vel duo pro pluribus sic eppellabit: Ego *Petrus*, vel, Nos Petrus et Antonius, sindici canonicorum sanctae pisanae ecclesiae, contra sententiam etc. vel sentientes nos praegravari etc., romanam sedem appellamus et postulamus apostolos.

Hujuscemodi appellationes in scriptis fieri debent, prime tamen die sola sufficit appellare voce; secunda vero et deinceps, nisi in scriptis eppellandum est.

Lib. V. p. V. tit. V. fol. 226.

Formula accusationis.

Sic ergo videtur quoad leges scribenda esse accusatio, nt ponetur mensis admissi criminis et locus et consul, aut potius imperatoris loco consul, nomen accusantis et accusati, et ejus apud quem accusatur, et dies accusationis. Nam diem vel horam admissi criminis nemo ponere cohercetur. In ecclesiasticis autem eccusationibus nomen apostolici, ejus cujus tempore crimen admissum est, et ejus cujus tempore post defertur, cum anno domini in libello accusationis exprimitur. His ettentis eccusatio sic formatur. Anno dominicae incarnationis M. C. apostolicam sedem tenente domino pape *Calixto*, anno apostolatus illius secundo, regnante victoriosissimo *Henrico*, anno regni ejus quinto, imperii primo, mense majo X. Kal. Junii, ego, *Leo* decanus ecclesiae frisingensis, profiteor me deferre *Conradum* episcopum frisingensem, reum adulterii, apud sanctissimum dominum pepam *Calixtum*, quia dico eum adulterium commisisse cum *Teberga*, illa in civitate Frisinga, in domo *Gualdradae*, illius mense Julii, domino papa *Gelasio* in cathedra B. Petri Apostoli residente, anno pontificatus ejus primo, imperanta christianissimo illo anao regni ejus VIII. imperii VI. Ego Leo decanus subscribo me professum esse, deferre praedictum Conradum episcopum, reum praefati criminis.

Aliter. Anno ab incarnatione domini M. C. LXXIIII. II. Kal. Augusti Ego Jacobus monachus, accuso et reum defero, *Petrum* abbatem S. Vincentii, epud dominum pepem Alexandrum, ex capitulo Innocentii Papae: si quis praebendas vel priorâtum de crimine simoniae commisso in *Colleaponis* cum comite *Gislibarto*, *Bernardo de Fontanella* et notario Alaxandro, anno incarn. dom. M. C. LXVII. in mense Julio sub gloriosissimo rege *Willelmo Siciliae*. Ego Jacobus monachus profiteor *Petrum* abbatem S. Vincentii reum esse criminis simoniae, et me probaturum promitto.

Aliter. Ego Lucius profiteor, me reum facere Sejum *lege Cornelia de siccariis* ex eo quod occidit Mevium Romae inter statuam Mertis et custodiam mamortinam, prima die mensis Julii *Alaxandro* papa vel Fredarico imperante. Item profitendo me accusare praedictum Sejum, in hoc libello subscribo. Lib. V. p. 1. tit. VII. coll. 3. fol. 212.

tianus illum diviserat, a Laborante in quinque partes divisus est; quae idem fere argumentum in compendium deductum exhibent. Hinc in prima parte de consecratione ecclesiarum et missarum celebratione, in secunda de sacramento eucharistiae, in tertia et quarta de baptismo et confirmatione, ubi etiam de *catechismo* i. e. de catechizandis parvulis ante baptismum et de exorcizandis baptizandis, sermo instituitur. Ultima denique pars appendix est ad praecedentes, atque agit de aqua aspersionis, de cruce et de imaginum cultu.

Caeterum in excerpenda hac ultima Gratianei decreti parte, Laborans ab eo, qui sibi proprius ac peculiaris est, non discessit excerpendi modo. Etenim raro admodum Gratiani seriem retinuit, capitula non solum ex singulis hujus partis distinctionibus, sed ex prima et secunda decreti parte conquisivit [m]) ac saepe ea lo-

---

m) Operis pretium esse duximus Laborantis integrum librum sextum ad capitula gratianei tractatus de consecrations revocare.

* Lib. VI. P. I. Tit. I–X.

D. 1. de cons. c. 2, 3, 4, 6, 7, 31, 32, 26, 27, 28, 29, 46, 47, 49, 51, 52, 53. – D. 2. de cons. c. 14, 15, 6, 71. – D. 4. de cons. c. 126. – D. 2. de cons. c. 9. – C. 13. q. 2. c. 24, 16, 17, 19, 21, 23, 29. – D. 1. de cons. c 61, 37, 38. – D. 23. c. 25. – D. 1. de cons. c. 39. – D. 23. c. 29. – D. 1. de cons. c. 42. – D. 23. c. 32. – D. 1. de cons. c. 43, 44, 45, 46, 67, 68, 69. 70, 72, 73, 54, 55, 56, 71. Huic canoni Pelagii P. II. de novem praefationibus in missa cantandis Laborans canonem synodi placentinae adjungit dicens: *His antiquis novem praefationbius in concilio Urbani, habito Placentiae, decima addita est hujusmodi.*

Aequum et salutare. Qui unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente, aeternum lumen mundi effudit Jesum Christum dominum nostrum.

Laborans addit: *Aliae praeter has decem similiter his probabiles non occurrunt.*

Sequuntur porro Caroli magni imperatoris epistolae celeberrimae ad Alcuinum de XLma LXma et LXXma nec non fragmentum vetustum de natalitio sanctorum, quod Laborantem auctorem habere videtur quodque ideo hic damus.

Duas stolas sunt habituri sancti, glorificationem scilicet corporis, et glorificationem animae. Altera praecedit alteram, stola videlicet animae, haec enim in die depositionis carneae gravitatis et sarcinae corporalis accipitur. Quae dies natalis seu natalitium hujus illiusve sancti vocatur. Tunc quippe vir sanatus cum praesenti miseriae moritur, nascitur aeternae felicitati. Dies inquit mortis, dies nativitatis, et sociatur angelicis choris, et ut pro nascente puero fieri solebat antiquitus, pro eo natalitium celebratur in terris, de hujus assumptione gaudium fit in coelis, et cui veluti cum corporali membro caetera membra congaudent, et non modo semel, ut pro accepta stola jucunditatis animae. sed et secundo, quia pro accipienda stola felicitatis in corpore. Ea propter in martyrologio continetur; *Agnetis* secundo, subaudi., est gloria celebriter memoranda: Quae gloria, quae ad secundam stolam, quia confertur in die octava, id est, novissima, pro qua sextus pes habet in titulo pro octava, idcirco et pro beata *Agne* et pro ceteris suis membris, in octava natalis eorum sancta jam laetatur ecclesia, divinae clementiae gratias agit, exultat, jubilat, solennizat. Depositiones ergo dies electorum, etiam depositio dicitur. Non autem mors neque mortis, sed tantum situs, utique a dolore, in refrigerium. Item obitus, quem obiens, ad se venientibus piis angelis obviat. Quocirca pro nemine celebranda esse videtur octa-

ca, quae in aliis operis sui libris ex hoc Gratiani tractatu inseruerat, hic adnotat ac librorum titulorumque numeris adjectis indigitat, ubi ea inveniantur [11]). Quod demum ad tractatum gratianeum de poenitentia inscriptum attinet, qui uti supra diximus nullomodo cum iis cohaeret, cum quibus in decreto conjungitur, Laborans illum prorsus neglexit, neque in ullam operis sui partem inseruit, quae de poenitentia peculiariter ageret. Attamen capita ejusdem tractatus fere singula, ab invicem sejuncta, hac illac in diversas compilationis partes distribuit, prout argumentorum, quae ibi tractabantur natura postulabat [12]). Quo in loco laudandus profecto potius quam vituperandus Laborans nobis videtur.

---

va nisi sic: transitus ejus intuitu, dicta, ejusdemque sit caro resuscitanda. Juxta quod nulla Christi festivitas habet hujus rationis octavam. Non enim jacet Christus in monumento resuscitandus. Ac per hoc in octava resurrectionis dominicae paschalis introitus non cantabatur, cum in octava sanctae Agnes et aliorum natalis introitus iteretur. Verum quia dominus universorum Christus est et per septenarium rerum universitas figuratur, propterea septem in celebritate dies habet Christi festivitas. Dedicatio vero ecclesiae octo dies; pro capite septem primus, pro membris primum rursus obtinet et octavum.

Nativitas sanctae *Mariae*, non qualem diximus, habet octavam, quia non est pro stola prima, cui adhibeatur in octava secunda. Similiter nec annuntiatio domini, nec ypopana, nec epiphania, nec decollatio sancti Johannis, neque natalis domini, cum de matre nascendo non accepit stolam primam, sed moriendo primam, et resurgendo secundam.

Modo quaelibet octava dies fit sequentis intuitu prima. Dies vero judicii post septenarium hujus temporis affutura, quia non ulterius dies alia subsequitur, octava fiet, at octo beatitudinum collativa.

Lib. VI. P. II. Tit. I–XIV.

D. 2. de cons. c. 1, 2, 3, 7, 4, 5, 6, 13, 21, 4, 67, 22, 36, 72, 73, 55, 32, 33, 34, 35, 48, 38,, 39, 40, 41, 42, 45, 74, 76, 82, 75, 77, 78, 53, 46, 47, 69, 70, 52, 51, 93, 22, 30.

Lib. VI. P. III. Tit. I–XXXVIII.

D. 4. de cons. c. 2, 5, 6, 8, 9, 10, 12, 15, 16, 17, 18. – D. 3. de cons. c. 21, 22, 23, 24, 25, 26. – D. 4. de cons. c. 19, 21, 24, 26, 28, 29, 30, 32, 33, 35, 114, 116, 115, 71, 138. 75, 76, 77, 78, 80, 81, 82, 85, 95, 99, 98, 100, 101, 102, 105, 90, 91, 92, 126, 128, 129, 130, 132, 133, 134, 136, 142, 143, 146, 4. – D. 5. de cons. c. 4. – D. 4. de cons. c. 125. – D. 5. de cons. c. 1. – D. 4. de cons. c. 124. – D. 3. de cons. c. 18. – D. 4. de cons. c. 123, 149. – D. 5. de cons. c. 11, 12.

Lib. VI P. IV. Tit. I–VII.

D. 4. de cons. c. 54, 56, 62, 63, 67, 64, 65, 66, 68, 69, 70.

Lib. VI. P. V. Tit. I–III.

D. 4. de cons. c. 127. – D. 3. de cons. c. 20. – D. 5. de cons. c. 10. – D. 4. de cons. 39. – D. 3. de cons. c. 48, 49.

11) Ita exempli gratia citat Laborans P. II. tit 5. post cap. 13. D. 2. de consecratione sequentia capita: *Relatum*. *Comperimus* supra lib. IV. p. VI tit. III. *In coena. Saeculares. Hi. Etsi.* Tit. VI. *Si quotiescunque* supra p. I. tit. V. quae capita conspiciuntur capp. 11, 12, 16, 17, 19, 20, et 14 ejusdem Distinctionis 2. de cons. – In parte III. tit. 30 ejusdem libri sexti citatur post cap. 142. D. 3. de Consecrat. cap. *Firmissime*, quod invenitur in Dist. 4. de Cons. cap. 3. et ibi adnotat: *Supra lib. IV. p. VIII. tit. IX. coll. 2. In eodem titulo sunt de baptismo alia.*

12) Pauca exempla. In lib. IV. p.3. tit. 18–30, capita ex Gratiano desumpta ita se exci-

Jam vero ex totius compilationis titulis quos Zaccaria in dissertatione, quam supra laudavimus, publici juris fecit melius quam ex quaecunque alia re dignosci poterit, quomodo Laborans gratianei decreti argumentum in novum ordinem redegerit, ac suam compilationem disposuerit, ad hanc proinde dissertationem benevolum lectorem remittimus.

§. 3.

De modo quo Laborantes capitula ex Gratiano decreto desumpta disposuerit.

Methodus quam uti superius demonstravimus Laborans secutus est, postulabat, ut capitula ex Gratiani decreto hinc inde conquisita excerperet atque ordinatim suae compilationi insereret. Licet hac de causa saepissime Gratiani seriem invertere, argumentaque ab eo mutuata ad aliam omnino formam revocare debuerit, non raro tamen integras distinctiones, vel quaestiones, si pauca earum capitula excipias, recepit immutatasque suae compilationi opportune attexuit. Qua de re, cum jam saepe locuti simus, nihil dicendum superesse putamus; ac potius modum explicabimus, quo singularia titulorum capitula conjunxit.

Laborans Gratianum imitatus capitula quaeque, ubi opportunum videbatur, brevi quadam adnotatione conjungere, atque unius cum altero nexum vocula *unde* significare studuit. Adnotationes vero ipsas non raro cum iisdem Gratiani verbis expressit, quod etiam fecit ubi ea, quae vocantur *dicta Gratiani* insimul cum capitulis recipienda esse duxit. Nonnunquam tamen ea paululum immutavit; quaedam etiam in breviorem, quaedam im ampliorem formam redegit. Quas Gratianus res historicas commemorat, eas Laborans accuratius narrat, atque alias addit quae majoris momenti sunt.

---

piunt. C. 26. q. 7. c. 10. 9, 12., – D. 3. de poenit. c. 33, 34. D. 1. de poenit. c. 5. D. 5. de poenit. c. 4, 5, 6, 7, 8. C. 14. q. 6. c. 1. C. 33. q. 2. c. 15. C. 30. q. 2. c. 5. C. 33. q. 2. c. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 16, 14. C. 26. q. 7. c. 3. C. 12. q. 2. c. 17. C. 32. q. 1. c. 5, et 4, 7, 8, 10, 9. D. 2. de poenit. de poenit. cap. 5, 8, 11. etc.

Eodem modo citantur in lib. IV. p. IX. til. XIV. capitula 7–21. Distinct. primae de poenitentia.

Plerumque ingeniose admodum ac mira cum eruditione disputat, tantamque tum romani tum ecclesiastici juris scientiam in hisce animadversionibus adhibuit, ut nullibi luculentius illorum temporum fori usus cognosci possit; Laborantem vero in ejusdem fori exercitationibus versatissimum fuisse mirifice pateat. Nos hic quaedam tantummodo ex hisce *dictis* adjungimus, quibus loca ex Gratiano desumpta nempe C. 1. q. 1. c. 11. de *promotione haereticornm* [13]), C. 16.

---

13) Porro quia juxta Leonem et Innocentium vidatur quod ordinatio talis haberi rata possit at irrita, quia etiam constantinopolitana synodus alias rata culpa Maximi revocavit in irritum, ad haeretieorum omnimodam exsufflationem : nam videntur Innocentius, Damasus et Urbanus siquid potestatis Negzelon ut putabatur a profanis accepit val ordiois alicui tribuit, irritare et deputare quasi non fuerit, quam ob ram Daibertoa ostenditur ordinandus ac si non antea fuerit ordinatus. Augustinus autem ad sacramentorum solummodo loqnitur veritatem. Sacrameotorum namque alia sunt necessitatis alia dignitatis. Non necessitas legi sed lax necessitati subjicitur. Sacramenta saluti necessaria, qoia iterari non possunt, aum sint vera, aufferri val amitti non debent; sed aum poenitentia rata essa permittantur. Sacramenta vero dignitatis nisi digne fuerint administrata, ita ut a dignis provehantur et digne esse pro certo desinunt dignitates. Non ut minuatur veritas mysterii, sed officium cesset administranti.

Objicitur iterum Damaso, Innocentio et Urbano: semal consecratus, ut ait B. Gregorius, iterum conseerari non debet. Item sacrameota, quae ab haercticis in forma acclesiac ministrantur, sicut astruit Augustinus reiterari non debent, nc non homiui sed sacramento fieri videatur injuria. Respondetur autem quia illud Gregorii de his intalligitur, qui consecratinnem sacerdotalem ant episcopalem acceperunt, qui aut per manus impositionem cum ad ecclesiam redeunt effectum suae nnctionis accipiunt aut ab ajus administrationa perpetuo cessara jubentur. Similiter illud Augustini da aadam mystica unctione et de sacramento baptismatis intelligitur. Sunt autem in ecclesia alii ordines qui sine sacramenti uoctiona sola episcopali benedictione cum quadam vasorum val indumentorum distributiona praestantur, ut levitarum at infra, hi quamvis ab haereticia ordinantur taman ad ecclesiam radeuntes in ajusdam auscepti gradus nominis, si allas digui fuerint, ab ecclesia ordinantur, nec sit in eis iteratio muneris, cum nihil eis ab haereticis doceatur fuisse collatum.

Sed mirum taman est haereticum posse cuiqua tribuera maxima et non minima, dare presbyterium at pontificium, non vero posse diaconium at quod infra. Si non potest minima quomodo poterit maxima? Quapropter aut diaconus ais ordinari valat aliquis ab haeretico, aut non episcopus nequa sacerdos.

Distiogunt aliqui sic: Haeraticorum aliquis ordinatur foris ab haeretico, alius intus a catholico, at postmodum fit haeraticus. Qui post catholicam suam ordinationem fit haereticus, aut reordinatur ab haeretico aut non. Si reordinatur, per reversionem ad acclesiam nec ulteriorem suscipit ordinem, nec retinat jam susceptum. Unda *saluberrimum* aupra lib. III. p. II. tit. III. Si non iterat ordinem, raversus forte retinet jam intus forisva susceptum, sed uon alium susaepturus. Unde *si qui*, *omnis cujuslibet*, Lib. II. p. I. coll. 1. *Si quis haeretico* supra. Ratinat quidem nisi ad subversionem fidei ordioctur foris. Unda *convenientibus* P. II. tit. 23.

Qui vero foris ordinatur val ab illo qni ultimam manus impositionem receperat in ecclesia nltima unctione promotus est, ordinatur, sacramentum accipit ordinis non autem ordinis exeautionem, id est, virtutem sacramenti, quia jam in dante virtus illa nou ast. Qui sic ordinatur post raditum non in eo reiterabitur ordo, sed si oportet per benedictionem sacerdotis et vocationem Spiritus aancti confirmabitur. Unde *ordinationis* tit. XVI. Convenientibus tit. XXIII. *Ab excommunicatis* supra. P. III. tit. III. *Quod quidquam* supra.

Praeter formam tamen ecclesiae nec sacramentum accipit aliquis ordinis veluti nec baptis-

q. 1. c. 21. et 24. *de promotione monachorum in clerum* 14), et C. 23. q. 8. c. 20. *de comitatu bellico episcoporum* illustrantur 15).

---

mi. Porro si ab illo suscipit ordinem qui foris ultima est promotionis unctione perfusus, si necessitas vel utilitas interpellat, ordinabitur ut non hactenus ordinatus, quia nedum ordinis executionem virtutemva sacramenti, sed nec sacramentum suscipit ordinis. Unde *Daibertus. Qui perfecte* supra. Quid igitur illud Augustini est, *sic*, inquit, *redeunti non redditur quod foris habebat, sic venienti repetendum non est, quod foris acceperat.* supra cap. *Quod quidam.* Sed hic nihil accepit. Aliquibus autem videtur utrumque possibile, ut videlicet ab eo qui est novissime foris inunctus et minime tribuantur et maxima, sed alterum non deputabile ut de Maximo dictum est qui tamen canonice fuisse creditur ordinatus, supra lib. I. p. II. tit. X. cap. *Propter* Nam et dominus qui cum segete zizania cognoscit in aria, eisdem zizaniis est dicturus: Tamen dico vobis nunquam novi vos, item filios Abrahae judaeos non deputat filios Abrahae. Dicit etiam illos ex Deo non esse, cum tamen dicat apostolus, quoniam ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia. Sed et idem apostolus ait, sine caritate nihil sum, cum reprobus sine caritate sit animal. *Imperiali* supra lib. I. P. VIII. tit, XIV. Ast in omnibus id videndum quod sacrosanctae videtur ecclesiae.

Lib. IV. p. VIII. tit. XIII. coll. 2. fol. 156.

PIUS P.

14) *Sicut licet canonico regulari parrochiam tenere, ita et monacho, uterque vero ex dispensatione ecclesiae potest esse archidiaconus vel episcopus, ita tamen ut unusquisque maneat in suo ordine.*

Sciendum ergo quod ecclesiastica narrat historia, monachos ante tempus papae Eusebii, Zosimi, et Siricii clericos non fuisse, ait et Leo Augusto *Generaliter* supra lib. I. p. VII. tit. XV. fol. 36.– C 16. q' 1. c. 40. Postea quidam ex monachis clerici facti sunt. ¡Deinde processu temporis nonnulli de talibus clericis etiam in presbyteros vel diaconos promoti sunt. Nonnulli vero sunt in *Cardinales* a romanis sublimati pontificibus, vel a plebibus expetiti, cum proprii abbatis assensu ab episcopis sunt ad ministrandum populis instituti. Talibus et taliter eductis e claustro monachis, in populo praedicare licet, et caetera quae sacerdotali pertinent officio, publice exercere, tum et his universisque sacerdotibus, quia prorsus eadem consecratio non obsistat. Pro his namque singulis, in consecrando illos, ita singulatim ait episcopus: consecrentur et sanctificentur manus istae, ut quidquid sacrificaverint consecratum sit et quidquid benedixerint, benedicta sint, et cum his idem subsequens episcopalis benedictio largiatur. Habent igitur ex benedictione consecrationis omnes sacerdotes monachi quaeque sicut et non monachi praedicandi totiusque sacerdotalis officii potestatem, executionem vero potestatis non omnes. Qui tamen habent, ex institutione qualiter diximus habent. Sic licet monachis, S. Gregorio et B. Martino et Augustino Anglorum episcopo, praedicare plebibus licuit. Alioquin, nullis est monachis licitum, nisi commonefactis divinitus. In hunc modum ut B. Gregorius in dialogo refert: S. Benedictus homines *montis Cassini* perduxit ad fidem, et aram Apollinis erectam ibi subvertit. Item, cuidam. Equitio angelus in somnis apparens eum ad praedicandum misit; qui cum de vitio linguae conquaereretur, angelus *flebotomo* tetigit linguam ejus, et e toto vitio illo curavit. Sciendum quoque est monachos vel alios ad officium clericale, id est, amministratorium plebibus, hoc est, ad animarum curam in ecclesiis saecularibus institutos monasteriorum tenere gubernacula non debere Unde *Dudum*.– C. 18. q 2. c. 27. – Ad lib. IV. p. IV. tit. XII. fol. 112.

15) In registro etiam legitur quod B. Gregorius civibus Tusciae ut contra longobardos arma pararent mandavit et militantibus stipendia decrevit.

Sed aliud est velle occidere hostes, quod Gregorius formidavit, aliud autem nolle occi-

Nonnunquam suis animadversionibus quaedam immiscuit, quae ad sui ipsius vitae conditionem pertinent, quaeque non injucunda sunt. Sic ad Cap. 23. q. 4. c. 21 narrat, quemadmodum perfectis Lutetiae Parisiorum studiis per Germaniam iter faciens hospitio fuit receptus, ubi etiam [16]) locum in quo natus fuerat commemorat. Codicis librarius in margine tabellam depinxit, quae Laborantem cum hospite colloquentem ac iter parantem exhibet, quam Ughellius, Italiae sacrae auctor, tanti fecerat, ut ejusdem exemplar operi quod *de purpuratis viris florentinis* edere in animo habebat, inserere voluerit.

Item alibi opus commemorat, quod *de justitia et justo ad Majonem magnum siciliae admiratum* [17]), atque aliud, *quod de vera libertate ad Hugonem panormitanum archiepiscopum* conscripserat [18]). Auctor in hisce locis semper nomen suum indicat, scilicet

---

di, ueque se neque suos, et idcirco velle eos tueri ermis et vallere clipeis, ut Leo et idem Gregorius studuerunt, etquo etiam apostolus Peulus, ut in ectibus legitur Apostolorum. Unde secerdotes licite possunt his quibus ermorum licent exercitie, persuedere vel quibuslibet euctoritete sue ut ea erripient imperare, quetinus et defensio sint bonis et u'tio. Unde *Nostri adversus* supre tit. XXI. C. 23. q. 3. c. 3.

Rursum eutem intelligit Nicholaus esse irreprehensibile sine conseusu romani poutificis episeopos ad comitatum proficisci vel castre, qoie emendendi moris tonc usque fuerat episcopis gallicanis sive tributaria imperatori possideant, fortassis empta vel ecclesiis beoeficio collate virorum, uode qui Caesari solvenda persolvant, tributum scilicet vel ermetos, vel ut assint curiee vel labori castrorum, sive episcopus dumtaxat obnoxie, ut decimes et primities et oblationes quascunque fidelium. Si enim episcopus ed exercitium ultro vadit ut subveniet miseris, pium est. Si invitatus e religioso principe, ut eum salubribus consiliis et orationibus adjuvet, dignum est. Si eutem vocatus ut principi debitum reddet obsequium, jus est. Sed nullimodis bebet ire nisi a pontifice romano permissus. Unde *Quo ausu.* supra lib. II. p. II. tit. XIII. C. 23. q. 8. c. 26. lib. IV. p. V. tit. XXIII. coll. I. fol. 135.

16) Autumetur quoque superfluum, orationem vel qoicquem booi fieri, ut praedestineti salventur, quoniem quidem ut provise necessario evenient, ita praedestinati necessario salvabuntur. Ad quod si Laborantem consulis, ipsum et hospitem illius eudi. Ad floridum florentinae petriae mihi natale solum ot ad vallis ernisanae, Pontormae, netivitatis meae nobile castrum, cui nomen indidit vicinissimus ei pons, et fluvius Orme. De francorum climate per Alemanniam regressum feliciter e scolis bebens, e quodam faostae memoriee pio viro, cui sit in coelo palatium decenti gratitudine fui receptus hospitio. Cumque vellem protinus ut de meo sumptu mihi quidem Laborenti necessarie pararentur et hospiti, absit eit illico libereliter bonus hospes. Profecto nempe quoniem tibi fui largitus bospitium, nomine hospitii necessarie cuncta simul fui complexus et adjuncta quieti. Sic igitur et utique sic, cum in praedestinatione siderea promisse victuro sit civitas, civitatis nomine via quaeque civitas accipitur, et in vie suffragium, ut sit via, praedestinati senctitas, et suffragium, interventus ecclesiee. Unde *obtineri.* C. 23. q. 4. e. 21. Ad lib. IV. p. V. tit. XX. coll. 3. fol. 139.

17) Vide eppendicem bujus dissertat.

18) Ad C. 1. q. 7. c. 27. Lib. II. p. I. tit. I. coll. IV. fol. 63. Laborans agit hic de simo-

Laborans, unde eruitur, nomen istud familiae proprium, ac non auctori *ob summum laborem*, uti falso Suaresius autumat, inditum fuisse. Mirum forsitan alicui videri poterit, ut Laborans dum se ipsum pluries in opere nominet nullibi, ne semel quidem, Gratiani aut ipsius decreti mentionem faciat. Hoc tamen facillime explicari potest, si perpendimus Gratiani decretum omnibus notum adeo cognitumque fuisse, ut primo veluti intuitu quilibet nexum perspiceret, qui ipsum inter ac Laborantis collectionem intercedit.

Ad modum dividendi, quem Gratianus in decreto adhibuit, quemque significamus, cum de *partibus Gratiani* loquimur, quod attinet ipsum Laborans aeque adhibuit; alio tamen nomine, *collationis* nempe indicavit.

Caeterum Gratiani distributionem minime sectatus est, neque semper et ubique capitula in collationes dividit; at in illis tantummodo titulis, in quibus major eorum numerus occurrit, collationes fecit, unde patet ideo illum hoc fecisse, ut facilius capitula citari atque inveniri possint. Hinc etiam fit, ut hunc dividendi modum non pro integra quadam parte, uti Gratianus cum partibus tam in distinctionibus quam in quaestionibus fecerat, adhibeat, neque uti Gratianus a primo distinctionis aut quaestionis capitulo incipiat, atque eundem dividendi modum usque ad finem retineat. Caeterum

---

nia, quam omnium criminum summum reputat, ipsoque adulterio gravius. In testimonium vocat s. Clementis P. verba a Gratiano. C. 32. q. 7. c. 16. relata: *Quid in omnibus peccatis adulterio est gravius? secundum namque in poenis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint*; quae verba Laborans deinde ita commentatur: Sic: lere nihil in peccatis est adulterio gravius, etiam est adulterium quam simonia vel apostasia levius. Sed apostasia, fit intus, foras exit ibique perficitur. Adulterium vel simonia, fit intus et ibi consumatur et permanet. In omnibus ergo peccatis intra ecclesiam consistentibus, tempore B. Clementis ut opinantur, nullum reputabatur adulterio gravius. Nunc autem simoniaca pestis adeo lascivit exuberanter et crevit, quod adulteros excessit ad castos, polluit virgines, foedavit coelibes, religiosos infecit, et omnia pene mundi collegia maculavit. Unde nil mirum, si nunc in ecclesia, nulla nec etiam Sabellii, utpote suorum numero et potentatu minora, crimine, possunt hujus milleformis immensitati pestilentiae comparari. De hac in libello, quem *de vera libertate composui*, sic invenitur. Simonia penes infaustos quibus est spiritualium gratia venalitas, est famosa peccatrix, quam horrere putetur, impudicus ejus amator et in publico detestatur semper, et saepe damnat ad verba. Gaudet tamen obscenis illis jugari contractibus quotiescunque furtivis ingeniis clandestina sese praebet occasio, vel manifeste furentibus, paralogistica species nuptialis. Igitur hodie simoniacum scelus est adulterio gravius, dignorum scilicet bonitatem plus opprimens, et ab ecclesiae terminis immobilius, quia tamen superexcrescentis multitudinis et praepotentium mole, per industriae commenta firmatur.

Laborans non nimis saepe titulos in collationes distribuit [19], atque ubiillas fecit, pro arbitrio pauciores aut plures adhibuit.

In quo vero Laborans a Gratiano maxime differt illud praecipue est, quod quaestiones in quas hic secundam decreti partem diviserat penitus neglexit, ac negligere etiam debuit, si divisionis formam in libros, partes ac titulos adhibere voluit. Cum vero non parum commodi illa gratianea distributio afferret, eam Laborans alio modo supplere studuit. In suis enim dictis, quibus; uti vidimus, singula capita conjunxit, tum antecedentis, tum consequentis canonis facti speciem exhibet: hac autem proposita divisonem instituit, quam *distinctionem* appellat. Difficultates quas opponit statim aut adductis aliis canonibus, aut propriis observationibus dissolvit, ac responsionem appellat *solutionem*. Aliquando adjungit *solvitur ita*. Non raro solutionibus novas opponit difficultates, quas modo *contrarietates* aut *contrarium*, modo breviter hac vocula: *contra* significat. Responsa quae ad has difficultates proferuntur appellat, *solutionem contrarii*, vel si paullo post difficultatem solvit, *solutionem contrarii superioris*. Nullibi hanc divisionis rationem in ipso textu commemorat, sed in margine tantum haec verba, *distinctio*, *solutio* aut *solutio contrarii superioris* adnotat.

Pauca adhuc dicenda supersunt de modo quo Laborans locos suae collectionis citat, ubi a Gratiano omnino differt. Ipsi enim in more est, ut locis quibusdam, loca parallella adscribat, quae *concordantes* vocat. Hoc maxime in dictis ab ipso factum vidimus, quae saepe ejusmodi tantum locis constant. Horum autem locorum textus tum in antecedenti tum in consequenti aliquo libro aut ex parte aut ex integro exhibetur: quare accurate et librum et partem et titulum significat ubi in opere inveniri potest. Quod si habetur in priori aliquo libro, illud indicat vocula *supra*, si in posteriori vocula *infra*. Locum ipsum, quem semper *capitulum* vocat, initialibus verbis af-

---

19) En titulos in collationes divisos
Lib. II. p. I. coll. 1. 2 3 et 4. P. III. tit. XVI. coll 1 et 2.
Lib. IV. p. IV. tit. I. coll. 1 et 2. Tit. XXIII. Ioll. 1 et 2. P. V. tit. XXII. coll. 1. 3. 3. et 4. P. VII. titt. XVIII. coll. 1 et 2 P. VIII. tit. VIII. coll. 1. 2 et 3. Tit. IX. coll. 1 et 2. P. IX. tit. VII. coll. 1 et 2. Tit. XXII. coll. 1. 2 et 3. P. XI. tit. II. coll. 1 et 2.
Lib. V. p. I. tit. VII. coll. 1. 2. 3 et 4.

fert, quae semper libri, partis et tituli numerum praecedunt. Si vero loca parallela in eodem libro aut libri parte exstant, nunquam librum et partem, sed solummodo titulum adnotat. Capitula tamen titulorum, qui *collationes* habent, juxta collationem affert, eaque citando modo voce *capitulum*, modo voce *paragraphus* utitur. Hunc citandi modum Laborans ipse ad calcem libri primi explicat, uti videre est ex iis quae in nota apponimus [20]).

S. 4.

De fontibus quos praeter Gratiani decretum Laborans adhibuit.

Laborantem minime fugere potuit, Gratianum ad compilandum decretum, antecessorum suorum et maxime Burchardi, Anselmi et Ivonis collectionibus usum fuisse. Hinc minime dubitari potest, ipsum quoque illas aliquando adiisse, praesertim ut argumenta haberet, quae in suis *conconcordantiis* et *contrarietatibus* proponeret.

Ad Burchardi opus quod spectat, quatuor tantummodo capitula ex illo decerpsit, ac peculiariter librum et caput adnotat, quod in nullo alio opere quod laudat, fecit [21]) Anselmi et Ivonis operibus raro

---

20) En verba Laborantis. Illud autem in hoc et in sequentibus libris advertas, quoniam ad concordantias et contrarietates inveniendas: haec dictio supra vel infra crebro ponitur utilibet; littera l. transcisa, vel p cum numero, vel co cum geminis ll transcisis, vel p. simpliciter, et aliquando nihil. L, id est, liber, P. cum numero, id est, parte, T, id est, titulo C. o. cum geminis ee. id est collatione. P. solum, id est, paragrapho. Si ergo p. cum numero supponitur in eodem esse libro, in quo est praefata dictio, cogitatur. Si t. in eadem parte. Si co. qualiter diximus, in eodem titulo. P. vero littera si pura, quod est sine uumero, sistitur, in eadem collatione vel titulo. Quod si nihil ad supra vel infra supponitur, id de quo supra vel infra dicitur, in eadem collatione vel titulo cum supra vel infra pura posito reperitur. Concordantia vero cui nec supra nec infra subscribitur, ad infra vel supra quod proximius est refertur. fol. 57.

21) Laborans citat decretum Burchardi bis in textu et quidem ad lib. II. p. III. tit. XIV. cap. 2. ubi adnotat: ex Burchardo lib. XIX. cap. *Qui per rixam*, quod est cap. 101. hujus libri. Simili modo allegat cap. 58. libri XI. decreti Burchardi in lib. II. p. III. tit. XXVI: cap. I. ubi pariter adnotat: *Theodorus in poenitentiali et B. Lib. XI.* Quod porro loca burchardiana a Laborante in dictis citata attinet, sunt haec: Ad C. 28. q. 1 c. 11. lib. II. p. I. tit. 7.

Paganorum, non *Judaeorum* mensa permittitur christianis quia non *pagani* sed *judaei* per abusionem scripturae communis enituntur seducere christianos. Et tamen ut ex concilio maguntiensi dicitur in B (urchardo) lib. IIII. capituli *cathecumenus*, (lib. IX. cap. 20.), non debet cathechumenus in esu communicare vel osculo, cum baptizatis neophytis, id est, novitiis agitur, quorum convictu poterat cathecumenus improba vel non probe formari. Eodem fere modo citat Laborans infra lib. VI. p. V. tit. 3. fol. 243. ad cap. 29. Distinct. 3. de consecratione cap. 35.

etiam usus est; quaedam exempla in iis extant quae in appendice ex Laborantis compilatione dabimus.

Praeterea apud Laborantem nonnulla loca detegimus, quae in nulla alia canonum collectione invenire potuimus, quaeque ab ipso Laborante collecta videntur. Innocenti II. decretalibus litteris, quibus posteriores nullae in Gratiani decreto habentur, quasdam ab Eugenio III., et ab Alexandro III. editas adjunxit.

Unicam tantummndo Eugenii III. litteram profert; habetur enim in lib. V. p. II. tit. IV. fol. 214. ejusdem decretum *de juramento calumniae*, quod tamen in initio et in fine mancnm est, atque inscriptione destitutum. Bernardus papiensis idem decretum, integrum tamen inscriptionemque praeferens in suam compilationem recepit, et titulo *de juramento calumniae*, qui est libri primi titulus XXIV, inseruit, quod itidem in Gregorii P. IX. decretalium collectione exstat [22]).

Ex decretalibus Alexandri III. quatuor collectioni suae adjecit quarum ea, quae Henrico archiepiscopo rhemensi inscripta est, pariter in Bernardi papiensis collectione habetur [23]). Reliquas vero tres neque in ejusdem pontificis regestis neque alibi invenire potuimus, quare illas hic apponimus [24]).

---

lib. III. decreti Burchardi: In B. lib. III. ex conc. eliberitano cap. *placuit picturas*: statuitur, ut picturae non adorentur, non colantur, neque in ecclesia fiant; verum destitutione autentica istud est et vi generalis consuetudinis abrogatum.

22) Cap. 2. de juramento calumniae. (II. 7.)

23) Cap. 5. 6 et 7. de appellationibus II. 20. ibique Gregorius IX. cap. 5. 6 et 7. lib. II. tit. 28. Celeberrimus Mansius epistolam hancce inter Alexandri III. epistolas decretales denno recudit. Collect. ampliss. concil. T. XXI. p. 1081.

24) *Alexander III. decano et capitulo saresberiensi*

Cum Hugo Buvet in nostra esset praesentia constitutus coram nobis et fratribus nostris instanter proposuit, quod Jocelinus episcopus vester in eum praebendam de Britford jam pridem canonice contulisset et vos eum in fratrem et canonicum receperatis. Super quo utique et litteras concessionis ejusdem episcopi et vestrum etiam ac quorundam aliarum personarum testimonium praetendebat. Contra vero dilectus filius noster magister *Gislebertus* jam dicti episcopi clericus et canonicus vester proponebat, quod pater ejus praebendam illam usque ad mortem possedit, nec ei aliquo tempore renunciavit. Adjecit etiam quod licet sibi concessa fuisset, illius aetatis tum temporis fuit, quod curam animarum nequaquam recipere potuit, cum certum sit praebendam illam curam animarum habere et ille quando sibi concedi debuit, ad plus septennis extitisse dicatur. Cumque in audientia nostra haec et alia multa hinc inde saepius proposuissent, nos diligentius attendentes, quod pater suus praescriptam praebendam sicut uterque recognovit, prius habuerit, quare perniciosum erat exemplum, ut ei in eadem quasi haereditario debet jure succedere, considerantes etiam quod cum praebenda sibi concedi debuit, *illius* aetatis erat, quod curam

Dein in codicis margine passim concilii lateranensis sub Alexandro III. a 1179. habiti canones adscripti sunt, interque illos decretalis quoque ejusdem papae littera conspicitur, quam *ad Magistrum Laborantem S. Mariae in porticu diaconum cardinalem*, *apostolicae Sedis legatum*, collectionis nempe de qua hic disserimus auctorem, inscripta est. Eandem decretalem attamen mutilam et sine inscriptione Joannes Wallensis decretalium collectioni, quae inter antiquas vulgo secunda appellatur, inseruit cap. 2. de testibus lib. II. tit. XII. Gregorius IX. eam denuo in cap. 22. de testibus et attestationibus II. 20. exhibet, diversam tamen utrobique habet inscriptionem, nam apud Joannem *Marco*, et apud Gregorium *Matheo* Cardinali inscripta est.

---

non poterat gerere animarum, memoratum episcopum vos et ecclesiam vestram ab ipsius super hoc impetitione absolvimus, et eidem in perpetuum silentium imposuimus, auctoritate apostolica statuentes, ut ille vel alius nomine suo jam dictum episcopum aut vos vel ecclesiam vestram super hoc de cetero non valeat molestare, aut in causam deducere. Decernimus ergo etc. diffinitionis paginam.

Lib. IV. p. III. tit. VI. fol. 98 et 99.

Alexander P. III· Johanni episcopo Casertano.

Super eo, quod ex tuis litteris intelleximus, filium Adalardi latoris praesentium et filium sororis suae, filiabus Stantionis sororis quondam ejusdem A. quas idem S. non de sorore ipsius, sed de alia, quem post ipsam accepit, sustuleret, esse conjunctos, tuae prudentiae praesentibus litteris innotescat, quod si ita est, eos sustinere non debes insimul esse, sed potius sunt ab invicem separandi, quia contubernia potius quam matrimonia possunt vocari, cum hujusmodi affines etiam in tertio gradu conjuncti, non debeant insimul remanere.

Lib. IV. p. IX. tit. VI. fol. 168.

Alexander III. P. archidiacono et capitulo Brundisino.

Constitutus in praesentia nostra V. lator praesentium parrochianus vester, proposita nobis assertione monstravit, quod uxor sua diuturno correpta languore nequaquam ei debitum reddere valens, ut ipsa fieret monialis frequenter ab eo licentiam et instantissime postulavit. Cui vir ipse tandem quamvis incaute satis et illicite super hoo assensum, ut et idem asserit, praebuit. Verum illa sic ad monasterium transeunte, vir nec se votum castitatis facere, nec ad religionem velle transire, constenter in praesentia multorum proposuit. Procedente vero tempore, cum famula sua dormivit, et filiam ex ea, quemadmodum et ab ipso dicitur, sustulit. Metuens ergo continuationem criminis et metuens recidivam, suppliciter a nobis expetiit, ut ei licentiam ducendi uxorem, quae suam infirmitatem susciperet, clementius indulgeremus. Cum igitur uxor aut vir juxta canonum sanctiones et alterutro consentiente digne nequeat statum conversionis assumere nisi pariter convertatur et alter, licet nonnullis abominabile videatur, ut mulier de claustro ad nuptias saeculares debeat revocari, volumus ut praedictam mulierem de monasterio vos per omnia relaxetis, et ut uxorem suam illi omni excusatione cessante reddatis. Tolerabilius enim est, ut vir antefatus uxorem hujusmodi habeat, quam per adulteria multa discurrat.

Lib. IV. p. XI. Tit. IV. fol. 196.

Ceterum cum tam pauca habeat Laborans, quae in Gratiani opere minime reperiuntur, merito dicere possumus, decretum maximam ac fere integram collectionis materiam ipsi suppeditasse.

In quinto vero compilationis nostrae libro plurima habentur loca ex jure romano, ex digestis nempe, e codice atque ex novellis constitutionibus desumpta; in quibus colligendis Laborans Gratianum longe superavit. Ceterum ea non ex aliqua antiquiore canonum collectione, sed ex ipsis romanarum legum collectionibus desumpsisse videtur.

§. 5

De collectionis merito, maxime si cum Gratiani decreto conferatur.

Cum ordinem, et methodum quem tum Laborans tum Gratianus in adornandis canonum collectionbus secuti sunt, attente consideramus, nullum dubium suboriri potest quin Laborans in multis Gratiano palmam praeripuerit. Ubique enim deprehendimus ipsum et magis certam et magis absolutam methodum sibi praefixisse, eamque in argumentorum dispositione semper prae oculis habuisse, ita ut universum Labrantis opus ad certa capita reduci facile posse videatur, quae apprime inter se cohaerent, atque ingentem ecclesiasticarum legum copiam ad certas veluti classes revocant.

Laborans totus in eo est, ut operis sui systema perquam absolutum undique fiat: hinc studiosorum commodum saepissime neglexit et cum ubique *concordantias* ac *contrarietates* apponere velit, non raro titulos seu capitularia etiam inserere coactus fuit, in quibus nihil aliud fecit, quam capita indigitare, quae alibi inserta conspiciuntur. Aliquot hic nos exempla exhibemus, ut pateat, quantum incomodi haec forma secum ferat [25]).

---

25) Prius titulos, uti in Laborantis opere inveniuntur dabimus, dein eorumdem titulorum rubricas describemus, quas ex capitulario, quod partem praecedit desumimus, ut ita pateat in hisce titulis argumenta indicari, quae sana majoris momenti sunt, ac fusius tractari debuissent.

Lib. V. Pars. V.

T. XI. *Quoniam Si quis episcopus per*. Supra. lib. II. p. I. tit. I coll. I.

Longe aliter Gratianus egerat, cum nullibi lectorem ad alios operis sui locos remittat, ac potius bis saepe etiam ter eundem canonem recenseat, quoties pluribus in locis necessarius illi videba-

---

T. XII. *Quicquid.* Ibidem: *Si quis episcopus prae.* Ibidem. coll. III.
T. XIII. *Omnis cujuslibet.* lib. II. p. I. tit. I. coll. I. *Si qui presbyteri.* Tit. III. *Saluberrimum.* lib. III. p. II. tit. III.
T. XIV. *Ventum est.* lib. I. p. IV. tit. XI.
T. XV. *Sicut is.* lib. II. p. I. tit. I. coll. I.
T. XVI. *Qui in qualibet.* lib. I. p. IV. tit. XI.
T. XVII. *Pervenit.* lib. II. p. I. tit. I. coll. III. *Statuimus.* Supra P. IV. tit. VI. Ibidem alia.
T. XVIII. *Quicunque sane. Eos qui. Praesentium.* Supra lib. II. p. I. tit. I. coll. I.
T. XIX. *Si quis dator.* Ibidem coll. III.
T. XX. *Patet simoniacos.* Ibidem coll. IV. *Sane quisquis.* Infra lib. V. p. I. tit. VI. coll. IV.

Rubricae vero sunt haec.

T. XI. *Si vel laicus simoniace manus accepit, aut extitit hujusmodi contractui mediator.*
T. XII. *Si episcopo sciente, vel non, quilibet suorum clericorum nisi voluntarie oblata suscipit pretia, vel pro baptismo, vel consignatione, vel promotione tamen credens suscipienda.*
T. XIII. *Venientem ab haereticis non clericandum.*
T. XIV. *Venientem ab haereticis clericum non promovendum, sed apud eos promotum inter laicos habendum.*
T. XV. *Qui importunum se ingerit.*
T. XVI. *De rebaptizatis et de non in ecclesia baptizatis.*
T. XVII. *Anathema episcopo decimas et oblationes conferenti laico, et laico accipienti et omni qui tamen debeat non reddenti.*
T. XVIII. *De parvulis, quibus parentum cupiditas acquisivit praebendas, et de adultis, quibus sua vel aliena.*
T. XIX. *Restituendum ecclesiae, si quid ejus per simoniam accipitur, nec tenendum quod pro taliter accepto recipitur.*
T. XX. *De opprimendis simoniacis per exteras potestates, nisi commoniti resipuerint.*

Aliquando integram quamdam librorum partem citationibus absolvit, et in uno vel altero tantum titulo ipsum capitulorum textum affert. Hoc ex. gr. fecit in libri quarti secunda parte, quae ita se habet.

T. I. *Quamvis omnis.* Supra lib. I. p. IX. tit. IX. *In singulis.* Tit. X. *Optatum.* In eodem p. VIII. tit. X.
T. II. *Ecclesiastica.* P. IX. T. II.
T. III. *Sacerdotes.* P. VI. tit. IV.
T. IV. *Cum beatus. Quoniam.* Tit. XX.
T. V. *Accedens.* lib. IV. p. I. tit. III.
T. VI. *Quisquis.* lib. II. p. IV. tit. XV.
T. VII. *Tanta.* lib. I. p. VI. tit. XLII.
T. XII. *Quidam clerici.* lib. I. p. VII. tit. VII. *Cum multae.* lib. II. p. III. tit. XVI. *Presbyteris.*, infra tit. XXII. Ibidem alia.
T. XIII. *Presbyter si for.* lib. III. p. I. tit. II.
T. XIV. *Sicut.* lib. I. p. X. tit. XII.

tur. Hinc etiam factum putamus, ut Laborantis opus neque in scholis, neque in foro reciperetur, Gratiani vero decretum ob argumentorum gravitatem atque ecclesiasticarum decisionum copiam, licet ordine minus accomodato quam apud Laborantem disposita essent, utrobique summam auctoritatem nactum sit.

Praeterea divisio quoque illa in *causas* et *quaestiones*, quam Gratianus in secunda decreti parte adhibuit maxime idonea tum ad scolarum usum, tum ad fori exercitationem fuit, ita ut mirari minime possimus, si decretum in jure canonico eumdem locum ac

---

T. XV. *Ante. Episcopus autem.* P. IV. tit. IX.
T. XVI. *Clericus in.* P. V. tit. V.
T. XVII. *Si quis de.* Supra. lib. I. p. VI. tit. VII.
T. XXIV. *Clericos.* Supra lib. I. p. VIII. tit. II. *Placuit* P. X. tit. XVI. Ibidem alia.
T. XXIX. *Quidam mon.* Supra lib. II. p. I. tit. XIV
T. XXXII. *Hii qui.* Supra lib. II. p. III. tit. XXIV. coll. I.
T. XXXIV. *Episcopus qui.* lib. I. p. X. tit. XVIII Ibidem alia.
T. XXXV. *Episcoporum.* Tit. XIX. Consuluit. Tit. XXI.
T. XXXVI. *Sacerdos.* P. VII. tit. II. Ibidem alia. *Presbyteri.* lib. II. P. III. tit IX.
T. XXXVIII. *Requiritis.* P. I. tit. I. coll. IV.

Rubricae horum capitulariorum sunt.

I. *Si quis transgreditur promissionem, quam canonice suo praelato facit, et ecclesiae antequam ad ecclesiasticos gradus accedat.*
II. *Sacerdos sacrificat, aut communicat absque orario.*
III. *Crimen est in sacerdote sacris scripturis omissis legere commedias, etc.*
IV. *De temerariis percussoribus praelatis.*
V. *De praesumentibus amministrare, de quibus exciderint gradus.*
VI. *Laicalis quoque depositio concessa communio si carere meretur, aufertur.*
VII. *De male consulentibus cuidam episcopo et de levitate ejus.*
XII. *Quid subdiacono et supra vacanti uxore, quid uxori, quid proli, quid episcopo coniventi, quid clerico concubinario, quid concubinae.*
XIII. *Disciplina presbyteri fornicantis et sponte, quia cito poenitet confitentis.*
XIV. *Qui cum levi culpa venit ad sacerdotium.*
XV. *Si diaconus aut supra deservit ebrietati vel aleae.*
XVI. *De invido profectui fratrum, vel invido rursus, aut contentioso.*
XVII. *Qui despicit agapestas.*
XXIV. *Qui alterius episcopi clericum eo invito suscipit et retinet, et qui sic retinetur.*
XXIX. *Clericus vel monachus, vel laicus si noluerit secundum traditionem patrum subjacere proprio episcopo.*
XXXII. *Si deserviens altario post lapsum carnis desidiose poenitet, aut vomitum sorbet.*
XXXIV. *Si episcopus invitum ordinat, et si quis a suo promoveri contemnit episcopo.*
XXXV. *Non nisi sic postponendus est prior.*
XXXVI. *De loco providendo depositis; deque eorum alia poena, vel non alia.*
XXXVIII. *Utrum possint in ordine poenitentiam agere venditores columbarum.*

digestorum liber in jure romano obtinuit. Laborans contra cum hanc divisionem penitus neglexerit, eamque suis concordantiis et contrarietatibus suplere voluerit, argumenta rectius quidem disposuit, ast libri sui usum valde incommodum difficilemque reddidit. Quibus si accedat Laborantem non omnes Gratiani errores emendasse, immo vero illis suos etiam, eosque non paucos addidisse, facile intelligas, cur Gratiani decretum Laborantis collectioni praeferretur, atque auctoritatem quam semel in judiciis et in scholis obtinuit illaesam conservarit.

Haec nos quum praedicamus, libenter etiam fatemur, Laborantis opus non solum maximi pro juris canonici historia momenti, ideoque summis laudibus excipiendum esse, sed etiam, quod magis refert, perquam utile ac opportunum esse ad emendandum corrigendumque gratianei decreti textum. Optimis enim ipse gratianei operis codicibus usus esse videtur, quodque magis mireris, plurima ex illis locis habet, quae vulgo *Paleae* vocantur, quaeque non raro cum aliis capitulis continuata serie ex Gratiani decreto recepit, ita ut in codicibus, quibus ipse usus est, jam extitisse dicenda sint. Nulla enim ex parte vero simile est, ut ex Laborantis compilatione in Gratiani decretum immigraverint, ex opere scilicet, quod neglectum omnino, atque ignotum delituisse merito dicimus, cum apud neminem, qui glossas in Gratiani decretum scripserunt, ejusdem mentio occurrat, nullumque in glossa ordinaria vestigium appareat, glossatores eodem unquam usos fuisse.

Quae cum ita sint, libentissime clarissimi J. M. Suaresii episcopi vasionensis, necnon celeberrimi Zaccariae desideriis nostra quoque vota conjungimus, nihilque magis exoptamus, quam ut Laborantis decretorum compilatio ex praestantissimo ss. basilicae vaticanae codice typis pervulgetur, ut ita ad Gratiani decretum emendandum novum adjumentum praebeatur.

Nos interea, ut historiae juris canonici studiosis specimen quoddam hujusce praestantissimi operis daremus, praefationem seu *Praeludium* una cum prima prioris libri parte, nec non integrum librum tertium transcripsimus, atque huic dissertationi apposuimus. In iis vero exscribendis capitulorum, quae Laborans a Gratiano mutuatus est, textum excipere omisimus; locum tamen ubi in gratianeo decreto extant accurate indigitavimus. Ubi Laborans non ipsum capi-

tulorum textum exhibet, sed locum tantummodo adnotat, in quo illum inseruerat, capitula gratianea item adscripsimus, sed nullis numeris distinximus, quod in illis tantummodo fecimus, quorum textum Laborans exhibet. Quoad reliqua nihil omnino mutavimus, ita ut, ubi capitula gratianea a nobis indicata exscribantur, absolutissimum Laborantis operis specimen habeatur.



APPENDIX

QUAE

SPECIMINA QUAEDAM COLLECTIONIS

A LABORANTE ADORNATAE EXHIBET.

Praeludium voluminis.

Ad orientale clima plagam siquidem per amenae regionis Eden seu patriam paradisi, quam suae perdidit culpae merito protoplastus, humanae progeniei post longaevi temporis et infausti saeculi tragedias in exilio nimium calamitosae peregrinationis erranti redeundi viam, et insistenda sit gressibus miseratio deitatis ostendit et ad redeundum quibusque volentibus suffragatur, et opem gratis exhibet pleniter efficacem. Nomen hujus est viae cum fidei pietate moralitas, declinatio mali videlicet et prosecutio boni, hoc ab erudimentis incipit juris et per ejusdem instituta progreditur.

Quibus est nomen juris.

Jus igitur est constitutio vel naturae vel gentium seu gentis, ut Rodiorum, vel civitatis, vel principis, aut principalis auctoritatis in sociale foedus aut spe provocans, aut indulgentia protrahens, aut terrore coherceus. Spe quidem, ut qui bona fecerint, vivent; indulgentia, ut convertimini et convertar; terrore, ut omnis arbor fatua succidatur. Haec et hujuscemodi sunt jura vel leges et jura, prohibitiones et praecepta, quoniam ut ipsa teneant, omnium fuit legum tenor hominibus editus. Nam permissio, ut vir fortis petat praemium spe civilitati facit aggratulantem. Illicíti vero permissio, ut dandi libellum repudii, eidem facit indulgentiam mitescentem. Exhortatio autem ad unum quod sperat expergiscentem.

Civile jus multis gentium pluribus naturae vero divinae, sed constitutio voluntatis pertinet plurimis. Jus civile cujuslibet unius est constitutio civitatis aut principis. Gentium plurium vel omnium propemodum nationum. Naturae vero jus inditum ex efficientis omnia causa principii, cunctis animantibus insidet. Quod autem in ipso legis et evangelii commendat vobis auctoritas, fas et divina lex dicitur et naturae vocabulum non amittit.

Inveniuntur constitutio, jus et lex natura idem, et usu non idem. Lex enim dum suum vocabulum justis applicat ab aliquo scriptis, intra juris ambitum coarctatur, et dum constitutio suum nomen imperiali tantum vel regali concedit edicto, intra legis ac juris circulum devocatur.

Sunt usu praeterea jus et lex idem, sed a juris legisque genere minoratum, ut ubi verbi gratia transire per agrum alienum, fas esse dicitur et non jus.

Species juris gentium sunt militare jus et publicum.

Civile forense quoque dicitur, et est illius una species jus quiritum. Juris quiritum species sunt, lex, plebiscitum, senatus consultum, constitutio vel edictum, responsa prudentum. Alioquin tamen et haec omnia legis nomine designantur.

Sunt vero quarundam nomina legum secundum vel officialia nomina conditorum, ut consularis vel tribunitia, vel propria, ut Cornelia et Falcidia, vel patria seu gentilia, ut Rodia, vel secundum aliquam proportionem, ut Satyra.

Alia praeterea quiritum juris est species, non ut illae, quas dixi modo, in scripto consistens, consuetudo videlicet aut mos.

Mos enim est consuetudo quam unicuique juxta suum officium, et qui debetur officio, finem ad proventum reipublicae diuturna majorum sanxit auctoritas. Officium vero est agendorum civiliter data licentia. Quamvis et actus uniuscujusque personae secundum mores civitatis, officium transnominentur. Ad stipulativum dictis legitur in hunc modum:

Cap. 1. *Omnes leges*. D. 1. c. 1.
Cap. 2. *Jus generale* etc. D. 1. c. 2—5.
Cap. 3—9.— D. 1. c. 6—12.

Romani juris species sunt lex et caeterae supradictae.

Cap. 10.— D. 2. c. 1.
Cap. 11—17.— D. 2. c. 2—8.

Amplius autem est et alia quaedam juris species, anterioribus longe praestantior, auctoritatis videlicet ecclesiasticae constitutio. Lex utique non saecularis ad aedificationem pertinens spiritualem, quae specificato nomine canon, id est regula, nominantur, de pia sanctorum et Christi dispensatione proveniens, naturae magisterio non adversa. Habet autem et haec quatuor in se continentia, species, dominicas institutiones, constitutiones apostolicas, decreta pontificum, statuta conciliorum, et his omnibus insunt oracula prophetarum.

Adsunt et aliorum praeclara munimina patrum et illustrium gloriosa placita vel documenta virorum.

Decretorum vel canonum sicut et legum, aliud singulare, pertinens uni personae, vel quaestioni, ut epistola decretalis ad collegium vel ad quemquam, scilicet et privilegium, quod veluti privata lex dicitur; aliud generale, quia multis, quod et ipsum particulare est, aliud universale, quoniam universis.

Rursus aliud temporale, ut *in viam gentium ne*, aliud perpetuum, ut *praedicate evangelium omni terrae*, aliud locale, ut *si clerici ad concilia provocant non provocent nisi ad africana concilia*. Infra lib. IV. pars. IV. tit. XXVII. capituli *presbyteri*, aliud ex causa, ut *da tributum Symon pro me et te*; aliud autem et temporale est et locale pariter et ex causa, ut Anglorum tertia vel quarta generatione contracta matrimonia non solvantur.

Conciliorum quoque vel synodorum aliud universale tanquam ab universis aut pluribus nationibus celebratum, aliud provinciale celebratum sive ab episcopis unius provinciae et vel auctoritate romani pontificis, ejus sive praesente legato, vel quia decreta seu canones non promulgat auctoritate primatis aut metropolitae qui provinciae praeest.

Provinciale tamen est et ceteris provinciis ad casus similes amplectendum, cum ad esum agni cui non sufficit Israelita vicinum debeat vocare, unde *de libellis* infr. lib. I. p. II. tit. XII. ibidem sunt alia. *Novit* lib. IV. p. I. t. II. Nec silendum, quod inter canones statutum conciliorum brevitate nomine generis usitatius dicitur canon, unde *Nicaena* p. II. tit. XXIII. Decretum usu vulgatiore prae-

ceptum, prohibitio, vel constitutio pontificum romanorum, sive in concilio episcoporum, sive in conventu cardinalium roborata. Quod si epistolariter scribatur absenti dicitur epistola decretalis. Si vero privilegialiter scribitur, privilegium nuncupatur, seu praesenti detur seu concedatur absenti. Attamen decreti nomen nonnunquam sumitur ut cujuslibet canonis sanctorumque doctrinae compaginatae canonibus. Propterea dicitur et quaelibet illa canon,

Caussa tam decretalium pontificum scilicet, quam synodalium canonum praeceptio Christi fuit: *Docete, inquit, omnes gentes quodcumque suggeret vobis paraclitus.*

Materia rationabilis vitae modus et via patriae.

Officium moderata discretione jubere et prohibere, remunerare et punire, indulgere quoque vel permittere et monere. Unde

Cap. 18. *Omnis lex*— D. 3. c. 4.

Finis est ad patriam genus humanum officii dispensatione reducere.

Auctor, instinctu divinitatis, ordo pontificalis.

Ministri, pontifices et sacerdotes.

Ordo non eos condendi qui tempora sequitur conditorum, sed eorum multos in praesentis operis ferie singulis adoptandi propositis et per incidentiam circa ea constantibus librorum sequitur ordinem, et in libris ordinem titulorum.

Legum vero finis aliis ostenditur verbis hoc modo.

Cap. 19. *Factae*— D. 4. c. 1.

Decretalis igitur quaedam et canonica doctrina sanctorum, quae licet parva sit, vastitati cujus est delibatio, non parum tamen in negotiis ecclesiasticis inchoandis tractandis, terminandis expedire videtur, in sex voluminis hujus dividitur libros, quorum generaliter omnium communis est ecclesiastica moralis instructio: Materia digna nimis et in minima copia rationum canonicum volentibus exercere conflictum et dissonantiae pugnam subinde mediante ratione dissolvi. Et quamquam singuli singulas intentiones principaliter exequntur, nonnulla tamen valde necessaria principalibus incidenter attexunt. Unde, liber primus agere de varietatibus ecclesiasticae promotionis intendens, alia quaedam toti volumini perutilia pro locorum aptitudine non incongrue frequenter annectit. Incipit autem sic: Canonis ergo genus. Sed quorundam capitularium tituli primitus hoc ordine disponuntur.

TITULI CAPITULARIUM PARTIS PRIMAE.

Ad Praesulem Pampilonensem.
T. I. Cap. 1—5.

Canonis ergo genus lex est, et est eruditio legis ad illicita declinandum sacra praeceptio.

Cap. 1. *Lex esse.*— D. 4. c. 2.
Horum consideratio cum sit lex, non autem postea, libera est: unde
Cap. 2. *Quamquam.*— D. 4. c. 3.
Institutarum seu promulgatarum alia firmatur, id est moribus approbatur utentium; quamvis aliquando forte moribus abroganda, alia non. Quapropter invalida est ut quam Papa Telesphorus de abstinentia sicut in libro sermonum ait Ambrosius promulgavit dicens.
Cap. 3. *Statuimus.*— D. 4. c. 4.
Consensit in idem B. Gregorius hoc modo.
Cap. 4. *Sacerdotes et diaconi.*— D.4.c.6. *Denique sacerdotes.*
Haec etsi pro legibus instituta sint, quia tamen communi usui non placuerunt, aliter agentes de transgressione sua non arguunt. Alioquin juxta canones suscepto privarentur honore, nisi dicantur haec exhortationes et non decreta. Decreto siquidem importatur necessitas, exhortatione libera excitatur voluntas. Unde *Ita* infra lib. II. p. I. tit. XVI. Ibidem sunt alia. Contra Telesphorum.

Ex concilio Aurelianensi.

Cap. 5. *A sacerdotibus omnibus decretum est, ut ante paschae solemnitatem non quinquagesima sed quadragesima teneatur.*
Sed aurelianense concilium jejunium quadrigenarium non quinquagenarium omnibus vult indici, Telesphorus non omnibus, sed clericis, XL. dierum et bidui.

T. II. Cap. unicum.

Lex omnis et positionis acceptione digna constitutio, jus naturale sequitur et de naturae venia sui rivuli trahit originem. Naturale quippe jus illis omnibus esse constat antiquius. Si quod post hominis conditionem jus consuetudinis atque ut creditur a tempore civitatis, quam aedificasse Cain legi coepit. Sed nec ante formationem hominis irrationabilia ipsa naturalis juris peritia fugiebat. Jus autem constitutionis coepit a justificationibus traditis Moysi a domino. Si emeris servum ebreum etc. Unde.
Cap. 1. *Moyses.*— D. 7. c. 1.
Est immobilitate dignius quia mutatis aliis non mutatur. Est et dignitate praestantius. Quicquid enim juri naturali contrarium, vel scriptura vicii comprehendit, vel mos erroris admisit, ut infra tit. VI. ceterisve liquebit, irritum haberi debet et vanum.

T. III. Cap. unicum.

Non tantum quia secus ac permiserit aliquid agi irritatur. Naturae nempe licentia communia sunt omnibus universa. Jure non consuetudinis vel constitutionis, hoc est meum, illud alterius. Unde:
Cap. 1. *Divinum Jus.*— D. 8. c. 1. *Quo jure. Quicunque vos.* Infra lib. IV. p. V. tit. XXIII. collatio prima. fol. 134.— C. 23. q. 7. c. 1.

T. IV. Cap. 1—3.

Est scilicet nec illud irritari quia non juri naturali quoniam sanctioni divinae non spiritus aut virtutis sed litterae praeventione repugnat. Jubebatur enim in levitico: mulier si masculum parit XL, si vero foeminam, LXXX diebus, et

omnis mulier dum menstrua patitur a templi cesset ingressu. Nunc vero fit aliter, unde.

Cap, 1. *Si mulier.* — D. 5. c. 2.

Cap. 2. *Baptizari.* — D. 5. c. 3.

Placuit u. q. p. infra lib. IV. p. VI. tit. XIII. f. 143. *Placuit ut quicunque parvulos.* D. 4. de cons. c. 153.

Cap. 3. *Ex sola causa incontinentiae.* — D. 5. c. 4. *Ad ejus.*

Contra.

Cum humilitatis. Infra lib. IV. p. VII. tit. XVIII. coll. II. fol. 194. — C. 22. q. 2. c. 9.

T. V. Cap. 1—2.

Cap. 1. *Quae contra.* — D. 8. c. 2.

Cap. 2. *Si consuetudinem.* — D. 8. c. 5.

T. VI. Cap, 1—2.

Cap. 1. *Mala consuetudo.* — D. 8. c. 3.

Cap. 2. *Qui contempta.* — D. 8. c. 6.

T. VII. Cap. un.

Cap. 1. *Quicumque legibus imperatorum.* — D. 9. c. 1. *Imperatores.*

Si quis episcopus. Inf. lib. II. p. 1. Ibidem alia. fol. 67. C. 11. q. 3. c.91.

T. VIII. Cap. 1—10.

Cap. 1—4. — D. 9. c. 3—6.

Cap. 5. *Hieron. in secundo prologo bibliothecae.* Emendatiora sunt exempla latina quam graeca, graeca quam ebrea.

Ergo *de ebreis* inviolatis et *graeci sermonis* incorrupti; fit violatio seu curruptio per haereticos aut scriptores.

Cap. 6—10. — D. 9. c. 7—11.

T. IX. Cap. 1—4.

Cap. 1—4. — D. 10. c. 1—4.

T. X. Cap. 1—6.

Cap. 5. — D. 10. c. 7, 8, 13, 9 et 10.

Denique infra lib. IV. p. X. tit. XI. fol. 190. C. 31. q. 1. c. 2. At non oportet omni merito neque semper debitam respondere poenam.

Cap. 6. — D. 10. c. 12.

T. XI. Cap. 1—4.

Cap. 1—4 — D. 11. c. 1—4.

T. XII. Cap. 1—8.

Cap, 1—2. — D. 11. c. 5—6.

Resecanda infra tit. XIII. cap. omnia. Ergo *laudamus*, tolerabilem, non vero superstitiosam et intolerabilem.

Cap. 3—5. — D. 11. c. 7—9.

Cap. 6. — D. 11. c. 11.

Cap. 7—8. — D. 12. c. 3 et 7.

Novit infra lib. IV. p. I. tit. II. — D.12. c. 8.)

Ergo exemplum sine discretione justitiae, unde supra *Non debent* infra p. VIII. tit. XIV. fol. 42. D. 12. c. 1.

T. XIII. Cap. unicum.

Cap. 1. *Omnia.* — D. 12. c. 12.

T. XIV. Cap. 1—3.

Contra jus naturale nulla dispensatio nec duorum impossibilium minus eligendi necessitate recipitur.

Unde:

Cap. 1—2. — D. 13. c. 1—2.

Contra quia ait: *tunc solum sine culpa.*

Cap. 3. *Nullatenus sine culpa*, et infra lib. IV. p. II. tit. VIIII. cap. vir. fol. 91. C. 33. q. 4. c. 7. Sed ibi solvitur. *Si quid* p. III. tit. XXVIIII. fol. 100. ex *Anselm. lucens.* lib. X. cap. 54.

In malis p. II. tit. XIIII, fol. 145. — C. 22. q. 4. c. 5. Ibidem alia.

56

T. XV. Cap. unicum.

Cap. 1. *Quod* — D. 14. c. 1.
Offerebat. Non solum. Infra lib. IV. p. XI. tit. 2. coll. 2. fol. 193. — C. 32. q. 7. c. 12. et C. 32. q. 8. c. un.

T. XVI. Cap. 1—7.

Cap. 1. *Sicut quaedam.* — D. 14. c. 2.
Cap. 2—3. — D. 29. c. 2. et 1.
Ex causa fuit repudium, sicut dedit et Christus ipsum tributum.
Cap. 3. *Necesse.* — D. 29. c. 3,
Scias frater. Infra lib. IV. p. IV. tit. XXIII. coll. 2. fol. 120. — C. 7. q. 1. c. 35. *Occidit.* P. V. tit. 3. fol. 125. — C. 23. q. 8. c. 14.
Cap. 4. *Necessaria.* — C. 1. q. 7. c. 6.
Cap. 5. *Priscis.* — D. 55. c. 1.
Hoc concessit Gelasius videns italicam ecclesiam propter angustias famum et belli omnium fere clericorum officio destitutam. Innocentius vero concessit ordinatos a Bonoso haereticos suscipi, ne nimium pax ecclesiae turbaretur. Unde:
Cap. 6. *Quod pro.* — C. 1. q. 7. c. 7.
Ordo legitimus in talibus hic est. Nam vide supra. Infra lib. IV. p. VIII. tit. VIII. coll. 2. cap. *Arrianos.* fol. 155. — C. 1. q. 1. c. 93.
Cessare, non ut ejiciatur sic susceptus, sed ne alius ejusmodi suscipiatur, nisi non omittenda, vehementer adhortetur provisionis industria.
Cap. 7. *Etsi.* — C. 1. q. 7. c, 23.

TITULI CAPITULARIUM
PRIMAE PARTIS LIBRI TERTII.

I. *Exempla restitutionis depositorum.*
II. *Canones depositos restituentes.*
III. *Restaurari vetantes.*
IV. *His dissonis mediantes et cui dissonantium potius assentiendum ostendens, et de poenitentia.*
V. *Restitutis ascendere altius inhibentes.*
VI. *Altius ascendere concedentes.*
VII. *Utrumque volentes.*
VIII. *Inhibitis vel inhibendis permissione cedentes.*
IX. *Permissorum aliquibus obsistentes.*
X. *Obsistentia temperantes et reparandi modus.*

Incipit liber Tertius.

Tertius hujus excerpti decretorum seu canonum liber, quos degradatorum et quo modo reparari conceditur, partim exemplis partim canonibus judicat et declarat.

T. I. Cap. unicum.

Maria namque soror Aaron, de peccato murmurationis in Moysen, poenitendo, mundata fuit ab elefantia, et spiritum prophetiae recepit. Aaron post conflationem vituli in summum consecratus est sacerdotem. Achab de interfectione Nabithae viri sanctissimi poenitens, in solio regni permansit. Et ut innumera utriusque testamenti subticeamus exempla, postquam Paulus Stephanum lapidavit apostolus fuit electus a domino. Post negationem Petrus factus est princeps Apostolorum. Plerique redeuntes ab haeresi, suis officiis restituti, ex quibus nonnulli sunt et quatenus in fascibus agerent pontificii sublimati, ut Augustinus et plures alii.
Cap. 1. *Joannes Chrysostomus.* — D. 50. c. 13. (*Palea*)

T. II. Cap. 1—10.

Cap. 1—2. — D. 50. c. 14 et 15.
Cap. 3. — D. 50. c. 20.
Cap. 4. — D. 50. c. 19.
Cap. 5 et 6. — D. 50. c. 24. (*Palea*)
Cap. 7, 8 et 9. — D. 50. c. 16, 17 et 18.
Si quis presbyter. Supra lib. II. p. III. tit. XVIII. — D. 50. c. 22. *Contumaces.*

p. IV. tit. VII. — D. 5o. c. 21.
Cap. 10. — D. 82. c. 5.
(*Laborans exhibet hujus canonis inscriptionem : ex concilio Gangrensi.*)

T. III. Cap. 1—9.

Cap. 1—3. — D. 5o. c. 1, 9 et 10.
Adrianus P.
Cap. 4. Si quis episcopus a synodo depositus est, non licet illum saltem a quolibet episcopo nominari. *Postquam.* Supra lib. I. p. IX. tit. XI. fol. 47. — D. 5o. c. 11.
Cap. 5, 6 et 7. — D. 5o. c. 3, 2 et 4.
De his Supra lib. I. p. V. tit. X. fol. 17. — D. 5o. c, 6. *Si episcopus.* lib. II. p. III. tit. VIII. fol. 73. — D. 5o. c. 34. *Si quis vero voluntate.* tit. XXVI. coll. 2. fol. 27. — D. 5o. c. 14.
Cap. 8. — D. 5o. c. 31.
Contra. *Ministret* igitur altario in minimis officiis, ut sunt incensi praeparatio, candelariorum deportatio et hujusmodi.
Cap. 9. — D. 5o. c. 3o.

T. IV. Cap. 1—22.

Cap. 1. — D. 5o. c. 23. (*Palea*)
Cap. 2. — D. 5o. c. 25.
Domino. Supra lib. I. p. II. tit. XII. — D. 5o. c. 28. *Quia.* lib. II. p. IV. tit. XVI. — D. 5o. c. 38.
Cap. 3, 4 et 5. — D. 5o. c. 29, 26 et 27.
Cap. 6. — Ans. lucens. VIII. cap. 10.
Cap. 7. — C. 26. q. 7. c. 5.
Synodus VIII.
Cap. 8. *Hoc sit*, etc.
Gregorius.
Cap. 9. *A tempore*, etc.
Antiqui. Infra lib. IV. p. VIIII. tit. XVIII. fol. 178. — C. 33. q. 2. c. 19.
Cap. 10. — C. 26. q. 7. c. 2.
Cap. 11. — C. 26. q. 7. c. 10.
Servata R. libelli et juramenti et synodalis absolutionis. Unde *Si quis.* Supra lib. II. p. II. tit. XXIII. *Ego N. refuto.* Infra lib. IV. p. VI. tit. XVIII. De eo p. 1. tit. VI.
Cap. 12. — C. 26. q. 7. c. 1.
Cap. 13 et 14. — C. 26. q. 6. c 7, 8.
Aegrotantes. Infra lib. VI. p. III. tit. X.
Alexander P. I.
Cap. 15. *Sacerdos*, etc.
Cap. 16. *Sicut baptismus*, etc.
Cap. 17. — C. 26. q. 6. c. 6.
Cap. 18. — D. 1. de poenit. c. 86.
Cap. 19. — C. 26. q. 6. c. 1.
Cap. 20. — C. 26. q. 6. c. 14.
C. Carth. II.
Cap. 21. *Crismatis confectio.*
Cap. 22. — C. 26. q. 6. c. 4.
Verum quando vel ut poenitendi veritas agnoscatur, ejus indicat libelli series, cujus est initium : *Memini vir illustris, quem ego Laborans, nondum Romae cardinalis, sed Capuae canonicus*, ad ammiratum siciliae de justitia et justo deque multis aliis, eo flagitante contexui.

T. V.

De clericis Supra lib. I. p. V. tit. X. *Hi qui al.* lib. II. p. III. tit. XXVI. coll. 1. *Quia* P. IV. tit. XVI.

T. VI. Cap. 1—2.

Cap. 1 et 2. — D. 5o. c. 53 et 54.
Post depositionem a presbyterio, Theodosius fuit episcopus, et Leontius patriarcha. Unde *Joannes Chrysostomus* supra tit. 1.

T. VII. Cap. unicum.

Cap. 1. — C. 1. q. 7. c. 16.
Sicut quidam. Supra lib. I. p. I. tit. XVI. Ibidem alia.

VIII. Cap. unicum.

Reparatio tamen est interdum ad majora

subvectio, dispensativae contigit tumidae poenitentium vel astute vel aliter indignorum. Immo ne dissolvatur pax ecclesiae, quia multitudine fulcitur noxius vel indignus, non dejicitur, sed in honoris officio tollatur et quandoque provehitur ad majora. Unde:

Cap. 1. — C. 23. q. 4. c. 19.

T. IX.

Ceterum et ob memoriam culpae vel causae recusatur a multitudine, quamquam fructuosam poenitentiam egerit, nequaquam tamen videtur contra scandalum reparandus, nedum altius attollendus. Unde. *De his* supra lib.II. p.III. tit.VIIII.

T. X. Cap. unicum.

Attamen est minore neglecto, majus scandalum fugiendum. Unde *Duo mala* lib.I. p. I. tit. XIIII.

Cap. 1. — C. 11. q. 3. c. 65.

Obscure positum hoc adverbium istud *injustae* dilucidae ponitur. Infra lib. V. p. III. tit. III. *Pro sententia.*

Tituli capitularium partis secundae.

I. *Soli deo, judicium reatus, et rei nemini cognitae, deputantes.* (scilicet canones).

II. *Soli per confessionem presbytero manifestum reum vel indignum, suo statui dimittentes.*

III. *Moderationem canonum esse romani pontificis judicantes.*

IV. *Officio reddito pristinum locum aliquibus non impie denegantes.*

V. *Degradatis, locum poenitentiae, et si fieri potest, necessaria providentes.*

VI. *Degradando, ne degradetur, poenas misericorditer infligentes.*

T. I. Cap. 1—10.

Depositionis igitur omnia jam superius et consequenter ordinata capitula, penes ecclesiam tenent, sed in rebus manifestis ecclesiae. Nam de occultis et incognitis, sibi soli retinuit judicare seu condemnare divinitas. Unde.

Cap. 1. et 2. — C. 2. q. 5. c. 20. et 22.

Mennam. Infra lib. IV. p. V. tit. V. — C. 2. q. 5. c. 7. Contra quod etiam dictum est, superstitiosa adinventio, et temptare dominum.

Cap. 3. *Gregorius M.*

Si vir, etc

Solutio:

Sed verum judicium, id est, verum juramentum, sibi judicialiter datum, vel argumentum, verum judici, ut si pateat virum caruisse potentia. Unde *Instrumenta.* Infra lib. IV. p. X. tit. 14. (locus iste invenitur in Pseudo-Ivonis decreto lib. XVI. cap. 138.)

Item contra.

Cap. 4. *Plures.* — C. 16. q. 1. c. 54.

Sed dei judicio, id est discretione cujuspiam mediatoris in cujus ore pacem loquatur dei spiritus, et vocem ejus audiant.

Item contra.

Cap. 5. et 6. — C. 2. q. 5. c. 23. et 26.

Solutio.

Verum, non temptatur deus, ubi secundum quod praecipit agitur. Hoc etenim purgandi per eucharistiam genus, sumptum videtur a sacrificio zelotipiae quod dominus in lege constituit. Ait enim in libro numerorum ad Moysen.

Cap. 7. *Loquere filiis*, etc.

Item contra.

Cap. 8. et 9. — C. 2. q. 5. c. 24. et 25. (Laborans citat: canones istos ex concilio guarmatiensi).

Probabile judicium vel divinum, juramentum intelligi, vel experimentum in eucharistiae perceptione. Amplius et omnino contra.

Cap. 10. *Nobilis.* C. 2. q. 5. c. 14.

Porro, non est canonica censura haec, sed est ad duritiam impetentis, canonica legitimae censurae permissio. Purga-

tio igitur alia est vulgaris, ut igniti ferri, alia canonica, ut solummodo juramenti. Unde *Mennam.* Infra lib. IV. p. V. tit. V. Ibidem alia. Vulgaris non est nisi personae servilis, aut suspectae serviliter. Ingenuae, canonica sola, quia habes utrumque, sic *Burchardus* lib.VI. *Qui presbyterum* cap. 5. *Nobilis* supra. Cum igitur in ingenuum mala fama non subest, canonica non est exigenda purgatio, Unde. *Quod autem.* Infra lib. V. p. tit. VIII. Item nec si ex inimicorum fictione subest. Unde. *Auditum* lib. IV. p. V. tit. V. Sin ex verisimili suspicione sit orta, purgatione tolletur. Unde *Presbyter vel ibidem* et ibidem alia. Quod si clericus in populo diffamatur, praesente populo emundetur. Unde. *Presbyter si. Consultu.* Ibidem. Si dumtaxat in clero, coram solummodo clero purgetur. Unde. *De crimine.* Ibidem. At vero episcopus, cum XII debebit expiari collegis. Unde. *Consultu.* Ibidem. Presbyter cum VII, diaconus cum III, subdiaconus et infra, poterit tantummodo simplici manu. Unde. *Si legitime*: *Presbyter si.* Ibidem. Hoc regulariter. Caeterum in arbitrio consistit episcopi, quota manu se quisquis ille purificet. Unde. *Consultu.* Ibidem. Si autem infamatus idoneare se possit et nolit, sit in suspenso quamdiu se non reddit idoneum. Si vero non potest, impotentiae suspensio sit coaeva, aut si forte sit aequus, maneat quousque sinistra fama quiescat, ut in annum quintum, unde fortassi habetur. *Si episcopo*, supra.

T. II.

De his vero, supra lib.II. p.III. tit.VIIII. — D. 50. c. 34.

T. III. Cap. 1—6.

Eorum vero, quibus gradus aufertur, aliis post canonice transactam poenitentiam dispositione quam provida restauratur; aliis, quia non digne eos poenitet, vel eorum poenitentia fructibus non apparet, vel non occurrit extitisse restitutionem de canonibus eis indultam, sed usque qua prohibitam, vel licet sint immunes a crimine, quia tamen sacramentum vana species mentiretur ut in digamis, irreparabiliter manet ablatus.

Est tamen in manu romani pontificis, digitus et in digito discretio, rigiditas et flexura, quo pro discretivo libramine suae sanctae deliberationis et providentiae, valeat canonum moderari censuris, ut et rigescant mitia, et rigida mitescant, lenitati succedat asperitas, et asperitati prout expedit, si tamen expediat quae nondum forte contigit, dispensatoria lenitas. Unde *Dispensationes* supra p. I. tit. VII. Ibidem alia.

Fit autem ipsa dispensatio multiformis in his, quae rigor canonum non admittit, sed prompte respuit vel condemnat. Librat namque proposita negotiorum secundum res officii et juxta quantitates rerum. Duae siquidem res, sunt officio dispensatoris in administrandi ratiocinatione propositae, adeptio scilicet commodi, quia est utilitas et honestas, et evitatio incommodi, quae est inutilitas et turpitudo. Invenitur autem commodum vel incommodum, alio sui generis et majus et minus, et commodum incommodo. Commodorum debito semper omittitur minus ut contingat majus, si necessarium sit alterutrum non possibile utrumque. In commodis autem contra quia semper admittitur minus ut evitetur majus, si necessarium sit alterutrum, et sint impossibiliter simul ambo. Sin oppositae conferantur solum minus bonum omittitur pro majore vitando malo, si necessarium sit alterutrum. Quantitas rerum seu commodorum et contra maxime consideratur ex qualita-

tibus personarum et exigentia temporum. Personarum nomine populum quoque recipimus usu rhetoricorum, et quosque plures in idipsum una voluntate devinctos. Quocirca persona est, unus aut plures. Unus autem quando est, aut est cum pluribus aut sola. Quando vero plures, aut extirpari valet pestis zizaniorum tritico non avulso, quae dici valeat quasi sola, aut nequit eradicari sine tritico et exterminio pacis ecclesiae generalis. Non in talem facit ea: non dandae sententiae, sed in solam vel quasi, sententia detur ex canone nisi moderatione provisoria supportetur. Hanc moderationem, de varietate fit evenire causarum, quibus cessantibus, rigor vigilans non mollescit. Fit enim ut levigetur asperitas, imminentia necessitatis, intuitu pietatis, consideratione personae, prospicientia utilitatis et cautela contrarii, imminentia necessitatis, ut cum tempore Gelasii P. esset italica ecclesia propter belli famisqueletigeram cladem omnium clericorum officio destituta, adeo ut plerisque populis subsidia regendarum deessent animarum, concessit idem pontifex de monachis ac de laicis clericos assumi, dicens: *Necessaria* supra lib. I, p. I. tit, XVI. Ibidem alia.

Dixi *non in talem facit canon* et contra, quoniam alius est canon dandae sententiae, qui et sententiae causam ponit, et in futurum dictat, ut, qui facit hoc vel fecit, abstineatur, alius vero date, qui et sententiae causam punit et dictat in praesens, ut, cum qui fecit hoc vel faciet, abstinemus. Canonum canones noti sunt.

Cap. 1. — C. 1. q. 7. c. 13.

Non debet. Episcopus non, supra lib. I. p. X. tit. II. — D. 65. c. 2. et 3.

Cap. 2. — C. 1. q. 7. c. 14.

Cum quisque, supra p. I. tit. VIII. — C. 23. q. 4. c. 19.

Cap. 3. — C. 1. q. 7. c. 13.

Intuitu pietatis, ut de illiteratis et corpore vitiatis promotis in clerum, et de episcopis subito factis ex laicis. Unde.

Cap. 4. — C. 1. q. 7. c. 12.

Exigunt supra lib. I. p. VI. tit. XXVII. — C. 1. q. 7. c. 18. Consideratione personae, *Tanta* tit. XLII. — C. 1. q. 7. c. 11. Prospicientia utilitatis et cautela contrarii, unde *Tali*. p. IV. tit. XV. — C. 1. q. 7. c. 17.

Maximum. p. VI. tit. XXVII, — C, 1. q. 7. c. 19.

Cap. 5. — C. 1. q. 7. c. 20.

Si quis vol. supra lib.II. p.II. tit.XXIII. — C. 1. q. 7. c. 8.

Cap. 6. — C. 1. q. 7. c. 21.

Dispensatio igitur est circumstantiarum plene rationabilis in agendis observatio. Circumstantias dico personas, res, causas, tempora, loca, rigorem, lenitatem, et quas alias agendis accommodas, industria dispensatoris advertit.

T. IV.

Plerumque autem officio restaurato non restaurantur et locus, ne scilicet vel sui tituli scandalizetur ecclesia vel ipsius ut sit memoria restituti. Unde *Valet* supra lib. I. p. VII. tit. II. — D. 81. c. 9. *De his vero* lib. II. p. III. tit. IX. — D. 50. c. 34.

T. V. Cap. unicum.

Cui tamen locus honoris offertur, eidem ab episcopo locus est idoneus vel invito ad poenitentiam providendus, et indigenti vitae substantiaculum, si potest fieri, providendum. Unde *Sacerdos autem* supra lib. I. p. VII. tit. II. — D. 81. c, 7. Ibidem alia. *Presbyter aut* lib. II. p. III. tit. IX. — D. 81. c. 12.

Cap. 1. — D. 81. c. 16.

T. VI.

Disciplinalis in clerum series, ea non praepostera vel obliqua sed esse recta conjicitur, ut a lenibus transeatur ad aspera, et a minimis intendatur ad maxima. Quamvis ideo medicinalis haec operatio antidota minora ponat et lenia, ne majora sit opus apponi vel aspera. Tangit verbo ne verberet, minatur vultu, ne vulneret, sed et vulnerat miseranter, ut liberet. Primum ergo videtur, ut qui excesserit, arguatur aut moneatur ut expedit. Unde Ammonitio debet annuere vindictam. Infra lib. IV. p. IV. tit. VII. cap. *Indigne.* — C. 12. q. 2. c. 21. Item Si peccaverit in te frater tuus argue eum. Sequitur ut qui argui negligit, excludatur, vel a proprio suspendatur officio. *Praeter hoc. Si qui sunt.* P.2. tit.XXXIX. Deinde ut contumax beneficio despolietur. Unde *Si quis. Eos etiam.* Tit. XXI. Deinde ut contumacior gradu privetur officii. Unde *Decernimus* supra lib. II. p. III. tit. XXVI. coll. 1. Ibidem alia. Audi ut obstinatus anathematis gladio procellatur. Unde *Tam sacerdos. Nulla major* Infra lib. IV. p. VIII. tit. VII. cap. *corripiantur.* — C. 24. q. 3. c. 17. Ibidem alia. Fit autem et alio provisoriae artis ordine disciplina.

Explicit liber tertius.



APPENDIX PRIMA.

DOCUMENTA QUAE GRATIANEI DECRETI EMENDATIONEM RESPICIUNT.

DOCUMENTORUM INDICULUS.

I.

Illustrissimi et Reverendissimi

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALES

CORRECTIONI DECRETI DOMINI GRATIANI

A S. D. N. PIO V. PONT. OPT. MAX.

AB INITIO PRAEFECTI.

M. A. Columna.	Roman.
Hugo Boncompagnius.	Bonon.
Alexander Sfortia.	Roman.
Guill. Sirletus.	Calab.
Franc. Alciatus.	Mediol.

Postea vero ab eodem S. D. N. eidem operi corrigendo additi

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARD.

Guido Ferrerius.	Vercell.
Antonius Caraffa.	Neapol.

DOCTORES

CORRECTIONI DECRETI DOMINI GRATIANI

A. S. D. N. PIO V. PONT. OPT. MAX.

AB INITIO DESIGNATI.

R. P. Generalis S. Francisci.	Montaltus.
R. P. Generalis S. Augustini Chrystoph.	Patavinus.
R. P. Magister S. Palatii.	Hispan.
R. P. . . . . Lucatellus.	Bonon.
R. P. Josephus Ord. S. Augustini.	Veron.
Doctor Franc. Torres. 1)	Hispan.
Doctor Marianus Victorius.	Reatin.
Doct. Mich. Thomasius.	Hispan.
Doct. Hieron Parisetus.	Regiens.
Doct. M. Ant. Cucchus.	Mediolan
Doct. Joan. Marsa Secretarius.	Hispan.
Doct. Franc. Leo Secret. 2)	Hispan.

1) Doct. F. Torres non multo post professus fuit religionem sanctissimam Societatis Jesu.
2) Doct. etiam F. Leo eandem religionem Soc. Jesu professus fuit.

Postea vero ab eodem S. D. N. additi.

R. P. Cornelius Vt. Sign. Ref.	Lusitan.
Doct. Latinus Latinius.	Viterb.
Doct. Arnaldus Pontacus.	Gallus.

2.

Leges constitutae et observatae in Correctione Decreti D. Gratiani.

I.

Censuerunt Illustrissimi Cardinales ut ubicunque Gratianus propriam sententiam non Sanctorum Patrum testimonia proponit, lector certior reddatur, non solum illius nomine in margine hac nota descripto *Grat.* sed typorum diversitate quibus verba Gratiani ab auctoritatibus Sanctorum Patrum distinguantur.

II.

Quoties Gratianus in contextu sub falso numero librorum sive capitum citat loca ex Sanctis Patribus, censuerunt Illustrissimi Cardinales correctionem faciendam esse in contextu. Quod si loca proponit omisso numero librorum sive capitum, id quod a Gratiano praetermissum est, supplendum esse in margine.

III.

Censuerunt Illustrissimi Cardinales quoniam manifesto satis constat Gratianum non omnia loca quae proponit desumsisse ex auctoribus sacris, sed ex aliis Decretorum scriptoribus, qui ipso vetustiores fuerunt, ut concordantiae omnes aliorum Decretistarum apud quos canones a Gratiano propositi habentur, in margine indicentur. Id quod perquam utile futurum esse judicarunt horum studiorum amatoribus.

IV.

Censuerunt Illustrissimi Cardinales initia canonum sive *Palearum*, sed neque ordinem a Gratiano in illis describendis propositum, nulla ratione esse immutandum, propter Commentarios et allegationes Doctorum, sed tantum correctiones in margine esse annotandas.

V.

Quod attinet ad eas voces quae alioquin corrigendae et immutandae essent nisi Glossa aliquid notasset, diversae fuerunt, diversis temporibus Illustrissimorum Patrum sententiae. Tandem die XVI. Januarii 1570 post longam disputationem definitum fuit, ut voces omnes Glossarum, in quibus videlicet a Glossatore aliquid annotatum est, eae in contextu retineantur,

in margine vero notentur haec verba: (*vera lectio*) post quae, verior illa lectio describatur idque non alia de causa, nisi ob Commentarios et allegationes Doctorum.

VI.

Censuerunt Illustrissimi Cardinales notationes fieri debere in loca obscuriora Gratiani, praesertim in ea quae ab haereticis vel depravata vel perperam, atque in sensum a veritate et fide catholica alienum, fuerunt interpretata. Quod si notationes longiores sint, quam quae in margine describi possint, eas seorsim esse faciendas et signo aliquo lectorem ad illas remittendum, hoc modo. (vide notationes)

VII.

Ubi Gratianus truncata loca, et non integra ex sacris Doctoribus proponit, si aliquid praetermisit, quod necessarium videatur, seu quod ad illustrationem illius loci faciat, censuerunt, supplendum esse ex auctoribus sacris.

VIII.

Paleas nequaquam esse tollendas sed tantum diversis typis *ab auctoritatibus sanctorum patrum*, et a dictis Gratiani, esse excudendas.

IX.

Errores Gratiani a Glossa et Doctoribus animadversos, nisi aliquid supplendum necessario sit, non esse amplius notandos.

X.

Inscriptiones sub nomine Martini PP., quamvis fere omnes inveniantur apud Martinum Bracharensem episcopum in collectione sive capitulis synodorum graecarum, censuerunt immutandas non esse. Ubi vero occurret si eae apud Martinum Bracarensem reperiantur, in margine ita notetur. (Invenitur apud Martinum Bracharensem episcopum in capitulis synodorum graecarum cap. . . . .) monendum vero lectorem in notationibus loca illa alibi inventa non fuisse nisi in Martino Bracharensi episcopo.

XI.

Singulas notationes propriis numeris et signis distinguendas, eisdemque conficiendis praefici *DD. Marianum*, *Parisetum*, *Latinum ac Thomasium*.

XII.

Quoties Gratianus ex auctoribus sacris sensum potius expressit quam verba ipsa, si adhibita diligenti investigatione et cura, in perquirendo loco proprio alius non occurrat, annotetur in margine Gratianum sensum, non verba expressisse.

XIII.

Elaboratum semper fuit, ut loca, quae ab auctoribus sacris producuntur ex *Bibliis*, re-

ducerentur quantum fieri potest ad editionem *vulgatam* et ab ecclesia receptam. Visum fuit tamen omnibus ex sententia Illustrissimi Alciati ut id aliter fiat in his auctoribus, quos certo constat sequutos fuisse aliam editionem, et non vulgatam; ut in Ambrosio at aliis antiquis patribus.

XIV.

De Anselmo vero Luccensi Decretorum scriptore vetusto, cujus exemplar extat diligentissime manuscriptum apud Doctorem Hieronymum Parisetum absqua nomine Anselmi, sed sub hac inscriptiona (Authentica canonum) quoniam apud omnes constat auctorem fuisso Anselmum Luccensem, visum fuit in privata congregationo, citationes ex Ansalmo propter auctoritatem illius exemplaris hoc modo esse describendas Anselmus in authenticis canonum.

3.

DE ORDINE

In Correctione Decreti D. Gratiani servando.

Censuerunt Illustrissimi et Reverendissimi Cardinales correctioni Decreti D. Gratiani a Sanctissimo D. Nostro praefecti, quo maturius opus hoc corrigatur at emendetur, ut in privatis congregationibus, quas apud Illustrissimum Cardinalem *Alciatum* nna cum Doctoribus ab eodem Sanctissimo D. N. huia negotio designatis, habendas decreverunt, hic ordo servetur. Videlicet ut collato prius vulgato Codico excuso ipsius Gratiani, non solum cum XII. exemplaribus manuscriptis ejusdem Gratiani, quac Sanctissimus D. Noster ex Bibliotheca sua Vaticana huic operi corrigendo concessit, verum etiam cum auctoritatibus et locis propriis, quae ex sacris doctoribus desumta sunt, ac atiam cum Burchardo, Anselmo, Ivone, et aliis Decretorum scriptoribus, a quibus, magis quam a fontibus, verisimile est Gratianum plerosque canones accepisse; varietatibusqua lectionum adnotatis, eao postoa in privata Congregatione apud Illustrissimum *Alciatum* a Doctoribus proponantur, et in communc conferantur, examinatisque ac discussis inter ipsos sententiis, lectiones illae ex auctoritate ejusdem Illustrissimi Cardinalis *Alciati* statuantnr, quao plerisqua Doctoribus magis probentur vcrioresque esse videantnr. Postea vero In generalii Congregationo apud Illustrissimos omnes Cardinales referantur, ut si quae difficiliores visae fuerint, rectius deffiniri possint.



4.

CORRECTIONES

IN DECRETUM DOMINI GRATIANI

Ex congregatione generali

FERIA V.

VI. JUNII. M. D. LXVI

Congregationi generali apud Illustrissimos

	COLUMNAM
	S. SIXTI
CARDD.	SFORTIAM
	SIRLETUM et
	ALCIATUM

Interfuerunt Doctores

R P. Generalis S. Franciscus Montaltus.
R. P. Generalis S. Augustini.
R. P. Magister Sacri Palatii.

Doctor Torres.	*Doct. Marianus.*
Doct. Thomasius.	*Doct. Parisetus.*
F. Mag. Josephus.	*Doct. Cucchus.*
Doct. Marsa Secret.	*Doct. Leo Secret.*

QUAE DESUNT DOMINO GRATIANO QUOMODO EX DOCTORIBUS SACRIS SINT SUPPLENDA.

Visum fuit omnibus Doctoribus corrigendo Decreto a Sanctissimo D. N. deputatis, ut ubi sensus apud D.Gratianum clarus est et apertus, nihil ex fontibus sive auctoribus sacris, a quibus idem Gratianus canones desumsit, contextui addatur. Ubi vero obscurus est sensus, vel Gratianus parum fidelis in referendo, aliqui voluerunt diversitatem lectionis in contextu esse apponendam, alii vero non in contextu, sed in margine, alii rursus mediam viam tenentes, videlicet, ut cum pauca sunt verba, ea contextui inserantur, cum vero plura in margine describantur. Unus autem, id neque in contextu, neque in margine sed seorsim in notationibus faciendum esse censuit. Remiserunt vero dubitationem hanc ad *Congregationem Generalem*, ex voto omnium *Illustrissimorum et Reverendissimorum Cardinalium* definiendam.

DIST. LXXIIII.

DIE XVII. AUGUSTI M. D. LXVIII.

Congregationi apud Illustrissimos et Reverendissimos DD.

CARDD. ALCIATUM et CARAFFAM.

Interfuerunt Doctores superius descripti.

HOC TEMPORE DESCEDENTE
IN MEDIOLANVM PATRIAM
ILLVSTRISSIMO ALCIATO EX DECRETO ET AVCTORITATE
S. D. N. DESIGNATVS FVIT VNA
CVM ALIIS ILLVSTRISS. CARDD. CORRECTIONI
DECRETI ILLVSTRISSIMVS AC REVERENDISSIMVS D.
CARD. CARAFFA EIDEMQVE
CVRA CONGREGATIONIS PRIVATAE ABSENTE COMMISSA

Finis impositus fuit
Correctioni CI. Dist. Decreti D. Gratiani absente adhuc
Illustriss. Card. ALCIATO sub Illustriss. Card. CARAFFA
Pontificatus S. D. N. PII V. Anno III.

θεῷ χάρις.

Censura Congregationis generalis.

Elaborandum esse quam maximo fieri possit, in conficiendis nationibus diligenter et erudite in superiores Cl. Distinctiones at in perquirendis locis apud proprios auctores, et Decretalistas, quae haetenus inveniri non potuerant. Has vero Cl. Distinctiones nequaquam excudendas essa hoc tempore, sed tantum loca haetenus non reperta transmittenda esse ad *Academias*, seu *aliquos excellentis doctrinae viros*, ut si alicubi ab ipsis inventa fuerint, indicentur. Notationibus vero conficiendis praeter *DD. Marianum* et *Parisetum*, qui ab initio huic rei fuerunt destinati, et paullo post additus *D. Latinus*, censuit Illustrissimorum Cardinalium Congregatio, ut Doctor Thomasius socius accedat. Et quae fient notationes per manus omnium etiam Illustrissimorum Cardinalium mittantur, ut postea eae ab omnibus facilius probentur, de quibus a multis fuerunt exquisitae sententiae.

Apud Illustrissimum Columnam M. D. LXXI.

Doct. Jo. Marsa Secret.

INDEX CANONUM

Qui a D. Gratiano in centum et una Decreti deffinitionibus ex sacris conciliis, sanctisque patribus afferuntur; de quibus quoniam hactenus inventi non fuerunt.

ILLUSTRISSIMI CARDINALES

correctionis praefecti, consulendas esse academias, virosque doctos censuerunt.

D. IV. c. 5. 6. D. VIII. c. 3. et 5. D. X. c. 1. 3. 9. 10. 13. D. XI. c. 8. D. XII. c. 2. 5. D. XVI. c. 1. 13. D. XVII. c. 4. D. XVIII. c. 8. Palea. *Episcopus* Palea *Annis singulis* c. 17. D. XIX. c. 1. 2. 5. D. XX. c. 1. 3. D. XXV. c. 1. D. XXVII. c. 3. 4. 6. 9. D. XXVIII. c. 2. 13. 18. D. XXIX. c. 2. D. XXXII. c. 3. 5. 10. 11. 12. D. XXXIII. c. 3. 4. D. XXXIV. c. 1. 3. 4. D. XXXVII. Palea. *Omnem*. c. 6. 7. 10. 11. D. XXXVIII. c. 5. 10. D. XL. c. 3. 6. 8. D. XLI. c. 2. 3. D. XLII. Palea *Oratorium*. D. XLIV. Palea *Nullus*. Palea *Quando autem*. Palea *Quando presbyteri*. D. XLV. c. 12. D. L. c. 4. 5. 6. Palea *Ioannes Chrysostomus*. c. 19. Palea *Bene valet*. Palea *Sacerdos*. c. 25. 26. 27. 34. 35. 36. Palea *Qui vero*. c. 42. 43. 52. 58. D. LIV. Palea *De servorum*. c. 4. 7. 8. 16. D. LV. c. 10. 11. 12. 13. D. LVI. c. 1. 7. 9. 12. 13. D. LX. c. 1. 2. 3. 4. D. LXI. c. 11. D. LXII. c. 3. D. LXIII. c. 4. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 23. 28. 29. 30. Palea *Inter vos*. Palea *constitutio*. c. 31. 32. D. LXIV. c. 5. D. LXVIII. c. 3. 6. D. LXX. c. 2. D. LXXI. c. 8. D. LXXII. c. 1. D. LXXIV. c. 9. D. LXXV. Palea *Quando*. D. LXXVI. c. 12. D. LXXVIII. c. 1. D. LXXIX. c. 3. 4. 5. 6. 7. D. LXXX. c. 1. D. LXXXI. c. 7. 8. 11. 16. 17. 18. Palea. *Si quispiam*. c. 21. 24. D. LXXXIII. c. 3. 6. D. LXXXVI. c. 3. 21. 25. D. LXXXVII. c. 1 2. 3. 4. 5. D. LXXXX. c. 4. 5. 10. 11. D. XCI. c. 1. 2. D. XCIII. c. 4. 8. D. XCIV. c. 8. 11. D. XCVII. c. 3. D. C. c. 1. 3.

ADMONITIO

Appositae sunt superiori indici convenientiae decretistarum, ut intelligant *Academiae Virique docti*, rem gratam praestituros, si in illa loca quae apud sacra concilia sanctosque patres inveniri non poterant (in quorum locis propriis perquirendis illorum studium et diligantia praecipua expostulatur) ipsi hujusmodi convenientias ampliores, quam quae superiori Indici, descriptae sunt, indicaverint.

Die XIX. mensis Februarii Ego Michael Thomasius interogavi Sanctissimum D. N. *Gregorium XIII.* quid esset faciendum de aliquibus locis, quae nobis singula examinantibus, videbantur nullo modo amendanda esse juxta deffinitiones in congregationibus generalibus constitutas; qui mihi respondit, si re diligenter considerata nobis videbatur mutanda sententia, ut illud faceremus; quia nihil erat hic aliud quaerendum nisi ut hic liber quam emendatissimus ederetur.

Ita est et ita fidem facio

Michael Thomasius manu propria.

5.

Clarissimis Amplissimisque VII VIRIS

S. R. E. CARDINALIBUS

Correctioni Decreti D. Gratiani Praefectis.

Jo Marsa I. V. D.

Absolutis Centum et una Decreti D. Gratiani distinctionibus , illisque tam in privatis , quam publicis congregationibus doctissimorum hominum opera ; judicio vero , atque auctoritate vestra emendatis , et comprobatis , a mequa pro injuncto munere diligenter , et accurate conlectis , offero nunc Vobis totam conlectionem VII VIRI AMPLISSIMI , ut ejus quaa a me in hisca emendationibus adnotandis , describendisque praestita est diligentia , sitis et cognitores , ac censores. Quam si vobis gratam , acceptamque esse intellexero , maxime me hinc fructum non solum consequutum putabo , sed ad eam quae superest hujus Decreti correctionis partem , quaa ad exitum fere deducitur , diligentiori cura absolvendam , vehementius excitabor. Valete.



LITTERAE DIVERSORUM.

I.

Illustrissime Reverendissime in Christo Pater.

Litteras Illustrissimae Dominationis Vestrae nuper accepi, moxque ad lovaniensem Academiam missis ejusdem D. Vestrae litteris diligenter scripsi, rogavique (quod et alias feceram) ut operam ac studium diligenter impendant, quo de Gratiano restaurando Sanctitatis suae desiderio, ac expectationi satisfieri possit; qui mihi responderunt prope diem se Romam missuros quaecunque ex bibliothecis colligere licuit ubi commode ea et emendate rursus exscripserint. Horum autem diligentiae cum nihil me addere multis de causis posse videam, cum hic nec libros veteres habeamus, non liceat per aetatem ac ecclesiae nostrae negotia, in hanc rem incumbere: putavi me functum esse officio, si eos literis urgerem, et communefacerem, quorum industria aliquam Gratiano lucem praestare possent, quod feci sane diligenter. Sed in caeteris et Lovanienses, et Jacobus Pamelius rem serio sunt aggressi. Hic vero quia valetudine prohibitus non potuit huic negotio tanta celeritate vacare, quanta cupivisset, confirmatus tamen se nihil neglecturum promisit, et ad me confestim missurum, ubi primum quae in promptu habet, exscripserit. Ego vero nihil potius habebo, quam ut ad Illustrissimam D. V. mittam quaecumque ab eo posthac accepero. Tametsi mihi nonnihil suspecta est cursorum vel fides vel diligentia, nam aestate proxima misi ad eandem Illustrissimam D. V. multa, quae ad Gratianum restituendum idem Pamelius annotaverat, non potui tamen intelligere an ea cum litteris meis acceperit. Ceterum doctor Andoenus cui has litteras reddendas commisi, homo pius ac doctus Romam proficiscitur, qui ex Anglia ob catholicae religionis incolumitatem conservandam, ad nos profectus Doaci annis prope modum X. jus canonicum summa cum laude professus est, nec minus se commendabilem virtute et vitae integritate, quam doctrina et eruditione praebuit, cujus animi dotibus Reverendissimus Camerac. Archiepiscopus adductus, eum curiae suae ecclesiasticae praefecit, et archidiaconum ecclesiae constituit, misitque ad urbem ut quaedam ejus nomine apud Sanctam Sedem Apostolicam procuret. Hunc itaque Andoenum, virum praestantem, si eadem D. V. Illustrissima lobenter excipere et salutanteio compleeti dignabitur; profecto facilè cognoscet et omni commendatione dignum et imprimis idoneum qui ecclesiae utilem operam et studium praestare possit. Nec puto e minime gratum me facturum esse eidem Illustrissimae D. V. si hominem, religionis causa a suis extorrem, et honestissimo exilio nobilem humillime commendavero. Valeat

Illustrissima D. V. per Dei gratiam et beneficium semper felicissime. Atrebato XVIII. Martii 1573.

Illustriss. et Reverendiss. D. V.
Humillimus servus et ad omne obsequium prompt. famulus
Fr. Richardotius Episcopus Atrebatens.

2

2.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater.

Non destiti quin acceptis Illustrissimae ac Reverendissimae D. Vestrae cum brevi Apostolico litteris e vestigio scriberam episcopis Belgiae, abbatibus et reliquis, rogaremque ut diligenter quaererent, quidquid in bibliothecis veteribus lateret, quod ad Gratiani decretum restituendum usui esse posset, misso etiam indice, qui ex urbe ad me missus est; qui propediem omnes et diligenter curaturos responderunt: ac aliquanto post significarunt, si quid in iisdem bibliothecis suis invenissent: propter nonnullos, qui nondum quicquam certi renuntiarunt, tametsi non dubitem, quin agatur ubique diligenter, quo Sanctitatis suae voluntas expleri possit. Multa quae desiderari videntur a Sanctitate sua extant in tomis conciliorum Coloniae impressorum. Multa quoque in bibliothecis, horum autem quicquid in hunc diem mihi innotuit, illud indice quodam brevi, ad compendium eidem Ill. D. V. mitto. Praeterea Augustini aliquot opera, quae in Parisiensi editione non habentur. Vilimerus quidam homo diligens, aliqua in lucem emisit Lovanii quae prius impressa non fuerant, in quibus Sermones Augustini leguntur ad neophytos, sed non is quem citat Gratianus. Isidori decretum est in Bibliotheca S. Amandi, quod monasterium Illustrissimus Cardinalis Granvellanus obtinet. Rabanum autem Jacobus Pamelius magna diligentia conquisivit, et ut in lucem emittatur cogitat. Est autem antiquitatis ecclesiasticae peritissimus, et apprime diligens, qui litteris et suam operam ad hanc rem pollicetur et spem facit inveniendi plurima, quae desiderat Sanctitas Sua. Superest autem, ut quae inventa fuerint, cum impressis conferantur, et ubi collata fuerint, quaecumque non erunt edita vel excribantur, vel edantur. Transcribi autem omnia minime posse Pamelius indicat, nisi maximis sumtibus, et longissimo tempore. Quare quaecumque justi voluminis mensuram habebunt, imprimi commodius, et brevius multo poterunt, quam transcribi. Quae autem erunt exigua, ut fere sunt decretales epistolae pontificum, illa facile poterunt excribi ac demum mitti. Sed ut haec omnia rite diligenterque fiant, meo judicio rectissime Sua Sanctitas fecerit, si mandet et praecipiat id curari ab iis, apud quos sunt bibliothecae. Scilicet ut conferantur, et excribantur, quae excribi poterunt. Quod si sumptus major sit, quam ut singuli ferre possint, hunc ecclesiae nostrates in commune subrogare poterunt. Quae antem majora fuerint, quam ut transcribi queant, ea commode Plantinus typographus regius antwerpiensis excudet, si et requisitus fuerit, et censerit eam editionem sibi fore lucro ut certe erit. Ego expromptam meam semper operam lubens offero, nec eam supervacaneam ut spero, si Sanctitas Sua mandatum commune, quod ad singulos pertineat, interposuerit. Reverendissimus cameracensis episcopus, Dominus quoque vicarius archiepiscopatus mechlinensis, episcopi et abbates utriusque provinciae, in eam rem, pro sua quisque facultate diligenter incumbent. Nam ad reverendissimum episcopum trajectensem, et ad episcopos ejus provinciae, scribere supervacaneum videtur hoc tempore, quo Hollandia, Zelandia, Gueldria funestissimo bello misere laceratur, maximo ecclesiarum ac religionis detrimento, quod bellum nisi aut parta victoria, aut perduellium seditione tandem acquieverit, versatur Belgica in gravissimo discrimine, quae tamen pluribus locis fidem catholicam et apostolicam cum professione, tum vero vita, et moribus per Dei gratiam constantissime profitetur. Obsecro autem humilitate quanta maxima possum, ut tarditatem meam apud Sanctissimum Dominum nostrum excuset. Non enim potui prius quicquam rescribere,

quam mihi responderent, ad quos litteras ea de re dederam. Vale feliciter Illustrissima ac Reverendissima D. V. quam Deus Opt. M. augeat et conservet.

Atrebati 20. Mart. 1573.

Illustriss. ac Reverendiss. D. V.
Humillimus et ad omnia paratus famulus
Joannes Richardotus Episcopus Atrebat.

3.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater.

Jacobus Pamelius Can. Brugensis, de quo proximis litteris meis Dominationi Vestrae Illustrissimae nihil significavi, quasdam observationum suarum misit ennotationes, quas ex libris, quos habet varios et magna diligentia collectos in quaternionem redegit, ex quo facile conjicio ejus opera ac diligentia posse Gratianum restitui, ut est vir apprime doctus ac diligens: hujus autem quaternionis exemplar ad eandem Illustrissimam D. Vestram mittendam judicavi, ut eo lecto Sanctitati suae referat; ac ita pro singulari sapientia ac eruditione judicet quid ex bibliothecis Belgiae, at ex opera et industria Pamelii, de repurgando Gratiano, sperari possit. Miseram ego prius ad eamdem Illustrissimam D. Vestram indicem eorum, quae ex ejusdem bibliotheeis colligi at transcribi ad hanc rem possunt: nec dubito, quin eum indicem cum litteris acceperit; nam magistro cursorum negotium Bruxellae commendari diligenter jusseram, qui curaturum promisit, ut tuto litterarum nostrarum fasciculus mitteretur, ac amico meo Joanni Richebe in Urbe scriptori apostolico redderetur. Doleret vero plurimum, si idem fasciculus periisset, quia nollem Sanetitatem suam putare ullam in me negligentiae culpam haerere. Idem Pamelius, at nonnulli alii, in quibus Carionem Duaci agentem repono, poterunt hanc operam Sanctissimo atque Summo, ae optimo Pontifici praestare, praestabuntque perlubenter, ac multo melius, et alacrius si Sanetitatis suae mandato, potius quam rogatu nostro, eam provinciam suscipiant, quae cum sit et laboris et temporis prope modum maximi non audeo sperare me sic apud illos valere gratia (quamquam certe nonnihil valere puto), ut rem tanti momenti, hortatu meo, in se suscipiant. Quare si dignabitur Sanctitas sua omnino mandare, ut id ecclesiarum sumptu iidem viri docti perficiant, magna spes est, plurimum ex eorum industria accessurum esse ad voluntatem suae Sanctitatis implendam, nec ero negligens hortando. Ceterum mittitur hinc ad Sanctam Sedem Apostolicam testimonium multorum proborum virorum de Venerabilis Patris Thomae a Parentii moribus et vita, quem Majestas regia catholica monasterio S. Vedasti Atrebatensis praeficiendum auctoritate apostolica declaravit. Hoc autem prudens regiae Majestatis judicium si sua Sanetitas dignabitur (ut speramus) confirmare, erit ea res nostris civibus Atrebatensibus, atque optimo cuique jucundissima. Obtestor itaque Illustrissimam Dominationem Vestram ut eidem Sanctitati suae negotium (si opportunum videbitur) commendet Valeat feliciter Illustrissima et Reverendissima D. V. quam Deus conservet, et augeat

Atrebati X. Junii 1573.

Illustriss. et Reverendiss. D. V.
Humill. et ad omne obseq. paratissimus famulus
Fr. Richardotus Episcopus Atrebatensis

4.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater.

Litteras Illustrissimae Domin. Vestrae pridie nonas Maii Romae datas, calendis Septembris accepi, quibus respondissem jam pridem, si prius mihi fuissent redditae. Sed cum binis ego literis, et Sanctissimo Domino Nostro et Illustrissimae Domin. Vestrae significaverim, primum quid ex bibliothecis nostratribus excerpi posset ad instaurandum Gratiani decretum, et declaraverim interponi debere auctoritatem Sanctitatis Suae, ut omnia diligenter et castigate transcriberentur, puto nihil fuisse necesse, ut citius has acciperet, tametsi si quid hac parte neglectum est, id minime mihi tribui debeat. Putabam vero Sanctitatem Suam ejus negotii curam iis commissurum esse, quorum nomina et facultatem indicaveram, quoniam eam ego provinciam solus, multis de causis sustinere non poteram. Sperabam quoque mandaturam ea transcribi, quaecunque ad rem facerent. Et dum expecto quid Sanctitas eadem decrevisset, audio Lovaniensis Academiae doctoribus commissum esse negotium: et eos magna diligentia in id incumbere, ad quos ego quoque initio scripseram. Sed necessaria erat summae potestatis auctoritas, ut eo tam celebre collegium adduci posset, quod quidem plurimos habet viros apprime doctos, qui abundant otio, plura uno die praestare possunt quam ego toto mense, qui et procul absum, et curis episcopatus gerendi senex occupor. Mihi sane nec voluntas, nec diligentia, nec studium obsequendi, sed potestas ut auctoritas defuit. Quod et Illustrissima Domin. Vestra Sanctitati suae dignetur exponere, omnibus votis obsecro, ne putet in me diligentiam, et humilem ad ejus mandata propensionem desiderari. Commendavi etiam proximis meis litteris Illustrissimae Domin. Vestrae negotium Monasterii S. Vedasti, ut cum regia catholica Majestas virum pium et prudentem nominaverit, eumque conventus uno consensu elegerit, eum ipsum optimi cujusque comprobatione delectum ac nominatum Sanctitas Sua dignetur confirmare. Erit hoc Illustrissimae Domin. Vestrae officium et Sanctitatis Suae beneficium rectissime collocatum. Valeat in multos annos felicissime Illustrissima Domin. Vestra.

Atrebati XI. Septembris 1573.

Illustrissimae et Reverendissimae Dom. Vestrae
Humill. et ad omnia paratissimus servus
Fr. Richardotus Episcopus Atrebatensis.

5.

Illustrissime ac Reverendissime Pater in Christo.

Cum diu frustra expectassemus, ut ab iis, ad quos indicem eorum, quae ad emendationem Gratiani e vobis desiderantur, dedissemus aliquid ad nos mitteretur, nihilque quod ad rem certa faceret, a quoquam responderetur, aut praestaretur, tandem pertaesi longam adeo moram, hominumque ignaviam, Bellovecum ipsi profecti sumus, ibique ad ecclesiam majorem in magno acervo veterum librorum temere congestorum, situque et pulvere oppletorum, volumen capitularium (ut vocant) Caroli M. ab Ansegiso Abbate, et aliis nonnullis collectorum, cum aliis quibusdam opusculis invenimus, ejusque describendum nobis a canonicis copia liberaliter

facta esset, sex primos libros, qui formis impressi reperiebantur transcribere nobis supervacaneum visum est. Caeteros autem quales erant exscribendos curavimus, quos nunc una cum sex primis impressis si forte ad id, quod agitis, usui esse possint, mittimus. Libellum etiam Paschasii Abbatis Corbejensis de veritate Corporis Dominici, et alia quaedam aliorum, et ipsius opuscula pluribus jam locis excusa, si forte istic non reperiantur, adjungenda duximus, quoniam in posterioribus vestris litteris discrete de eo libro scriptum erat. Decreta vero Eugenii III, quae una mittimus, ex vetere libro descripta, Contius Ictus ipse nobis in manum dedit, asseverans nihil aliud Eugenii penes se habere, nec unquam habuisse, neque existimare illud esse, quod Eugenii Synodus vocatur, Can. II. ext. de Judiciis. Domi quidem se Biturigibus habere alia quidem, quae huic instituto non inutilia fore judicaret, eaque se lubenter essa nobis communicaturum, quae si ad nos mittentur, curabo sedulò, ut cito ad vos perferantur. Piget pudetque profecto nos Reverendissime Domine quod meliorem plenioremque operam navare Sanctissimo D. N. et vobis in honestissimo et utilissimo proposito non possumus, sed ejus magna ex parte causa est temporum nostrorum calamitas, et barbarus haereticorum furor in multis adhuc hodieque regni hujus provinciis perseverans, qui bibliothecas omnes praesertim ecclesiasticas subvertit, diripuit, incendit, et perdidit, nobisque facultatem praeripuit majora sicut valde optabamus praestandi. Si quid tamen in diem ejus argumenti posthac in manus nostras inciderit, nobis non deerimus, interimque Illustrissimam atque Reverendissimam D. Vestram etiam atque etiam rogamus, ut quod possumus boni aequique consulatis, nosque de eo S. S. aut excusetis, aut etiam commendetis. Bene vale. Lutetiae pridie Id. Septembris 1573.

Vestrae Illustriss. ac Reveredn. Domin.
Devotiss. atque addictiss.
I. Amyothus Antisiod. Episcopus.

6.

Illustrissimo et Reverendissimo Sig. Patron mio Colendissimo.

Ho usato qualche buona diligenza per trovare fra i libri scritti di Mousig. Illustrissimo Borromeo l'Epistole di Leone IV. ma sino hora non l'ho trovate, ne penso, che vi siano, pure non mancarò tuttavia cercarle, per assicurarmene a fatto, se vi sono, e per haverne qualche lume. Ne hò scritto per questa posta al Signor Silvio Antoniani, che hebbe doppo il Faerno la cura di questa libreria.

Quanto poi all'indice quale V. S. Illustrissima ha creduto mandarmi dei Concilj et epistole decretali e altri libri che si desiderano per intiera correzione del Graziano. La ringrazio perche mi è favore, che mi si dia occasione di ponere qualche poca d'opera in cose nelle quali si vede l'utile publico. Spero alla giornata potere in ciò sodisfare di qualche parte a V. S. Illustrissima; ma è bisogno di un poco di tempo che io non mancarò usare la debita diligenza.

Qualche ora mi s'occorre dei libri che sono in quell'indice s'havranno presto di Fiandra tutte l'opere di Rabano, quali verranno in luce per opera di Iacomo Pamelio huomo che vale assai nelle correzzioni, a peritissimo dell'antichità di tutta la Chiesa, come si vede dalle correzzioni che dottamente hà fatto sopra il Cipriano; subito che queste opere comparriranno qui, farò che V. S. Illustrissima ne habbi un corpo, atteso che i libri di Fiandra venghino prima a Milano, che a Roma.

Ho poi qui in libreria di Monsig. Illustrissimo Borromeo molte epistole a mano d'Hormisda Papa, vederò se vene sono alcune che faccieno per il Graziano.

Penso havere qualche cose dell'Isidoro, che havendola ne scriverò diligentemente.

Di Peschale II. hò il concilio che egli fece in Guastalla, et se bene non vi è cosa che faccia per la correzzione, ne farò pur copie, e la mandarò.

De concilio Wormatiensi penso haver qualche cosa, benche vedo che il Surio ha usato buone diligenze non solo nel trovare i Concilij intieri di Francia, et Germania, ma anche molti loro Canoni.

De Hipponensi et Illerdensi, ceterisque synodis, indice notatis, aliquid indagabimus vel diligentissime.

Dell' epistole et Homilie di S. Agostino che oltre i ducento e trenta due libri, overo opere, quali compose, scrisse un numero infinito d'Homilie et Epistole, non so che dire altro per hora à V. S. Illustrissima se non che ultimamente è venuto fuore in 4. un volume de Sermoni et homilie che si desideraveno di esso S. Agostino, nei quali sermoni vi sono da tre ò quattro homilie ad Neophitos non però vi sono le parole citate da Graziano nel cap. 1. de cons. Dist. 4. le quali parole sebbene anco sono appresso Ivone nel tit. de Baptismo c. 194. p. 1. Nè però l'Ivone antico, e scritto a mano, dove non sono tali parole, o tal capitulo. Di poi dove Graziano nel medesimo capitulo ha; Quod autem interrogavimus: Credis in sanctam Ecclesiam sebbene S. Girolamo ed Epifanio sono d'opinione, che medesimo sia a dire: credo in Ecclesiam, e dire Credo Ecclesiam; nondimeno S. Augustino dice sempre Credo Ecclesiam, e fa gran differenza a dire *credo* con *in* e senza come anche in molti luoghi dichiarati da S. Tommasso e dai Padri nel catechismo Romano. Non so dunque come in un capitolo preso da S. Augustino, si dica credis in Ecclesiam, userò dunque come ho detto, qualche diligenza, e vedrò di trovare qualche cosa con mandargli il resto delle correzioni, ed a suo tempo soddisfarò dell'opere promesse. E con questo con ogni umiltà baccio le mani a V. S. Illustrissima e Reverendissima pregandola che mi conservi nelle sue buona grazia. Quanto a me procurerò sempre che mi conosca se non utile, almen grato servitore. Debeo quidem Borrhomeo Cardinali multum, sed pro Amplitudine Tue emeri possum. Di Milano il 14. di Gennaro 1574.

Di V. S. Illustrissima e Reverendissima.
Devotissimo et perpetuo servitore
P. Palesini.

7.

Illustrissimo et Reverendissimo Sig. mio Colendissimo.

Ho fatto ricercare nell'Archivio per li Concilj de' quali V. S. Illustrissima a giorni passati mi scrisse ne si sono per diligenza usata potuti ritrovare eccetto che in uno libretto grande scritto a mano in carta pecora, et diviso in XII. parti, senza nome dell' authore, ma nella prefazione dedicata ad Anselmo, con questo principio: Domino magnifico, vigilantissimo pastori, et praecellentissimo archipraesuli Anselmo nos minimae gregis ipsius oviculae et peculiare quodammodo verrulae pontificalis decus inenarrabile meritum votis sedulis imprecamur, et c. ne quali fa una racolta de' canoni sidetti sotto quelli dodeci parti; nella terza dopo CLXXXVI. capi, vi aggiugn' uno de' detti sinodi dicendo: sinodum actum Ravennae tempore Domini Johannis XII. Papae, et Lamberti Imperatoris. Questo si farà trascrivere piacendo a V. S. Illu-

strissima et quando si trovano gli altri, si essequirà l'ordine, che Ella si degnerà darci, basciandole ora tante humilissimamente le mani, et pregando Dio per la sua prosperità et felice conservatione.

Di Modena li 26. di Novemb. dell' 1577.

Di V. S. Illustrissima et Reverendissima
Humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

8.

Illustrissimo et Reverendissimo Sig. Pad. Colendissimo.

Si manda per hora la prefazione del libro antico at il continutto nelle dodeci perti di esso at insieme gli argumenti di tutti li capitoli, che nella prima parte si contengono, li quali sono nell'opera anchora a ciascuno capitulo soprascritti. Et per esservi qualche diversità nel numero notato nell'indice, si propone a qualsivoglia delle dodeci parti, et quello che dentro si vede soprascritto ad ogni capitulo, per l'avenire quando piacerà a V. S. Illustrissima oltre li due o tre capitoli distesi per ciaduna delle parti havere anchora questi indici che dichiarono la contenza di tutti li capituli, sarà meglio farlo dagl' argumenti sopro scritto ad ogni capitulo. Si attenderà a copiare il concilio come V. S. Illustrissima commanda, con cercare, si ve ne sono altri, et s'invierano di mano in mano li principii delle altri parti. Con che la baccio humilissimamente le mani, pregandoli da Dio ogni contento.

Di Modena, il di 18. Decembre. 1577.

Di V. S. Illustrissima et Reverendissima
Humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

9.

Illustrissimo et Reverendissimo Sig. Pad. Colendissimo.

Si manda quì colligato il concilio di Giovanne XII. il quale ho curato si transcrive nel modo cha si contiene nel libro stesso, et havendo scorsi gl'indici dell'altri parti, non ho trovato esservi aleuno delli due altri concilii desiderati da V. S. Illustrissima annessi; dopo gli humilissimi bacciamenti fatti con l'intimo del cuore et devuta riverenza la prego da Dio lieti feste et continua felicità.

Di Modene il di 21. Decembre 1577.

Di V. S. Illustrissime et Reverendissima
Humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

10.

Illustrissimo et Reverendissimo Padrone Colendissimo.

Il libro che V. S. Illustrissima ordina sia copiato, et mandato costì, non si puo per quanto dice lo scrittore o copiatore di esso, finir prima che a pascha di Resurrettione, per essere nolume molto grande, et scritto in maniera che in alcuni lochi converrà procedera lentamente essendo corrosa per l'antichità la lettera, et poco meno et scanzellata. In questo mentre mi sarà hen caro sapere si V. S. Illustrissima desidera si mandi di parte in parte, secondo sarà copiato, overo s'aspetti a mandarlo tutto insieme, che tanto s'essequirà come sarà da lei imposto. In esso è citata una gran parte et scritta distesamenta del Registro di S. Gregorio et a capo per capo vi sono citati gli authori con li firmati parole di quali sono firmati detti capitoli, et per lo più sono lettere et decreti di sommi pontefici, et concilii: ma antichi tutti. Gli altri due concilij non sono in alcun libro dell'archivio, l'indice de quali mando a V. S. Illustrissima et il Signor *Sigonio* mi dice haverli veduti in alcuni rotoli di carta pecora, di quali vi ne sono sino a 30. sacchi, che senza tempo non è possibile trovarli, ma il seranissimo Duca nostro ne faece fare un'indice da questa communità, tentarà appresso sua Altezza se posso haverne copia che in un subito si sapra cui fosson havendoci consumato più di tre mesi, huoni in far tale indice. Con che li baccio humilissimamente le mani pregandoli da Dio continua felicità.

Di Modena alli 19. del Gennajo 1578.

Di V. S. Illustrissima et Reverendissima
Humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

11.

Illustrissimo et Reverendissimo Sig. Padrone Colendissimo.

Mando a V. S. Illustrissima la prima parte del libro, come si farà successivamente del restante delle altri parti et non si manca di diligensa in sollicitare lo scrittore al quale si e dato à copiare, et continnemente vi e à torno. Non occorrerà ch'ella mandi denari alcuni per il soprascritto copista essenda cosa di si poco momento, ch' io senza incommodo farò satisfare essendo obligato a servir V. S. Illustrissima tanto mio singolar Signore in molto maggior cosa di gratia. Il libro legis salicae si farà copiar et il Serenissimo Signor Duca nostro mi ha fatto scrivere che d'ordine di S. Attezza fece gratia Communità delle scrittura di gran Archivio, et si attende a farlo copiare, dove che con minor fatica si potra vedere si vi sono altri cose pertinenti a Canoni. Et con baciarli humilissimamenta le mani la prego da Dio ogni desiderato contento.

Di Modena il di 8. Febraro 1578.

Di V. S. Illustrissima et Reverendissima
Humillssimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

12.

Illustrissimo et Reverendissimo Padrone Colendissimo.

Si manda la 2. parte del libro et iosieme il libro legis salicae, il quale è si corroso e mal scritto che noo senza molta difficolta si è potnto legere. Nell' istesso libro vi è lex Ribuaria Longobardorum, Alemannorum, Bojoaria, li quali si farano trascrivere o copiare quando V. S. Illustrissima le voglia. L' indice delle scritture del' Archivo fatto da questa Communità, di cui si consenti il Serenissimo signor Duca nostro farmine copia, fu ripigliato per alcune occasione dal Signor Governatore et quando sarà restituito i s'attende a copiarlo gagliardamente, et mi è piaciuto che sopra detto indice, at ancora nel libro grande che si copia a V. S. Illustrissima si è trovato il concilio di Nicolao II. contro Giovanni Arcivescovo di Ravenna et sperarò s' habbi facilmente a trovare similmente l' altro di Honesto. Come prima sara copiato l' indice ne daro aviso a Sua Altezza da cui l' ho havuto, et obedirò al desiderio di V. S. Illustrissima a cui humilissimamente bascio le mani pregandoli da Dio continua felicità.

Di Modena il primo di Marzo del 1578.

Di V. S. Illustrissima et Reverend.
Humilissimo et obligatissimo servitore
Il Vescovo di Modena.

13.

Illustriss. et Reverend. Monsig. mio Colendissimo.

Quello che mi pare di potersi scriver a Monsgr. di Modena e questo che di quello libro antico ch' ha trovato faccia copiar il concilio di Giovanni XII. et di piu la prefazione tutta, et mand' ogni cosa copiata et collata con diligenza quanto prima. Et nell'altre parti faccia veder il medesimo si trovar alcun' altro concilio intiero et lo faccia similmente copiare. Et per fare l'opera perfatta procuri di mandare gli principii d'ogni di quelle dodeci parti con un capitolo o dui per ogni principio perche si possa veder che cosa sia quello libro si e stampato o no. Et a V. S. Illustrissima bascio le mani.

Di V. S. Illustriss. et Reverendiss.
Humilissimo servitore
M. Episcopus Ilerdensis.

14.

Illustriss. et Reverend. Monsig. mio Colendissimo.

V. S. Illustrissima puotra far risponder al Vescovo di Modena ch' il concilio ch' l me mandato ha molto piacuto et che noo trovandosi gl' altri doi in quello libro serano senza dubi' io alcuo altro di detta libreria poiche *Carlo Sigonio* testifica haverli veduti in detta libreria et la preghi di far usar diligenza io cercare si vi seran altri libri vecchi done vi siano qualli doi concilij o altre cosa di canoni et che ne dia aviso.

Et circa il libro divis' in dodeci parti dil' qual' ha mandato l'indice della prima parte, che veddi trovar alcun bon scriptor intelligente per far una copia, et veda per che prezzo la vorra fare che segli provedere di denari. Et e V. S. Illustrissima bascio humilmente le mani di casa.

Di V. S. Illustriss. et Reverendiis
Umilissimo servitore
M. Episcopus Ilerdensis.

15.

Illustriss. et Reverendiss. Monsig. mio Colendissimo.

A Monsigr. di Modene si puo far risposta che cominci a far copiare detto libro et procuri che si copi in carta mezzana et con buon inchiostro, et si lo copie colui di cui man ha mandato gli principii fin qui, é bona mano solo che le lettera sia un poco piu formata, et dia eviso del prezzo che se gli mandarà una parte, et fra diezi giorni puotra mandare quello che hevera copiato che procur in ogni mod' haver copia del indice percho si possa intendere quello che ne in quelli xacchi.

Liber legis selicae che si faccia copiare et lo mandi quanto prima evisando della spese, che si pagara subito; me che vengbi copiato di buona mano, con buon inchiostro et in buone charta

. . . .
. . . .
. . . .

M. Episcopus Ilerdensis.

16.

Illustrissimo Reverendissimo Domino Card. S. Sisti

Scrutatus sum diligenter quoad ejus fieri potuit omnes bibliothecas publicas et privatas, quee in hac civitete sunt. Si forte aliquid eorum librorum, de quibus ad me Sanctissimus D. N. scripsit invenire possem, sed cum ejus ergumenti codices Mss., in quibus antiqua concilia, et decretales summorum pontificum epistolae continentur, aut collectanea atque excerpta conciliorum compararem cum impressis libris praesertim cum operosis tomis conciliorum, qui Coloniae editi sunt. a. D. MDLXVII. Comperiebam omnia, in illis, et pleniora esse et emendatiora, quam in ipsis, et certe Joverius theologus, qui opus suum de sanctionibus ecclesiasticis in hec urbe ente ennos XV. consarcinavit, et foras dedit, si quid tale in bibliothecis, quae patent, omnibus reperire potuisset nunquam praetermisisset. In bibliothece eutem regis et reginae inveniuntur ecta primee nicaenae synodi et ephesinae graeco sermone conscripta, sed pauciora et minus correcta, quam quee typis excusa in manibus hominum versautur, quod sana sicut nobis praeter expectationem accidit, ite non mediocriter displicuit, molestumque extitit. Sperabem enim concilia illa vetera preesertim quae in Gallia celebreta essent facile apud nos posse invenire ac Santissimo Domiuo Nostro in ro edeo utili et honesta parere etque obsequi valde cupiebem. Verum prima illa spe destitutus ed secundem quasi navigationem me converti, catalogum enim illum qui Roma mibi missus fuerat typis excudendum curavi, ejusque exemple ad complures ea-

rum urbium quae in potestate haereticorum non fuerant, misi idoneisque hominibus scripsi, ut si quid ejus generis scriptorum apud se haberent, quam primum ad nos mitterent. Nam reliquis in civitatibus et passim per agros ecclesiastica omnia aedificia, scripta, et instrumenta ab eluvione immanium istorum barbarorum his annis XII. pari crudelitate atque ignorantia vastata deleta et perdita fuisse apud nos non ignoratis, sed ad ea investiganda et cum invenerim conferenda cum impressis codicibus, et postea describenda non modico temporis spatio opus ést; verum cum nulla ex parte responsi quicquam adhuc acciperem, mihique vehementer displiceret et turpe videretur, multum in quaerendo temporis operaeque trivisse, et ad ultimum etiam rarum abire pauca quaedam non absimilis argumenti, quae mihi illa quaerenti, quae vos desideratis, in manus venerunt, describenda putavi, ut si id quod a me peteretur, non possem, certe aliquid praestarem ac mitterem. Mitto ergo ad vos duas epistolas Innocentii II. et canones XXX. concilii ab eo in Gallia celebrati, quo loco incertum mihi est, sed Remis et Claromonte duas synodos habuisse legitur. Item concilium provinciale ab Herveo Remensi. Archip. et comprovincialibus ejus episcopis circa annum nongentesimum nonum canones concilii cujusdam Andegavensis pervetusti item sessiones duas Lemovicensis concilii imperfectas sub Henrico I. Rege Francorum coacti. Praeterea tractatum quendam de praedestinatione et praescientia Dei, quem reperimus adjunctum Concilio Valentino Galliae, quod sub rege Lothario celebratum est, nomine Lugd. ecclesiae scriptum, qui quia mihi pius et doctus visus est eodem tempore et eadem de re scriptus, et contra eundem haereticum Joannem Monachum, qui in eo concilio damnatus est, visus mihi est non indignus, qui velut appendix illius concilii mitteretur. Sunt et alii duo minores tractatus de libertate humani arbitrii qui si iste placuerit, mitti etiam posthac potuerunt. Quod ad Isidori opera attinet, decretum ejus habemus, sed ad verbum plane descriptum est in primo tomo Conciliorum coloniensium. Praeterea opusculum, cujus haec sunt capita, de contemptoribus mundi, de sanctis qui a consortio mundi se separaverunt, de praeceptis altioribus monachorum, de professione monachi, de monachis, qui curis seculi occupantur, de his quae amore mundi praepediuntur, laus psalmorum, ego eum librum impressum esse non puto. De natura rerum, de norma vivendi. Item tractatum, qui incipit, duobus modis peccatum committitur, si quid ex his in nobilissima atque instructissima illa vaticana bibliotheca non habetur ego vobis describendum, cum his quae in diem ad**ie adferentur mittendumque quam celerrime potero curabo, neque quidquam praetermittam quod ad fidem observantiamque Sanctissimo D. N. praestandam pertinere intelligam. Bene Vale. Lutetiae Parisiorum nonis Martii.

Invenimus etiam volumen satis magnum epistolarum Clementis V., si vobis usui esse possit, sed posterior est Gratiano, et omnibus decretorum collectoribus.

Dominationis Vestrae Illustrissimae ac Reverendissimae

Observantissimus.

Ja. Am otus Antisidor. Episcopus.

17

Illustrissime Cardinalis

Pudet me pigetque quod hactenus desiderio tam justo tum Sanctissimi Domini nostri tum V. Cels. obtemperare non potuerim; quo fit, ut tribus quod ajunt verbis me purgare cogar. In primis autem in causa fuit (quemadmodum nuper Alano Copo nostro scripsi) tarditas tanta literarum V. C. ut quae nonis Novembris latae fuerant, nonnisi mense martio ad me pervenerint.

Deinda ab eo tempore, saltem a Paschale ad Pentecosten usque morbus tantum non cnntinuus modo febri, modo cholica, adhuc e priori eegritudine vixdum confirmata valetudine, tenellum divexantibus corpusculum. Quae interim causae, si non omnino satisfaciat; quam optima de solita V. C. humanitate confidens, tuo patrocinio a Sua Sanctitate haud moram nostram in bonam partem interpretatam iri, culpam nihilominus deprecor, Nuuc veluti postliminio collectanea nostra hic adnexa raperiet V. C. quas judicavi aliquid conferra posse ad Gratiani restitutionem juxta indicam e Sua Sanctitate ad Reverendissimum episcopnm atreb. cujus animae propietur deus, quippe qui praecedenti septimana magno cum suorum moerore vita excesserit, et inda ad me missum simul et C. V. literas, quibus paulo explicatius mentem Sanctissimi Domini significat. His etiam addidissem mss. Hrabani Mauri nostri opuscula, quorum titulos adscribi curavi, quae desiderari videntur a Sua Sanctitate, verum quod majora sint, quam ut commode et ulterius isthuc mitti possint ob locorum tantam distantiam, et veredariorum, qui sarcinas ponderis tanti recusant transvehere difficultatem, putavi consultum maiis ea proelo Plantini nostri committere, et ea excusa Suaa Sanctitati dedicara et trausmittere, uti sic una eademque opera ministerium meum ad oscnla pedum Sanctissimo Domino offeram, et orbi quoque christiano innotescat, quam laudatissima Suae Sanctitatis in Gratiano repurgando voluntas. Sin tamen meum hoc institutum C. V. inverecundum videatur, quaeso saltem verbo significet apud Copum nostrum, qui hasce C. V. affert, ubi ego potius ab eo desiftam quam aliquam offensionis vel minimae notam incurrisse videar, me certe vestrum chintulum mandatis vestris per omnia quam obsequentissimum reperiet C. V. cui me perpetuo commendatum cupio. Novit Opt. M., qui Suam Sanctitatem vestramque celsitudinem diu ecclesiae suae fervet incolumes.

Brugis Flandrorum non. Augusti 1752.

Celsitudini Vestrae

Obsequientiss. in Christo fertulus
Jacobus Pamelius.

18

Sanctissimo Domino Nostro Papae Gregorio P. M. Optimo humillima pedum oscula.

Mandatum Sanctitatis Vestrae per breve apostolicum mihi significatum cum omni qua potui raverentia XVII. Calend. Febr. laetus accepi: ac venerabundus osculatus sum, nec, si Deus dabit, comittam, ut ulla in me mora sit, quo minus sancto ejus desiderio, et ecclesiis perutili, fiat satis. Cum enim cupiat Sanctitas Vestra Decretum Gratiani quam emendetissimum prodire, idque ad doctrinam ecclesiae conservandam, et ad disciplinam instaurandam, plurimum lucis adferri queat, debet optimus quisque in eam rem omnibus nervis incumbere: cum ob utilitatem publicam, tum vero propter ejusdam Vestrae Sanctitatis auctoritatem summam. Quare nihil mihi unquam potius erit, quam ut huic rectissimo mandato citissime morem geram. Quod si tamen res ea plus temporis postulet, quam optamus, ut certe fore videtur, obsecro Sanctitatem Vestram pro aequitate et humanitate boni ut consulat. Si quid erit in me industriae, si quid ingenii (quod certe est perexiguum), id quidquid erit impendam; nec cessabo prius, quam ex Belgiaa bibliothecis quaecumque ad hanc rem colligi poterunt, ea transcribantur, ac Sanctitatis Vestrae mittantur. Caeterum Sanctissime Pater audebo haud occasionem nactus, ecclesias hujus provinciae, clerum, episcopos Sanctitatis Vestrae benignitati commendare. Habet enim par Dei gratiam belgica populum multis in locis pium ac religiosum, clerum minime dissolutum, episcopos

ubique bonos: abbates plurimos, qui Sanctimonia praelucent. Quod eo lubentius scribo, quod satis intelligam magnam ex ea re Sanctitatem Vestram voluptatem capturum esse. Deus Opt. M. eam tueatur, foveat et fervet ecclesiae suae.

Atrebati XV. Calend. Febr. 1573.

Ejusdem Sanctitatis Vestrae.

Humill. servus et filius observantiss.
Franc. Richardotus Episcopus Atreb.

19

Sanctissimo Domino nostro Domino Gregorio hujus nominis XIII. P. M. Christique Vicario Antonius Monchiacenus Demochares perpetuam felicitatem summopere exoptat.

Quantum tuae Sanctitati debeam, Summe Pontifex, nequam satis dicere nec excogitare valeo, quae sola sua erga me nullius nominis homuncionem bonitate, me cunctis nostrae academiae parisiensis tam juris canonici, quam theologiae doctoribus protulit: utpote quae me solum, quamvis indignum nominatim summae auctoritatis doctrinaeque et dignitatis viris adjunxit suis ad Dominos meos literis Jacobum Amiotum episcopum antisiod. magnumque regis elemosynarium, nec non Christophorum de Thou, primum supremi Senatus praesidem, et quasi facris diptychis inscripsit, nec citra plusquam mediocrem mei emendationem, a qua certe, ut longe me abesse scio, ita ingenue fatebor, eam juste mihi tribui plurimum desideravi, ut tandem aliquando sanctum desiderium vestrum executioni feliciter demandare valeam. Quid enim excellentius praesertim hoc tempora, quo tot modis omnibus corrupti eduntur libri, quam summi Pontificis auctoritate sanctorum synodorum canones, summorum Pontificum epistolas ac decreta, nec non totum Gratiani decretorum librum ad antiqua manuscripta fideliter et vera exemplaria conferre, collata si opus est repurgare, repurgataque omnibus studiosis communicare. Benedictus sit Deus O. M. qui ecclesiae suae nunc vicarium suum praefecit, cui hanc mentem et gratiam dedit, ut suis virtutibus ac benefieiis eam corroboraret, et illustraret. In ea quidem semper fui sententia, ut pluris facerem, et magis cristianae religioni necessarium ducerem, antiquos sanctosque ecclesiae doctores verae fidei assertores atque defensores proponere legendos, quos antiqua illa patrum ac majorum nostrorum aetas, ob pietatem, doctrinam, et morum integritatem singulari veneratione tulit, et coluit, quam quosvis nostra tempestate compositos, quorum maxima sed non melior pars in fide et doctrina graviter suspecta est. Quid enim huic saeculo in fide, doctrina ac moribus miserrime periclitanti utilius esse potest, quam prophetas optimos adhibere, qui ab omnibus Syrtibus et Carybdibus ipsum liberent, et ad optatum deducant portum? Porro quos magis praesentes ad animarum corporumque nostrorum remedium, quis dicet, quam qui antiquissima christianae pietatis dogmata adferunt, quique sancta majorum ac patrum nostrorum in sacrosanctis synodis decreta producunt, quibus omnium haeresum nebulae dissipantur, et veritatis lumen manifeste refulget. Quamobrem semper antiquorum doctorum lectionibus delectatus sum, studiose libros illos, qui ex horum sententiis, decretis et canonibus collecti veniunt, admiratus et amplexus sum. Hujus quidem rei locupletissima testimonia ferent libri sententiarum Petri Lombardi, quondam parisiensis episcopi sexagesimi noni, quos a nobis correctos et multis doctorum nominibus et indicibus illustratos a 1536 in lucem edidimus, quos adhuc rursus multo illustriores bisce diebus imprimendos tradidimus, et prope diem bona jam illorum parte excusa, in medium exibunt. Nec minus fidele exhibebit testimonium Gratiani Bon. opus decretorum quod a. 1547. nostra similiter industria recognitum, et nominibus auctorum appositis atque in-

dicibus auctoritatem non sine gravi labore locupletatum imprimendum curevimus, quod postea multoties tam minori quam majori forma excusum est, quod et decreveramus adhuc cum nostris in distinctiones et primam in ejus partem scholiis post praedictam librorum sententiarum impressionem in lucem emittere, nisi modo nos retineret illa editio, quam libenter et patienter expectabimus, ac valde desideramus, quam Vestra Sanctitas procuret. Macte virtute, quaeso, Summe Pontifex, nequaquam deerunt studiosi, qui omni diligentia, cura ac obseqnio divinos tuos conatus, ut beatum assequantur finem, gnaviter suppetias ferant, in quorum consortium, licet omnium sim minimus, me totum prompto animo offero, quem tua Sanctitas semper inveniet obsequiosum, id quod experimento, quando major proponetur occasio, evidenter comperiet. Prima itaque promissionis nostrae probatio ab eis quae requiris sumet exordium, quorum quinque sunt capita, quemadmodum ex catalogo, quem praedictus Dominus Antisidiorensis pro sua erga me humanitate descriptum contulit aperte didici 25 Januarii. De hisdem quoque supradictus Dominus primus praeses mecum verba fecit die prima Februarii. Post multarum bibliothecarum visitationes, multis quidem diebus in venum consumptas, ad me tandem redio et statim experiri volui, quid possent humeri quid ferre recusent. Ut quidpiam tuae Paternitatis dignum offeram, et meae expectationi, quantum possem satis viribus responderem. Occurrit ergo prima facio illud secundum caput de his, quae desunt tota, quod quia exteris est absconditis rebus dificillius, uti satis omnibus constat, illud ipsum aggredi minime formidavi, cujus octo sunt articuli, de quorum singulis, quamvis haud satis pro dignitate, tamen quantum ingenioli vires tulerunt tracto et scriptis trado, quae omnia ad Suam Sanctitatem mitto et ejusdem judicio submitto. Ad reliqua vero, si ista probaveris quatuor, si placet, respondeam; ecce paratus sum, mitte me. Ad hunc enim finem his diebus quatuor conciliorum tomos, qui novissime impressi sunt, redemi ut si quid prioribus superadditum esset, inde colligerem. Gaudebo sane vehementer, nec laboribus nec sumptibus, modo facultates meas non superent, parcam non solum in hoc praesenti negotio, sed etiam in multo graviore, ut adversus lutheranas illas centurias Magdeburgi, a pluribus haereticis, non sine multis sumptibus in gravem tamen ecclesiasticae ac religionis perniciem, conscriptas, si justum judicaveris. In tuae Sanctitatis potestate illud est situm, ut in quevis, quam mihi imponere velis, provincia, tuae beatitudini, ut debeo morem geram, et Dominum nostrum Jesum Christum, qui te Vicarium nobis creavit, etiam ad multos annos incolumen Ecclesiae suae te conservet, supplex exoren. Ex Sorbonico Theologorum coetu. Parisiis 1573. Decima die Februarii.

20.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri et Domino

DOMINO GREGORIO XIII. P. M.

Post devota beatorum pedum oscula. Magnam profecto sentire coeperat animus meus laetitiam (Beatissime Pater) quod me non indignum judicasses ad quem ultro litteras dares, idoneumque cui aliquid quod ad utilitatem publicam pertineret committeres propter aliquam, quam de me, studio ac pietate erga ecclesiam catholicam, sedemque etiam Apost. concepisses opinionem. Etsi enim benefactorum, beneque cogitatorum in ipso tacitae conscientiae sinu, non poteram tamen jucundo hilaritatis sensu exilire, atque effici cum meam operam animique propensionem calamitosis istis Franciae nostrae temporibus, perspectam acceptamque esse viderem ei, qui

principem dignitatis et auctoritatis locum in ecclesia Dei teneret, et cui propter summam imperij in me potestatem actiones omnes meas vehementer probare desiderarem. Itaque ut primum mihi litterae Sanctitatis tuae redditae sunt, quod fuit ad XII. Januarij cum essent Romae datae ad XXVI Novembris, feci sedulo ut omnium bibliothecas et publicas et privatas excuterem, si forte aliquid reperire possem, quod ad sacros canones emendandos usui esse valeret, adhibitis etiam ad conquisitionem primi nominis theologis nostratibus; sed neque concilia ulla vetera, neque decretales summorum pontificum epistolas adhuc reperire tota urbe potuimus, quae non essent plenius et emendatius perscriptae in tomis illis amplissimis conciliorum, qui sunt Coloniae edit a. MDLXVII. sicut conferendo diligenter ejus argumenti libros manuscriptos, qui sunt in bibliothecis S. Victoris, S. Germani, Navarrae, Sorbonae, cum codicibus impressis experimento didicimus. Neque est quisquam nostrorum theologorum aut canonistarum, qui vel nomina solum audierit eorum conciliorum, quae tota a Vobis desiderentur nisi quantum in opere sanctionum Joverij, quas ille ex collectoribus decretorum Gratiano, Ivono et Burchardo congessit, ea legerunt. In bibliotheca autem regia nihil ejusmodi scriptorum est, praeter acta nicaeni concilij primi, et ephesini graeco sermone conscripta, sed omnia diffusiora et correctiora sunt in libris excusis. Est quidem privatus aliquis qui septimae synodi nonnulla acta graeco etiam sermone scripta habet, sed meliora omnia in operosis illis conciliorum voluminibus leguntur, quod sane mihi praeter expectationem accidit et grave ac molestum extitit, propterea quod concilia illa omnia quae in Gallia certo celebrata fuerunt, in illis bibliothecis nullo negotio reperiri posse mihi persuaseram, et tuae Sanctitati operam fidem industriamque meam probare vehementer cupiebam. Quapropter eum catalogum, qui mihi Roma missus fuerat, typis excudendum curavi, ejusque varia exempla ad remotiores provincias, et urbes, ad quas haereticorum perduellium furor non peruasit idoneis hominibus misi, si forte aliunde adjumenti quidpiam ad id quod agimus nancisci possem; sed responsi nihil adhuc accepi quoniam ad ejusmodi scripta, quae rara sunt, conquirenda atque invenienda, et cum inveneris conferenda cum impressis et describenda tempora non modico opus est. Interim vero cum pigeret puderetque tam diu quaerendo moratum in conspectu domini vacuum apparere pauca quaedam, quae dum ille investigamus in manus nostras inciderunt exscribenda curavi, quae nunc Beatissime Pater perferenda dedi, orans atque obsecrans ne quid in ea re a me cessatum aut minus diligenter curatum esse putas, et quod adhuc praestare potui aequi bonique consules, tibique persuadeas, nihil mihi antiquius perpetuo fore, quam ut aequissimis et sanctissimis mandatis tuis qua debeo pietate, studio atque observantia paream. Dominus et Deus noster Christus te Beatissime Pater, quam diutissime incolumem sedere faciat ad clavum ecclesiae suae sanctae. Bene vale

Lutetiae Parisiorum nonis Martiis 1573.

Sanctitatis Vestrae devotissimus servus

Fr. Amyotus Antisidiorensis Episcopus.

21.

Sanctissimo Domino Nostro Papae

D. GREGORIO PONT. MAX. ATQUE OPT.

Humillima pedum oscula.

Mox eccepto brevi Sanctitatis Vestrae scripsi ed Episcopos et Abbates in Belgia, quos sensi bibliothecas habere veteres et instructas. Scripsi quoque ad praecipuos academiarum Lovaniensis et Duacenae professores, ut si quid apud eos esset, quod ad instaurandum Gratianum pertineret, juxta missum indicem diligenter perquirerent, et adnotarent, uti eidem Sanctitati Vestrae facturum me receperam. Horum vero propemodum omnes se operam daturos, ut eius voluntati satisfiat diserte responderunt. Ac succedente tempore litteris significarunt, quicquid in promptu esset. Cujus indicem ad Illustrissimum D. Card. S. Sixti (ne Sanctitati vestrae taedium adferam) abunde perscribo. Inter ceteros autem doctos Belgiae viros, unus Jacobus Pamelius Sancti Donati apud Brugas Canonicus, entiquitatis ecclesiasticae studiosissimus et apprime versatus in sanctis auctoribus spem facit, non inanem fore hanc operam, ut ex nostratium bibliothecarum indicibus, quos habet plurimos certam conjecturam sumit: quique suum in ea re studium pollicetur, ubi lucubrationes in Tertulianum suas absolverit. Id autem imprimis necessarium putat, quod idem mihi videtur, ut exemplaria typis impressa primum conferantur, cum iis quae in bibliothecis inveniri poterunt, ut plane cognoscatur, habeant ne aut eliter aut plura, quam quae sunt impressa, ne scilicet actum agamus, deinde ut vel transcribantur, quae non sunt edita, vel in lucem edantur. Transcribi autem putat immensi esse laboris et temporis et sumptus. Quare si ita Sanctitati Vestrae videatur et commodius et brevius typis excudi poterunt. Isidori enim et aliorum sunt ingentia volumina, quae nec tam expedite, nec tam emendate possunt exscribi, quam imprimi. Sanctitas itaque Vestra dignabitur mandare quidquid maxime volet, ac jubere, ut pro sua quisque facultate, in hanc rem utilissimam incumbat, Pamelioque negotium committere. Ego pro mea erge Sanctitatem Vestram summa observantia quantum licebit urgebo, quam ex quo primum Tridenti salutavi, unice semper colui, auctam vero suprema ecclesiae Christi dignitate, multo magis colam, et suscipiam dum ero superstes. Deus Opt. M. eandem Sanctitatem Vestram ad reipublicae christianae commoda natam et rectissimo suffragio lectam diutissime te conservet.

Atrabati 20. Martii 1573.

Sanctitati Vestrae
Humillimus et devotissimus filius
Fr. Richardotius Episcopus Atrebatens.

22.

Beatissime Pater.

Nihil equidem prius habui, quam ut litteris Sanctitatis Vestrae (quibus postulavit ut inde creto Gratiani emendando, qualem qualem opellam meam una impertirem) promptum debitumque

quoad possem impenderem obsequium, ac Iisenachus praeses cui desiderium quoque Sanctitatis Vestrae exposui, in eandem voluntatem, studiumque meum lubens concurrit. Verum paullo post quam litteram Sanctitatis Vestrae accepissem, inopinata mors illum e vivis sustulit. Et dum perquiro undique quae ad eam rem pertinent, Lovaniensi academiae idem e Sanctitate Vestra mandatum intellexi. Quamobrem ne actum egeram, cum aliquot ejusdem professoribus quibus ea cura sollicitudoque commissa fuit contuli operamque meam illis obtuli, et per omnia loca monasteriaque quae aliquid subsidiis subministrare posse videbantur, una exquisivimus, quae ad votum Sanctitatis Vestrae complendum quoquo modo facere sunt visa. Proinde Sanctitatem Vestram non aegre laturam spero, quod nihil seorsum adferam, sed quae habui cum academia Lovaniensi (cujus et ipse alumnus sum) in commune contulerim. Non possum autem non satis laudare hoc Sanctitatis Vestrae institutum; ac jam quindecim eguntur anni, quod Regi nostro catholico suggesserim, et ab eo impetraverim, ut professionem decreti Gratiani propriam apud Lovanium instituerat, quo etiam factum est, ut Gratianus prope ibi in scholis neglectus ad veterem celebritatem rursus ibi exurgere coeperit, ac universa ecclesia Vestrae Sanctitatis favore ejus opus emendatum illustratumque lubentius emplexabitur. Deus Opt. M. Sanctitatem Vestram (cui me humillime commendo), in felici ecclesiae regimine diutissime conservet. Datum Bruxellis 17. Maii 1573.

Sanctitatis Vestrae
Devotissimus humillimusque servus
Vigilius Zuichemus.

24.

Sanctissimo Domino Nostro Papae

D. GREGORIO PONT. MAX. ATQUE OPT.

Humillima pedum oscula.

Sanctitatis Vestrae nuper proximis litteris meis ea qua potui humilitate significavi, multa in Belgiae bibliothecis extare, quibus Gratianus magna ex parte instaurari possit, ac simul horum indicem ad Illustrissimum D. Cardinalem S. Syxti misi, ut eadem Sanctitas Vestra mandet quidquid optimum judicaverit, jubeatque transcribi per homines idoneos, qui ad hanc rem abundent otio, idque sumptu ecclesiarum publico. Indicavi quoque Sanctitati Vestrae Jacobum Pamelium Canonicum Brugensem virum doctum ac pium, qui cum nulla functione publica sit occupatus, et antiquitatis ac juris ecclesiastici studiosus, perutilem inter ceteros operam navare poterit, ut ejusdem Sanctitatis Vestrae piissimis conatibus omnino satisfiat. Hic vero ut habet apud se multa congesta, quae ad rem faciant, ad me nuperrime quaternionem a se collectum misit unde pluribus locis Gratianus restitui, ac illustrari queat. Nec dubito si hujus rei provinciam susceperit (quod lubenter facturum certum est) quin plurimum lucis huic negotio sit allaturus; quem ego per epistolam saepius incitavi; nec laboram refugit, ut est pius, et integer. Hunc vero quaternionem ad eumdem Illustrissimum Cardinalem mitto ut Sanctitas Vestra ex eo conjecturam capiat, non fore inanem hanc operam, si Pamelio committatur. Est et alius in Academia Duacena vir diligens (Carionem vocant) qui nobiliores Belgiae bibliothecas evolvit. Hos ego, aliosque ejus generis nonnullos ad hanc rem suscipiendam, hortari possum: im-

pellere non possum. Sed ubi Sanctitatis Vestrae auctoritas accesserit, tum illi et lubentius pro sua quisque pietate, et me stimulos addente promptius, et, ut spero, felicius exequentur. Est enim res magni temporis ac laboris. Ego nisi et aetate quae jam ingravescit, et ecclesiae mihi creditae curis retinerer, ipse me ejus laboris socium ad omnia conquirenda ultro praeberem. Sed est mihi in statione manendum: et crebris concionibus enitendum, ne sese in ovilia nostra lues haereticorum insinuet, a qua per Dei gratiam hactenus hic liberi stetimus. Non tamen desistam quin quotquot mandato Sanctitatis Vestrae in hanc rem studium contulerint eos saepius admoneam officii.

Deus Optimus Max. eamdem Sanctitatem Vestram ecclesiae suae diutissimae conservet, cujus prudentia et benignitate speramus et optamus Belgae misere motus tandem acquieturos.

Atrebeto 10. Junii 1573.

Sanctitas Vestrae
Humillimus et obsequ. servus et filius
Fr. Richardotus Episcopus Atrebat.

24.

Beatissime Pater.

Litteris Sanctitatis Vestrae vigesima sexta novembris novissime praeteriti scriptas mense maio accepimus, et cum summa voluptate legimus; perquam enim gratum nobis est a Sanctitate Vestra operam studiumque nostrum postulari, praesertim in re, quae reipublicae christianae non minus necessarie quam utilis est. Quippe suo nitori restitutus Gratianus ex fontibus unde ille rivulos suos deduxit, maximum sui usum praebebit, et in conservanda fidei catholicae integritate, et in reformendis horum temporum corruptis moribus. Qua in parte tam pio et justo desiderio succurrere, et ut obedientiae filii Sanctitatis Vestrae mandatis parere cupientes, omnem conatum adhibere coepimus, emissis plerisque ad veteres monasteriorum aliorumque bibliothecas excutiendas, si quid forte eorum, quae in transmisso a S. V. catalogo indicantur lateat, dolentes sane serius nobis redditas esse praetactas S. V. litteras, nec prius oblatam fuisse occasionem ponendi operam in re tam praeclara, eorumque diligentiam, qui ex jussu Sanctitatis Vestrae hujus rei incumbunt citeriore tempore adjuvandi, quam tamen moram acceleratione majore, quantum in nobis erit compensare conabimur. Quod nos majore stimulo compellit a Sanctitate Vestra novum, recensque nuper concessum nobis ac facultati artium beneficium confirmationis indultorum nominandi a fel. record. praedecessoribus S. V. maximum, quod ut ad hujus Universitatis decus et salutem retinendum ac conservandum semper necessarium fuit, ita nominis S. V. immortalitatem apud nos constituit. Pro cujus incolumitate, et ut Deus Opt. M. illam suae Reip. quam diutissime velit esse superstitem, obnixe intensisque precibus orare non desinemus. Illud etiam exosculando pedes S. Vestrae orantes, ut eadem Sanctitas Vestra hanc studiorum Universitatem et literariam rempublicam suo nomini devotissimam in sua protectione semper habere, et propensa affectione amplecti dignetur.

Lovanii 12. Junii anno 1573.

Vestrae Sanctitatis
Cum omni humilitate et obedientia devotiss.
Rector et Universitas studii generalis Oppidi Lovaniensis
Joannes Wamesius Assessor.

25.

Beatissime Pater.

Sanctitatis Vestrae litteras die quarto Maii datas ad ejusdem mensis finem accepi: atque illico Ambrosio Morali regio historico ostendi. Ille vero ad me de toto, quod mihi praecipitur negotio, eam epistolam, quam cum hac mitto, scribit. Cui ego plene fidem adhibeo, cum quia ea est probitate et religione, ut dignus valde sit, cui credam, tum etiam quia in bonis litteris admodum eruditus, ecclesiasticae praeterea Hispanorum historiae, per concilia atque antiqua regum atque ecclesiarum monumenta apud nos peritissimus habeatur. Ipse ad haec illud exemplar collectionis canonum de quo B. V. in suis litteris agit, et multa alia sacrorum conciliorum vetustissima regi catholico ex variis bibliothecis attulit. Nullusque inter Hispanos nostros est, qui nostratium conciliorum majorem habeat peritiam. Multa enim in eis nova vidit, collegit, annotavit. Et tametsi senex jam, et parum firma valetudine scribendaeque historiae labore detentus; verum tamquam humilis et devotus S. V. servulus omnem suam operam eidem, si quoque pacto usui futura sit, supplens et libens pollicetur. Pro quo ego S. V. humiliter supplico, ut cum eo super his quae in conjuncta schedula confitentur, velit dispensare, ut curatum beneficium seu parochialem ecclesiam possit obtinere. Quod etiam beneficium pingue, et Vestrae Beatitudinis liberalitate, hominisque aeque religiosi ac docti, merito dignum si Vestra Sanctitas eidem contulerit, affirmare possum, rem futuram Deo gratam, iis hominibus, qui Ambrosio subditi fuerint salutarem et sancta summi Pontificis providentia dignissimam. Nam cum talis sit Ambrosius indigna tamen paupertate in senectute premitur. Quantum vero ad me attinet S. V. plenius jam instructa, quid facto in hoc negotio opus sit denuo jubebit, ut Beatitudinis Vestrae mandatis quo decet obsequio et reverentia paream. Deus Opt. M. S. V. Pater Beatissime incolumen nobis perpetuo conservet.
Madritii XXII. Junii 1574.

Sanctitas Vestra
Humilis servus
G. Episcopus Conchensis.

26.

Illustrissimo ac Reverendissimo D. Gaspari de Quiroga Conchensi Episcopo, summo Christianae fidei per regna et ditiones Philippi II. Regis Catholici contra haereticam pravitatem inquisitori, Ambrosius Morales Regius historicus S. P. reverenter dicit.

Sanctissimi Domini nostri Papae Gregorii XIII. litteras ad tuam amplitudinem, Praesul Illustrissime, directas et mihi per eandem ostensas vidi, in quibus Sua Sanctitas injungebat, ut exemplar Collectionis canonum, haec enim sunt verba, inventum, quod ego haberem, transcribi juberet, idemque de Toletanis conciliis faceret, quae cum Emeritensi etiam in vetustis exemplaribus reperirentur, et ad suam Sanctitatem transmitteret, quoniam ad Decreti correctionem, quam exactam perfici cupit, multum posse conferre intelligat. Ego vero cum nullum

exemplar habeam, quale me habere Sua Sanctitas credit, tamen quod velit innuere, satis ut arbitror, percipio. In regio enim S. Laurentii monasterio codex est vetustissimus gothicis literis obscure satis descriptus, mea opera jubente rege eo perlatus cum hoc titulo: Decreta canonum Praesulum Romanorum, cum epistolis summorum pontificum, qui ante mille annos fuerunt. Hoc plane illud est exemplar, quod me habere Sua Sanctitas in suis litteris scribit, Id vero cum bene magnum sit, et gothicis literis obscuris valde et obsoletis perscriptum, perpauci apud nos reperientur, qui paulatim et sensim legere, nullus ferme, qui expedite posset perlegere. Idem prorsus de toletanis conciliis fuerit dicendum. Quatuor enim exemplaria, quae in regio S. Laurentii monasterio, duo quoque quae in S. Toletana ecclesia: alia quinque sexve, quae per Hispaniam reperiuntur, in quibus omnibus etiam Emeritense concilinm, de quo in litteris suae Sanctitatis mentio fit, inest: omnia eisdem gothicis literis sunt praescripta.. Quae ipsa concilia cum justum volumen efficiunt, praeter legendi difficultatem in exscribendo, in conferendo annos tres atque eo amplius consumpserint sumul cum illo altero Canonum libro. Et haec interim ita commemoramus, quasi passim apud nos multi reperiantur, quibus hoc negotium commode possit demandari. Vix digne lamentari nostratium hujuscemodi hominum penuriam possumus. Ut autem amplitudo tua quanta sit characterum gothicorum difficultas perspiciat, duo frusta diversae sed usitatae, et in omnibus conciliorum exemplaribus conservatae scripturae cum his mitto. Et ut semel finiam, ego quidem in omnibus studiorum laboribus, etiam in hae senectute, non segnis, quantum longo nostrorum hominum experimento cognovi, vereor sane futurum, ut hic labor per idoneos incipi, aut coeptus nisi longo tempore perfici non possit. Valeat feliciter tua praestantia.

Madriti Juuii VII. Ann. 1573.

Praesul Illustrissime
Patientiae tuae cliens addictissimus
Ambrosius Morales.

27.

Reverendissimo Domino Jacobo Episcopo Antisidorensi etc.

Gratissimae fuerunt litterae tuae S. D. N. qui valde commendat diligentiam tuam in conciliis illis ac libris perquirendis, quibus ad emendandum Gratianum indigemus, mihi etiam quas ad me misisti fuerunt jucundissimae, ac speramus in illis scriptis quae a te mittantur. praesertim in epistolis Innocentii II. et conciliis Remensi et Andegavensi, nos aliquid qnod ad rem facere possit inventuros. Si quid etiam ex indice, quem ad te misimus invenire poteris, curabis ad nos perferendum. Hoc tibi nunc significamus Antonium Contium in codicibus juris canonici, quos nuper curavit imprimendos, profiteri se habere concilium ab Eugenio celebratum, quod rogamus, ut vel ab ipso Contio, vel ab eo ad cujus manus ipsius libri pervenerunt, cures haberi et transcribi. Intelleximus etiam in Gallia esse multos codices Capitularium Caroli M. Ludovici Pii quae Ansegisus abbas collegit, quem librum valde optamus. Codex etiam XVI. librorum, et liber Paschasii abbatis corbejensis de corpore et sanguine Christi, qui fortasse apud vos habentur impressi nobis sunt valde necessarii; si ad nos miseris, rem SS. et mihi gratissimam facies. Nec tibi sit molestum curam hanc tuis multis occupationibus adjungi, nam et nos hic pro rebus tuis, si opus fuerit, parem ac majorem laborem subire parati sumus. Vale Romae.

28.

Reverendissimo Domino Episcopo Atreb.

Libentissime accepit litteras tuas Sanctissimus D. N. et expectat ut ei aliquid scriptorum eorum quae in indice, quem misimus, continentur mittas, in quo rogamus, ut operam tuam diligentissime naves. Jucundissimumque tuae Sanctitati fuit, quod de Episcoporum sapientia, ac sanctitate ac popoli devotione scribis, ac Dominum Jesum Christum oret ut omnes ordines vestrae provinciae in officio, quo Deo et huic S. sedi apostolicae sunt obbligati contineat, et ab omni mundana et diabolica perturbatione tueatur. Vale.

29.

Antonio Demochari Doctori Theologo Parisiensi.

Gratae fuerunt litterae tuae Sanctissimo D. N. et propter aetatem in studiis ecclesiasticis honestissime consumptam, et praecipue ob lucem, quam ante multos annos Gratieno attulisti. Scripta quae misisti ad nos, in quibus loca Burchardi et Ivonis citasti, ob diligentiam tuam non fuerunt injucunda, sed non est opus ut in eo labores, quia viri docti, qui hic curam habent hujus emendationis omnia loca horum auctorum diligenter annotarunt. Bene vale. Romae.

30.

Reverendissime Domine.

Non ignoret amplitudo tua quam sit necessarium ad restituendam disciplinam ecclesiasticam antiquos canones habere emendatos, quod in concilio tridentino saepe experti sumus ac propterea San. mem. Pius IIII. curam emendandi decretum Gratiani, quod omnium doctorum manibus teritur et in quo fere omnes veteres canones continentur, praestantissimis quibusdam Cardinalibus in quibus tunc Sanctissimus D. N. Gregorius fuit, atque aliis doctis viris demandavit, qui quantum per alias occupationes licuit, diligentem huic operi operam navarunt. Cumque res eo deducta sit ut brevi finiri speretur, desintque nobis concilia, et libri quorum indicem mittimus, quae saepe a Gratieno citantur, rogamus amplitudinem tuam, ut in amplis bibliothecis istius provinciae, in quibus insigni libri servantur, diligenter perquiri faciat et quae invenerit iterum transcribi curet; in eo enim et Sanctissimo D. N. rem gratissimam faciet, rem hanc ad publicam utilitatem elaboratam, quam ipse, ut quam absolutissime prodeat, valde optat, juvando, et me inveniet ad ea quae in hac curia amplitudinis tuae commodo facere potero paratissimum. Quem ut Deus incolumen servet, precor. Romae.

31

Ad J. Pamelium.

Ex tuis litteris, et his cociliorum fragmentis, in quibus alterum Urbani II integrum videtur magnam Sanctissimus D. N. voluptatem accepit, quae sine dubio corretioni Gratiani perquam utilia erunt. Et quod scribis de opusculis Hrabani Mauri, quae cupis Sanctitati Suae dicare, scito te in eo rem ipsi gratissimam esse facturum, quin etiam mihi injunxit, ut ipsius nomine te valde horter ut in hujusmodi libris eruendis, et expurgandis diligentem operam ponas, quia haec sunt praecipua instrumenta, quibus et nostra constituere, et haereticos evertere valemus. Et si quid est, in quo tibi Sanctissimus honeste gratificari possit, me benevolum intercessorem semper habebis. Vale. Romae Nonis Januarij 1575.

32

Ad fratrem Laurentium Surium.

Epistola quam ad me quarto die septembris scripsisti, gratissima mihi fuit, et in his duobus, quae in ea a me postulabas, tibi inservivi. Nam et apud Sanctissimum D. N. de nepote tuo egi ut volebas, qui mihi respondit se jam constituisse, ut ei XXV. scuta darentur, quod ut postea intellexi, intercessione Illustrissimi Card. warmiensis factum fuit, et illi Dano, qui litteras tuas ad me attulit, quidquid illi praestare poteram liberaliter obtuli, sed illum tu Illustrissimo Cardinali Galeoto commendaras, qui eum curavit in collegium Germanorum collocari. Hoc quidem pro certo habeto Illustrissimos Cardinales warmiensem et Galeotum eo esse in te animo, ut omnia tua causa sint facturi, quibus me et dignitate et reliquis omnibus rebus inferiorem, voluntate tamen parem potes tertium connumerare. Volo autem ut in commendandis catholicis, ac bonis viris qui isthinc ad nos veniunt sis audacior neque timeas duobus tribus atque decem, si modo digni sunt tua commendatione, et tibi bene cogniti litteras tuas tradere, nam hic optamus multos ex vestris catholicos ingenio, et honestis moribus praeditos venire, qui possint ad vos melius instructi et beneficiis ecclesiasticis ornati reverti, ut suam operam revocandis ab errore hominibus istic navare possint.

Illud de Liberio, quod est in Damasi vita non est certum ipsum non declinasse ad Arrianismum. Nam Hieronymus illis temporibus in catalogo scriptt. eccles. in Fortunatiano clare ait: Liberium malo studio hujus Fortunatiani fractum fuisse, et ad subscriptionem haereseos compulsum, cujus auctoritas magni apud omnes debet esse momenti praesertim in his quae suo tempore gesta fuere. Et Tomo I. Concil. in vita Liberij fere eadem habentur quae in ista Damasi vita. Verum si tibi non placet eam edere utere libero tuo judicio. In Martini. Pontificis Rom. vita nihil est, quod non omnibus valde possit prodesse, et sunt in ea maximae patientiae exempla. Unum est quod tu mihi in tua epistola offers, quod ego magni facio, et te vehementer rogo, ne me illo munere quod mihi sponte obtulisti velis umquam privare, nempe memoria mei in oratione ac precibus, quibus Domino in intimo corde supplicas: nobis enim qui in tumultibus hujus saeculi, et curiae hujus splendore versamur quo saepe mentis oculi perstringuntur, necessaria est piorum ac reclusorum monachorum ad Dominum intercessio et utinam

multi essent in germania, quales olim fuerunt monachi, ut suis orationibus omnes diaboli machinas expugnarent. Sed nolite timere pusillus grex, state quia Dominus omnem hanc tempestatem disjiciet, nam post tenebras lux est expectanda, et spero in Germania omnem Ecclesiarum statum non post longum tempus sponte sua valde esse reformandum.

De lamentabili casu Rev. D. Joannis Rhetij plurimum sane dolui, nam sublatus est fidelis Domini minister isti civitati perquam utilis. Sed hoc referendum est ad inscrutabilia Domini judicia, qui aliquando permittit eundem esse interitum sapientis et stulti, quod Ecclesiastes in se admiratum esse significat cum tamen longe alia sit hujus et illius remuneratio in alia vita. Sed in his, quae in hoc mundo sic evenire videmus valde Dominus exerceri fidem et patientiam nostram, et quo utiliores ministros ablatos vobis esse videmus, eo magis rogandus est Dominus, ut multorum animos incitet ad similia et majora opera populo suo exhibenda. Vale et nostri, ut rogo, in tuis orationibus memor esto. Romae octavo Idus Januarij. 1575.

Si quis a vobis ad nos veniet optarem, ut ad me mitteres opuscula Algeri et Guithmundi de sacramento corporis Christi apud vos vel in Belgio ultimo impressa et vellem etiam habere indicem aliquorum opusculorum, quae apud vos sunt edita. Nam opuscula hujusmodi antiquorum auctorum ad nos non perveniunt.

16.

Christophoro de Thou primo praesidi parisiensi scribatur Breve, in quo primum laudetur ejus pietas et zelus in catholicam religionem, quam hisce turbulentis Galliae temporibus ostendit, quod Sanctissimus D. N. e cardinalibus gallis aliisque qui illinc venerunt intellexit, in quo primum Deo, dein huic sancti Sedi rem gratissimam fecit, a qua potest omne genus officii sperare et addatur quod Sanctissimus etiam intellexit de egregia ipsius eruditione praesertim canonum, et eorum omnium quae ad disciplinam ecclesiasticam spectant, et quia maxima pars veterum canonum est in Decreto Gratiani, qui manibus omnium teritur, propterea jussu antecessorum suorum mandatum est, ut in emendatione ejus libri diligenter laboraretur, et cum nunc quasi ad finem ventum sit, et desiderentur multi canones, quorum indicem mittimus rogamus ut ipse convocatis doctoribus juris canonici ac. theologis illius academiae, his praesertim quos antiquitatis noverit studiosos et nominatim Antonio Demochare theologo parisiensi, qui alias in hoc studio diligenter ac praeclare versatus est, quaerant in Regia S. Victoris, atque aliis antiquis bibliothecis si quae ad rem nostram facienda invenire possint. Et sciat de eadem re ad venerabilem fratrem Episcopum Antisidiorens. esse scriptum ut communi diliberatione vel quisque per se, ut melius eis videbitur, de hac re tractare possint, et si quae inveniet ea transcribi curet.

In eamdem sententiam scribendum est Episcopo Antisidorensi magno eleemosynario regis christianissimi, mutanda tamen erunt verba, quia uterque est Lutetiae, et facile omnia communicabunt.

Primo praesidi Tolosano potest scribi in eandem sententiam, et eisdem verbis sicut primo praesidi parisiensi.

In Belgia seu Flandria.

Scribendum est Episcopo Atrebatensi laudata prius ipsius pietate et religionis zelo, atque eruditione, ut diligenter perquiri faciat in antiquis bibliothecis illius provinciae si que in-

veniri possint eorum, quae in hos indice mittuntur, ut illis adjuvare emendationem decreti Gratiani possit, quam Sanctissimus optat, ut fiat, quam diligentissime, et si qua inveniet ea transcribi curet.

Eodem modo Episcopo Iprensi.

Laurentio Surio monacho cartusiee coloniensi cum praefatiooe pietatis, zeli, religionis etiam et quae ipse in editione ultima conciliorum egregie et utiliter laboravit, ut quaerat diligenter et aliis suis amicis committat, ut videant, si in entiquis bibliothecis illius provinciae, aliqua eorum, quae sunt in indice, quem ei mittimus invenire poteruot, et quae invenerit transcribi curet, ut ad Sanctissimum mittat, ut emendationem decreti Gretiaoi his adjuvare possimus.

Episcopo Ilerdensi.

